Rei rvsticae libri qvatvor, vniversam rvsticam disciplinam complectentes, vnâ cum appendice oraculorum rusticorum, Coronidis vice adiecta. Accessit hvic postremae editioni à pluribus mendis repurgatae, operum rusticorum per singulos menses digestio, et vocum sententiarumqúe tam graecarum, quàm latinarum explicatio perspicua. Item, de venatione, avcvpio atqve piscatione compendium. In vsum heroum patrumqúe familiâs ruri degentium concinnatum / Auctore D D. Conrado Heresbachio.

Contributors

Heresbach, Conrad, 1496-1576.

Publication/Creation

Coloniae Agrippinae : Apud viduam Ioannis Birckmanni, 1573.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ygsxqrbu


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


REI
RUSTICAE
LIBRI
HERESBACH
1573







MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

1) HERESBACH, C.

~~2) CAMERARIUS~~, J



65435 /A





REI

RVSTICAE LIBRI QVATVOR,

VNIVERSAM RVSTICAM DISCIPLINAM COMPLECTENTES, vnâ cum appendice oraculorum rusticorum, Coronidis vice adiecta.

ACCESSIT HVIC POSTREMÆ EDITIONI à pluribus mendis repurgatæ, operum rusticorum per singulos mẽses digestio, & vocum sententiarumque tam Græcarum, quàm Latinarum explicatio perspicua.

ITEM,

DE VENATIONE, AVCVPIO ATQVE PISCATIONE *compendium, in vsum Heroum patrumque familiâs ruri degentium concinnatum.*

Auctore D D. Conrado Heresbachio Iurisconsulto, Illustrissimi Ducis Iuliacensis, Cliuensis, Montensis, &c. Consiliario.



LONDON. MEDICAL SOCIETY OF

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Viduam Ioannis Birckmanni.
ANNO M. D. LXXIII.
Cum gratia & priuilegio Cæsar. Maiestatis.

916

CONRADVS HERESBACHIVS LECTORI S. D.

SVperioribus annis cùm in controuersijs finium regundorũ Consiliarij Geldrienses & Cliuenses ad Mosæ ripam conuenissẽt, & propter locorum inspectionem, iuriumque vtriusque ditionis collationem congressus disceptatioq; in plusculos dies prorogaretur, tandem autem diuina gratia aspirante, dissidijs compositis, limitibusque ritè distinctis vtrique alteris valedicturi vnà prãderemus, sepositis curis publicis de priuatis honestisq; studijs liberius conferri cœptum, ac fortè de frugib. quibus vesceremur, mẽtione facta, cũ in mentionem agriculturæ longius prouecti essemus, Cancellarius Geldrienſis Hadrianus Marius vir eruditus, & rei ruricę studioſus, cùm me quoq; ei ſtudio

deditum intelligeret, hortari cœpit me, qui ruri plurimum commorarer, remq; Rusticam exercerem, de huius disciplinę exercitio aliquid commẽtarer, scriptoq; proderem huius regionis vsibus accommodatum. Nam quæ veteres, Hesiodus in Bœotia, Cato, Varro, Columella in Campania & Italia tradiderunt, nostro neque cælo, neque solo per omnia congruere. At ego etsi hanc prouinciã multis de causis recusare cœpi, illo tamẽ pertinacius impellente, tandem de agro frumẽtario, deq; pastoritia & ornithotrophijs (quarum rerum qualemcumq; experientiam me vsu quotidiano comparasse putabam) commentaturum me stipulatus, ea lege, vt ille vicissim hortensium disciplinam, in qua eum exercitatũ esse ipsius hortus gnauiter eleganterq; cultus declarat, explicandam susciperet. Amãt alterna Camenæ. Quod cùm ille promisisset se susceptum, moxq; post paucos menses non destitit interpellare atque vrgere, vt promissa prẽstarẽ. Quid facerem? Ego vt fidem meam liberarem

qua

quæ de agro frumentario & pastionib⁹ rusticis eram commentatus, iuxta promissi legem tanquam meum symbolum persoluens, ad eum misi, addita etiam qualicunq; delineatione hortensis culturæ, quò eundem ad suum quoq; promissum præstandum prouocarem. Nam etiamsi ego eius partes vtcunque delineassem, nō tamen id factum, vt illum obligatione eximerem, sed vt explicatius de hortensibus differendi occasionem præberem. Siquidem ingenuè fateor, in ea disciplina me non satis instructum, solū quantum è veterum recentiorumq; scriptis, ac nostratibus hortulanis, eq; obiter inspecta harum regionū cultura hortensium percipere potui, scripto sum cōplexus. Ac verò plantarum nomenclaturas ad amphibologias vitādas visum fuit plurib. linguis explicare, quò magis propriè & significantius quæque distinguerentur, idq; Dioscoridis aliorumq; quorundam exemplo. Ad hæc ne quid in rei rusticæ Philosophia desideraretur, adieci de pecorum auiumque cohortalium

cura rusticis familiari, addito quoque corollarij vice de venandi, piscationis atque accipitrarij exercitij compēdio, quo Heroes & patresfamilias excussis publicis curis ruri se oblectare atq; exercere solent. Porrò cùm Hadrianum Cancellarium, cui has meas de Re Rustica farragines concrediderā, fata eripuissent, neq; dum mihi suum de hortēsibus scriptum vti stipulatus mutuo communicasset, ego meas hosce Rhapsodias cū eo sepelire statueram: verùm quia iam liber per illum in manus plurium peruenit, eruditi aliquot atque heroes, quib⁹ ille cōmunicauit, me subinde extimulare non cessarunt, vt has meas lucubratiūculas in publicum proferri paterer. Iam verò cùm Rei Rusticæ studiū sic habeat, vt minimè sit inuidiosum, sed candidum, gaudēs sua exercitia proferre, omnibusq; esse cōmunia, adde quòd nec reprehensionem formidet, quinetiam lubens errorem si admoneatur agnoscit atque corrigit, ἀγαθὴ γὰρ παρίφασίς ἐστιν ἐναίρεσθαι, vt inquit ille. Hoc nimirum

mirum ruſtico more fretus hæc mea de Re Ruſtica exercitia communico amicorum obſequio, malens reprehenſionem errati, quã denegati officij crimen ſubire. Et quanquam de Re Ruſtica & reliquis hiſce exercitijs extant & veterũ & recentiorũ pleraq; ſcripta, licet non pari dignitate ab vtriſq; ,ſed ſparſim & confuſè, & prout ſuis quibuſque regionibus moribusq; conuenire videbantur tradita; ego vt priuatę meæ memoriæ conſulerem , quæ ad vniuerſam Rem Ruſticam pertinere videbantur, in paucos libros contraxi, noſtrisq; quantum licuit accommodaui vſibus, adhibitisq; noſtratiũ obſeruationib. adiectis quoque quibuſdam quæ recentior ætas culturæ vſu & diligentia animaduertit, veterib. incognita , qualia ſunt inter fruges, tritici fagini, ſporię, turcici frumẽti, & inter paſtiones ruſticas, Indicarũ uium educatio, & pleraq; alia. Non diffiteor interim me in hiſce commentarijs plurima ex aliorũ cùm veterum, tum recẽtiorum ſcriptis mutuatũ eſſe,

idque vt testatum facerem, ex professo authores ipsos, si non semper, quòd tædium vitarem, certè plurimũ nominatim citans, quibus me adiutũ profiteor, exemplo videlicet veterum Columellæ, Plinij, Athenæi, Aeliani, Palladij, Constantini, Ruellij, ac plurium aliorũ, quibus non datur vitio veterum auctorum placita secretis dispersa monumentis, industria sua colligere, atque etiam ad verbum suis inferere scriptis. Proinde si quis ob id me criminari velit, is cogitet eodem iure doctissimos quosque repetundarum postulari posse, quòd aliena vsurpauerint, eaque in suum vsum quasi in coloniam transtulerint. Siquidem Plato ab Aegyptijs, & alij ab alijs mutuati multa, Virgilius ex Homero in Aeneida nõ pauca transtulit, Hesiodi quædam in Georgica, nõnulla è Theocrito in Bucolica transcripsisse constat, sed ea dexteritate, vt ipsos authores vicisse credatur. Nam vt non est cuiuslibet è manibus Herculis clauã extorquere, ita non est cuiusuis aliena in suũ vsum scitè conuertere,

uertere. Si à Plinio repetantur quæ ex Aristotele, Theophrasto, quæ è Catone, Varrone, Columella, & innumeris alijs, qui interciderunt, mutuatus, certè implumem cuculum diceres. Politianus criminatur Gellium tanquam furem aliorum scriptorum, cùm ipse deprehendatur hac in re furacissimus. Nam præter hoc, quod de Miscellaneis ei obijcit Merula, in alijs quoque publicatis suo nomine scriptis animaduertere licet. Oratio in Homerum habita prope tota è Plutarchi libello translata, in Panistemone aliorum nõ intellecta congessisse à nasutioríb. insimulatur. Celiũ optimorum authorum fucum conuiciãtur quidam. nec desunt qui eodem crimine traducunt Macrobium, cùm tamen illos omnes de bonis literis bene meritos fateri cogamur. Hæc ideo præfari placuit, ne quis fortè alienis me plumis vestitum interpretetur malignius, cùm candidè profitear, me plurimas aliorum sententias de Re Rustica congessisse, nostrisq; quantum licuit, vsibus accommodasse.

PRAEFATIO

Quæ si cui vsui esse poterunt, sine inuidia fruatur: sin minus, desinat labores candido animo susceptos calumniari. Vale. ELarinsulano Kalend. Augusti.

ARGV-

ARGVMENTVM QVATVOR LIBRORVM DE Re Rustica.

ETsi Rem Rusticã vniuersam duobus maximè complecti Varro tradit, nos tamen eandem quadrifariam distinximus, singula scilicet membra suppartientes. Aut enim circa agrorum culturam versatur, atq; hic duplex studium. Nam si ager exercetur seminarius γεωργικὴ, sin autem circa hortensia versatur φυτευτικὴ vocatur, aut circa rem pecuariam & βοσκωλικὴ, aut circa villaticas aues & ὀρνιθιακὴ dici poterit.

Priori igitur libro, q. Georgicus dicitur. Agriculturæ initia laudesq; tribuuntur, villæ positio, eiusq; partes, de patrefamilias de villico, de familia, instrumento rustico, de fundo deligẽdo, de cœli terræq; ratione habenda, de terræ ad segetes serendas cultura, serendarumq; frugum discrimine, de satorum cura, de messe. de horreis atque granarijs, de pratis agrisq; pascuis de fœno præparando. Postremò diligentiæ Rusticæ exemplum. quid denique in agro, et quid in eo merçando, obseruandum.

Secundo nempe Phyteutico propter affinitatem

tem frugum cum plantis, plantarum ſerendarum diſciplina traditur. Inibi de hortis, eorumqúe vetuſto & honeſto vſu, de ſepimentis ac ſepe viua, de ſerendis herbis & oleribus, de frugiferis arboribus, de vite, de pomarijs, & quo pacto frugiferæ arbores vel ſerendæ, vel plantandæ, de ſylueſtribus arboribus & ſeminario conſtituendo, de ſyluis tam cæduis, quàm glandiferis, de materia ac ſaliceto.

Tertio, hoc eſt, Bucolico, paſtoritiæ vitæ origo vetuſtas, & laudes, ciusq3 cum agricolis ſocietas: hic de animantibus villaticis, de pecoribus, iumentis, veterinis, deq3 eorum nutricatu, paſtura, fœtura, ſanitateq3 tuenda, de paſtoribus, canibus, œcuris & pecorarijs, deq3 felibus traditur.

Quarto, quem Ornithotrophium appellamus, de cohortalibus auibus ac reliquis villaticis paſtionibus, de aquaticis piſcibusq3 alendis, de piſcinarum cura, et ichthiotrophijs ac piſcationibus. Inde apum & mellis cura. Item epitome legum Ruſticarum. Poſtremo de viuarijs ferarũ, de venatione, hoc eſt, cynogetices, halieutices, & accipitrariæ cõpendium coronidis vice adiectum, tanq3 ruri agentium dominorum exercitium.

Authorum præcipuorum, quorum teſtimonijs & præceptis potiſſimum vſi, nè quem ſua laude fraudemus, Plinium imitati, catalogum aſcribi placuit. Et ſunt præter ſacra Biblia & Eccleſiaſticos

ſticos ſcriptores, quorum teſtimonijs aliquoties vtimur, è prophanis Homerus, Heſiodus, Theocritus, Leges 12. Tabularum, Solon, Xenophon, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Iſocrates, Plutarchus, Aelianus, Diodorus Siculus, Herodotus, Thucydides, Polybius, Cato, Varro, Virgilius, Ouidius, Horatius, Martialis, Columella, Celſus, Hippocrates, Galenus, Aegeneta, Dioſcorides, Nicander, Ariſtophanes, & commentarium in eundem. Alexander Aphrodiſeus, Macer, Palladius, Vitruuius, Dio, Vegetius, Iulius Firmicus, Plinius vterq;, Athenæus, Iulius Pollux, Lucianus, Oppianus, Conſtãtinus, & qui illius collecta neis inſerti, Caſſianus, Cericius, Didymus, Florẽtinus, Anatolius, Sotion Quintilij, Democritus, Appuleius, Heliodorus, Iurecõſulti, Platina, Alexander Neapolitanus, Petrus de Creſcentibus Veterinaria, Budæus, Ruellius, Fuccius, Maſſarius in Plin. Matthiolus in Dioſco. Hieronymus Cardanus, Grapaldus, Prædium ruſticũ, Italica & Gallica de hortenſibus, Agricolæ & hortulani noſtrates.

HORATIVS VITAE RVSTICAE AMOENITATEM describens.

Ponendæq; domo quærenda est area primum:
Nouistine locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis & momenta leonis,
Quum semel accepit solem furibundus acutum?
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm quæ p pronũ trepidat cũ murmure riuũ?
Nempe inter varias nutritur sylua columnas.
Laudaturq; domus, longos quæ prospicit agros.

LIBER I. DE RE RVSTICA.

AVTHORE

D. CONRADO HERESBACHIO IVRISCONSVLTO; ILlstrißimi Principis Cliuenſis, Iuliacẽſis, Montenſis, &c. Conſiliario.

CONO. RIGO. METELLA. HERMES.

CONO. Ecquid hinnientes terramque pulſantes audio equos? Age Herme viſe, ſi qui aduentent? HERMES. Ni me fallit eminus proſpicientem vitus, Rigo eſt ὁ ἀρχιγραμματεὺς. METELLA. Vix dum biduum domi es, & iam rurſus in aulam accerſeris fortè aliquò ablegandus. CONO. Meliora omina re, fortaſſe officij & cõmunis amicitię cauſa nos inuiſit. RIGO. Heus tu Cono. Hiccine te ruſticantem dulcique otio indulgẽtem offendam? Næ tu beatus es, qui procul

ab omni moleſtiarum aulicarum ſtrepitu ſecurus in altiſsima viuis tranquillitate, armisque, vt ille dicit, ad poſtem religatis, tam amœno lates abditus agro, nos interim ſinens aulicis publicisque curis & occupationibus ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι. CONO. Fateor quidem me hac parte beatum ſuſcepiſſe propoſitum, ſi dij interim terreni patiantur me hac frui beatitate, qui occupationes ambitioſas fori aulicarumque rerum ablegarim in profundum mare. Sed tu ne rude donatum antiquo me includere circo contendes? RIGO. Nequaquam, etiamſi cuperem aliquando te non vſque adeò aulam refugere, teque à conſortio publicorum negotiorum ſubſtrahere. Noſti nos non nobis noſtroque otio natos, ſed patriæ quoque & Reipublicæ atque vocationi? extremum eſt malorum, patriæ res deſerentem prodere malis hominibus, & tecum ipſum extra telorum iactũ gaudere certamina Reipublicæ reliquiſſe. Etſi Cato Roma non indigebat, certè ipſa Roma & amici Catone indiguêre, vt inquit ille. CONO. Rectè quidem quamdiu ætas & vires ferunt, vocationi ſeruiendum, at eſt quædam, vt ipſe fateri cogeris, cauſaria miſsio. Laudatur Lucullus quòd dum vegeto eſſet corpore, Reipublicę ſeruiret,

Lucullus.

uiret, & post honestos domi militiæque labores ad quietem literariumque otium redierit. Et Scipio quòd adiecta Carthagini Numidia quieuerit potius, quàm sicut Marius post præclaras victorias & custodiendos honores modum statuere non potuisset, atque insatiabili gloriæ imperijque ambitione cum iuuenibus senex contendere, ac denique se in turpissimas miserias conijcere malucrit: Ciceronem certè post depulsam Catilinæ coniurationem, priuatim conseneſcere præstitisset, quàm ciuilibus factionibus ambitiosè immiscendo capitis discrimen accersere. Sunt enim finita quadam modestia ciuiles ambitiones moderandæ, præsertim hoc tempore, cùm inuidijs, odijs, adulationibus, detrectationibus, atque adeò pleonecticis ambitiosisque consilijs aulæ passim sint obnoxiæ, & probitati & simplicitati Christianæ locus non vbique concedatur. Hæc sunt quæ Socratem & Platonem à Republica deterruerunt, & me quidem iam grandæuum ætatis valetudinisque excusatione fretum in hoc meo rusculo ablegatis aulicis negotijs detinent. RIGO. Sed nec seni Reipub. administratio fugienda, Nosti ἐργανέων βουλὰς γερόντων, Atque has maximè seruari Respublicas vbi senum consilia, iuuenũ lanceæ vigent. Nestor propter con-

Scipio.

Cicero.

Nestor.

consilia in Troiano bello celebratur, dum Peleus & Laertes οἰκουρῶντες contemnũtur.
CONO. Titillat alios gloria, alios emolumenta, largitiones recoctos detinent aulicos, etiam alterum pedem in sepulchro habentes. Nos si hac vitæ ratione contenti, & veræ vitæ vacare liberet.

Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas forumq; triste
Noscemus, nec imagines superbas.
Hæc essent loca semper, hi labores.
Nunc viuit sibi neuter heu bonosque
Soles effugere atque abire sentit.
Qui nobis pereunt & imputantur
Quisque viuere dum sciat, moratur.

Vt Poeta eleganti notauit epigrammate. Iam verò insani hominis esset, & stulti sponte se sine vllo fructu periculis obijcere, qui possit priuatus piè & securè in agro procul negotijs, vt prisca gens mortalium viuere. RIGO. Rectè quidem, Nam Poeta hunc beatum canit, cui hoc contingere potest. At interim solus es, cum pecudibus, rusticis, arboribus tibi habenda consuetudo homini in hanc vsque ætatem cum grauissimis & principib. viris viuere consueto.
Socrates. Socrates nõ ab arboribus pecudib. sed in vrbibus discendã sapientiã cõtendit. CONO.

NO. De Socratis iudicio etsi equidem non pugnabo, certè ex illius & Ischomachi apud Xenophontem disputatione constat eundem minimè rem Rusticam improbasse. Ac verò, quod ad solitudinẽ attinet, hic mihi idem ferè accidit, quod apud Ciceronem Scipio dixisse fertur, se nunquam minus solum, quàm cùm solus esset, nam tum mihi cum maximis grauissimisque ac sapientissimis colloquium est, siquidem aut sacris Prophetarum Apostolorumque oraculis totus incumbo, quæ veram sapiẽtiam tradunt, per quam reges regnant, & domini dominantur, adde quibus animæ, quod maxime curæ esse debet, pascuntur, & quę ad æternam illam aulam viam commonstrant, Aut, si libet, cum principibus huius mundi, atque cum summis monarchis cõsuetudo est, de Reip. arduis reb. deq; administratione confero toto orbe gesta lectitans, perque omnes nationes peregrinor, aut denique Rei Rusticæ scriptores excutiens, in animantium, plantarum mirabili Dei opificio animum exerceo, creatoremque in creaturis agnosco. Atque præter hos mutos confabulatores, sapientes me quoque inuisunt amici, Nobiles, Decuriones, Præfecti, Optimates & docti, atque adeo Princeps ipse me inui-

Solitudinis vsus.

sere non grauatur, ita vt vix dies prætereat, quo non aduentent qui inuisant & salutét, alij animi causſa, alij necesſitudinis, alij negotiorum ergò. Nam & amicis & vicinis neque consilia, neque operam denegare soleo: eaque occasione nonnunquam Iurisconsulti & prudentes mundi sunt excutiendi, sed gratuitò & ἀμυσὶ. Et vos me non negligitis ex aula processus iudiciariorũ excutiendos mittentes. Vndè fit, vt ruri longè pluribus & suauiorib. liberioribusque colloquijs fruar, quã vos vel in aulis vel in vrbibus quantumuis frequẽtibus. RIGO. Age igitur dic amabo, quibus occupationibus totum transigis diem tempusq; disponis otiosum? neque enim dubito, quin singulari industria vsus, tempus quàm optimè & frugaliter dispenses. CONO. Exponam candidè, si nõ pigeat auscultare nihil dissimulaturus. Et principio eiusdem Poetæ alioqui parum pudici in hoc tamen grauiter & appositè locuti verbis & sententia vtar.

Patris familias in Re Rustica temporis dispẽsatio.

Luce Deum oro, famulos post arua reuiso,
Partibus atque meis iustos indico labores,
Indo lego, Phœbumq; cio, Musamq; lacesso.

Inter primos enim ferè surgo, maximè æsta te cum suauissimas & saluberrimas horas somno-

somnolentia pdimus τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ οἰκονομίαν καὶ φιλοσοφίαν χρήσιμον, inquit Aristoteles. Hyeme si pigeat & si quando asperitas aeris aut valetudo impediat, procuratori committo quem si dum habeo & diligentem, sic à me institutum, vt vicarius sit meæ diligentiæ: præterea ancillam Eurycliam tamiam rei domesticæ vxoris quasi suffraganeam & promam condam. Hos iubemus interim nostras partes tueri: Sin autem & cœlum & temporis habitus patiatur ἐργοδιώκτῳ ipse agro. Et quanquam Villicum habeam Rei Rusticæ magistrum, tamen memor dicti illius Persæ & Libyci: Optimum fimum esse agri lætificandi plantam Domini. Et oculum Domini maximè equum saginare. Hortatur me quoque huc, quod surgere diluculo, ad valetudinem, partim grauissimi Philosophi testimonio, partim meo ipsius experimento conferre sentio. Vbi familia suis quęque operibus incumbit & opus feruet, ipse ad orandum atque legendum sacram scripturam in Musæum me recipio. Nempe hoc more vtar, vt quotidiè lectionem in veteri aut nouo testamento veluti pensum absoluam: inde scribo, legoque magis necessaria: aut expedio si quid vel publicè vel

Oecono. ά.

Cato ca. 5.

Optimum fimũ plantam Domini.

circa rem familiarem curandum : sub prandium inambulo paulisper; aut in horto aut in pratis sub dio , si sudum sit cœlum: aut sub tecto, si cœlum tristius. Inde reperio ouum, pullum, aut hædum, aut vitulum, aut pisciculos, recens butyrum, & quæ fimetæ, quæ chortes, caulæ atque piscinæ præbent, aut denique olusculum, acetarium, & fructus si quos hortus & pomarium suppeditat, quas dapes inemptas apparat vxor. Non me Lucrina magis iuuerint conchylia magisúe Rhombus. Prandeo rarò vltra horam vnam prorogata mensa. Acibo confabulationes cum vxore & familia, aut cum hospitib. si sint, misceo, inambulo, viso operas, agros, pascua, segetes, pecorá, iumenta. Quando hic ruri diuersor, quotidiè, si, vt dixi, cœli constitutio patiatur, aut non impediar alijs magis necessarijs, fundum circumeo, iuxta Catonis præceptum: Si non quotidiè, certè postridie aut alternis. Quoties in villam venio ex vrbe, idem facio, vt cognoscam quàm fundus cultus sit, opera quæ infecta aut facta: neque vnquam circumeo, quin aliquod operæprecium fecero. Interim contemplor naturæ mirabilem sagacitatem, ac Dei Opt. Max. incomprehensibilem in creaturis operationem. Quod,

vt Ci-

vt Cicero rectè testatur, suauissimum est animi pabulum, & quàm proximè ad Deum accedere facit. Hic expendo Dei beneficia & opera admiranda, Qui facit germinare fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum, vt educat panem è terra, iuxta psaltis prophetici hymnum. Hic mihi concionatur. *Acad. quæstio. libr. 1.* *Psal. 104.*

Terra ferax vario fundens munuscula cultu
Mollia purpureum pingunt violaria campus,
Prata virent herbis & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum,
Floribus arridentgramina cuncta suis.

Quis vnquam artifex inimitabilia hæc diuina opera æmulari aut effingere poterit? Quis è gramine triticum aut panem? eque sarmento tam nobilem liquorem aut vinum elicere potuit, quàm is, qui omnium visibilium & inuisibilium creaturarum est cõditor? Hisce contemplationibus animũ recreo, Deo creatori & conseruatori gratias ago pro immensa sua bonitate. Cano Psalmum: Te decet hymnus in Sion. Aut, Benedic anima mea Domino, &c. comprecans vt donis diuina sua liberalitate concessis aspirare dignetur, vt agros ditet præparetque frumentum eorum, germini eius benedicat, Coronet annum bonitatis suæ, & cæter. vtque illis frui concedatur cum *Psal. 65.* *Psal. 104.*

neceſſarias cauſſas parochiã adire non cõuenit, Euangelium recitet, & Catechiſmũ interpretetur, Sacramenta ſuis temporibus adminiſtret: Aeſtiuo tamen tempore & cœlo nõ incommodo, dominicis feſtisq; diebus parochiam adimus, & parochum noſtrum audimus, ac Sacramenta participamus. Quod ad familiam attinet. Ea ſic inſtituta, vt diluculo quando ad opus egrediũtur, & reuerſi ad menſam orent. Proditum eſt de Antonio Eremita, cùm à Philoſopho quodam rogaretur, quo pacto res diuinas contemplaretur in ſolitudine libris deſtitutus, Vniuerſo, inquit, mundo librorum & inſtructæ bibliothecæ vtor vice, quæ ſemper & vbiq; ante oculos obuerſatur, in qua diuina opificia lectitare licet. Ad eundem modum & familiam ruſticam habeo veræ religionis fundamẽto inſtructam, eam fretam ſua vocatione & vitæ innocentia, neq; vanis vrbium ſpectaculis auocatam creationis diuinorumq; operum maieſtatem contemplari, & creatorem in creaturis nõ feſtis tantùm diebus, ſed quotidie, & in omni opere laudare, & auiculas creaturasque diuina opera prædicantes, audire licet. RIGO. Pietatis mihi narras ſcholam, non ruſticum contubernium, olim Patriarcharum vitam & primitiuę Eccleſię monaſteria huiſmo-

Antonij Eremitæ dictum:

iusmodi fuisse apparet. CONO. Imò Chrysostomus contendit omnes Christianos etiam cõiugatos ad monachorum non quidem nostratium, sed veterum institutum viuere debere: Nam Monachismus, tum nihil aliud erat, quàm syncerorum Christianorum vita, qualem Patriarchas quoque vixisse testis est scriptura. RIGO. Miratus sæpè cùm in vrbibus ædes habeas splendidas & instructissimas, quòd ijs relictis rure habitare malis, sed cùm hanc vitæ tuæ œconomiam intueor, desino mirari. CONO. Mihi gentile est, atque adeò inde à maioribus agriculturæ studium agnatum. Siquidem & parens, auus, proauus & quantum retro genealogiam repetere possum, maiores omnes mei agriculturam exercuerunt, & in paterno ac proprio rure omnes veluti indigenæ & orti sunt & decesserunt. RIGO. Non ita pridem cùm in publicis negotijs apud Cancellarium grauissimum virum Hypsographum vicinum tuum, & ipsum Rei Rusticæ studiosissimum diuertissem, Parentem tuum videre contigit, senem dixissem Laertem illum Homericum, aut è patriarchis potius aliquem, Et quantum ex Hypsographo accepi grandeuum, nempe nonagenarium, sed ita bellè

Cùm aliàs tum Hom. 56. in 16. Matth.

Monachismus verus.

neceſſarias cauſſas parochiã adire non cõuenit, Euangelium recitet, & Catechiſmũ interpretetur, Sacramenta ſuis temporibus adminiſtret: Aeſtiuo tamen tempore & cœlo nõ incommodo, dominicis feſtisq; diebus parochiam adimus, & parochum noſtrum audimus, ac Sacramenta participamus. Quod ad familiam attinet. Ea ſic inſtituta, vt diluculo quando ad opus egrediũtur, & reuerſi ad menſam orent. Proditum eſt de Antonio Eremita, cùm à Philoſopho quodam rogaretur, quo pacto res diuinas contemplaretur in ſolitudine libris deſtitutus, Vniuerſo, inquit, mundo librorum & inſtructæ bibliothecæ vtor vice, quæ ſemper & vbiq; ante oculos obuerſatur, in qua diuina opificia lectitare licet. Ad eundem modum & familiam ruſticam habeo veræ religionis fundaméto inſtructam, eam fretam ſua vocatione & vitæ innocentia, neq; vanis vrbium ſpectaculis auocatam creationis diuinorumq; operum maieſtatem contemplari, & creatorem in creaturis nõ feſtis tantùm diebus, ſed quotidie, & in omni opere laudare, & auiculas creaturasque diuina opera prædicantes, audire licet. RIGO. Pietatis mihi narras ſcholam, non ruſticum contubernium, olim Patriarcharum vitam & primitiuę Eccleſię monaſteria huiuſmo-

Antonij Eremitæ dictum:

iusmodi fuisse apparet. CONO. Imò Chrysostomus contendit omnes Christianos etiam cõiugatos ad monachorum non quidem nostratium, sed veterum institutum viuere debere: Nam Monachismus, tum nihil aliud erat, quàm syncerorum Christianorum vita, qualem Patriarchas quoque vixisse testis est scriptura. RIGO. Miratus sæpè cùm in vrbibus ædes habeas splendidas & instructissimas, quòd ijs relictis rure habitare malis, sed cùm hanc vitæ tuæ œconomiam intueor, desino mirari. CONO. Mihi gentile est, atque adeò inde à maioribus agriculturæ studium agnatum. Siquidem & parens, auus, proauus & quantum retro genealogiam repetere possum, maiores omnes mei agriculturam exercuerunt, & in paterno ac proprio rure omnes veluti indigenæ & orti sunt & decesserunt. RIGO. Non ita pridem cùm in publicis negotijs apud Cancellarium grauissimum virum Hypsographum vicinum tuum, & ipsum Rei Rusticæ studiosissimum diuertissem, Parentem tuum videre contigit, senem dixissem Laertem illum Homericum, aut è patriarchis potius aliquem, Et quantum ex Hypsographo accepi grandeuum, nempe nonagenarium, sed ita bellè

Cùm aliàs tum Hom. 56. in 16. Matth.

Monachismus verus.

ætatem ferentem, vt vix quinquagenarium iudicassem, ingenio, memoria plurimum adhuc valere visus, de iure municipali eius regionis, de historijs veterum, imprimis de sacris tanta copia & suauitate nobiscum differebat, vt plurimum me illius senis caperet admiratio. Apostolos, Prophetas ad vnguem tenebat, adeò vt non immerito viderem Optimates eius consuetudine delectari atque reuerenter eum colere. CONO. Adeò in extremam vsque ætatem tenebatur sacrarum lectione literarum, vt nullum diem sine linea ac sacrarum literarum lectione præterire pateretur. Quotidiè parochiam proximam pedes adibat, neque sacram concionem prætermittebat vnquam. Pastores & sacrificos in ordinem redegit, ad scripturæ ductum illos exigens. RIGO. Episcopum & censorem aliquem mihi depingis, & reuera plærique opus habent pastores huiusmodi Agonothetis, qui abusus auaritiam eorum alentes coerceant. CONO. Vt autem ad otium hoc meum vel ad agriculturæ studium, vnde digressus, reuertar. Tun'adhuc miraris me hoc tam honesto tamque vili otio delectari, quo nihil sanctorum grauissimo-

Rei Rusticæ encomium.

morumque hominum testimonio honestius, nihil melius, adde nihil eorum, è quibus aliquid acquiritur, libero homine dignius, Deoque magis probatus labor agricultura? Veteres, vt Cato vir sapiens, & Rei Rusticæ assertor testatur, quoties virum bonum laudare vellent, Bonum Agricolam tanquam summo encomio vnoq; verbo efferebant. Proinde huic studio non puduit potentissimos Reges atque Monarchas vacare, quod de Cyro Xenophon, de Abdolomino Q. Curtius memoriæ tradiderunt: Numa Romanorum Rex singulari amore agriculturam prosecutus, quod nullum studium adeò acre pacis & bellicæ fortitudinis philtrum, & facilem è tellure victum præbere existimaret, μᾶλλον ὡσ ἠθοποιὸν ἠωλϑτο ποιὸν ἀγαπήσας τέχνας: vt taceam Hieronem, Philometorem, Attalum, Archilaum, & alios principes viros Rei Rusticæ studiosos. Ab Homero ingeniorum fonte eximiè laudata hæc disciplina, dum Phæacum regem Alcinoum summa cum voluptate in hortis versari scribit. Laertem senem desiderium absentis filij agricultura lenientem tradit. Hesiodus in opere τῶν ἔργων καὶ ἡμερῶν passim

Cato in prin. R.R.

Monarchæ & Reges rei Rusticæ vacarunt.

Plutarc. in Numa.

Ody. κ. & Ody. ω.

lau-

laudat Aſcræam vrbibus pulſam rure delectari. Ipſorum Imperatorum manibus colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra laureato vomere & triumphali aratore, ſiue illi eadem cura ſemina tractabant qua bella, eademque diligentia arua diſponebant qua caſtra, ſiue honeſtis manibus omnia felicius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem nudo plenoque pulueris etiamnum ore. Viatores namque hinc nomen traxere, quod ſubinde ex agris ſenatum ducesque accerſerent. Cognomina hinc Fabijs, Piſonibus, Curionibus, Lentulis, Ciceronibus, Pilumnis cæterisque antiquiſsimis familijs. Fortiſsimos viros & ſtrenuiſsimos milites ex Agricolis naſci, Lyricus Poeta teſtatur, Ruſticorum, inquiens, manus maſcula militum proles ſabellis docta ligonibus verſare glebas. Homerus ſubulci miram narrat fortitudinem nauatamque in cædendis procis operam. conſtat Cæſares & Imperatores plurimos ex agricolis ortos, & vt alios taceam, de GALERIO & MAXIMINO conſtat ex armentarijs ad Imperatoriam dignitatem peruenisſe.

Serranū.
Cincinnatus.
Viatores.
Imp. ex Agricol.

Idem

Idem de Iustino, Constantio, Probo atque Aureliano traditur. M. Curium Imperatorem inuentum in hospitio rapum torrentē, legatorumq; aurū repudiasse, annales prodiderunt. Quid de eius vetustate memorē? E sacris oraculis constat antiquissimam ante alias omnes artes Agriculturam iam inde ab initio humani generis extitisse. Neq; Osyrim, neque Dionysium huius disciplinæ repertorem, vt ethnici fabulantur, sed Deum Opt. Max. hoc vitæ genus instituisse: nam Adam & eius liberi Agricolæ fuerunt. Item Noe vineam plātauit. Abraham, Isaac, Iacob pastores fuerunt. Saul ab asinis, Dauid ab ouili ad sceptra vocatus. Elizeus & Amos è pastoribus facti Prophetæ. Ozias agriculturæ deditus legitur. Syrach agricul turam cum primis efferens, eius opera tene re aratrum, stimulo agitare boues, saginare vaccas, & cætera commemorat. Quid multa? Christus ipse gloriatur patre se agricola fuisse, subinde suggerens vitis ac ouium ac pastorum parabolas. Quinetiam Dominus agriculturam docet apud Lucam, vbi commonstrat arbores circumfodiendas, & stercorandas, vt crescant. Nam cùm hæc ars sit maximè innoxia, & sine qua mortales nec viuere, nec ali posse manifestum, Optimi quique & sanctissimi viri hanc amplexi,

Vetustas agricultura.

Vineæ primus plantator.

Et veteres eam dixerunt proximã, quasiq; consanguineam sapientiæ. Cicero iustitiæ, diligentiæ, parsimonię magistram appellat, nonnulli omnium artium parentẽ, atq; nutricem, nam cùm citra alias artes viuere liceat, citra hanc vita sustineri nequit, adde quæstũ hanc cõsequi maximè pium, minimeq; inuidiosum, siquidem cõmercium habet cum terra, quæ concredita, non reddit sine fœnore, maximè, si Dei benedictione secundetur, vnum genus liberale & ingenuum rei familiaris augendæ, quod ex agricolatione progignit, vnde virtute nobiles habiti, q iã inde ab antiquo hoc quæstu contenti rura exercebant, nobilitatemq; metiebantur præcipuè ex maiorũ agricultura, nõ negociatione, aut mœchanicis artib. opes quæsissent. M. Varro tẽporibus auorũ queri solitam tradit, quòd maiores relictis aratro & falce, intra murũ correpserint, & in circis ac theatris potius, quàm in segetib. ac vinetis manus mouere cœperint, cũ Romani optimates sic annũ partirẽtur, vt nonnis modò res vrbanas vsurparẽt, reliquis rura colerent, atq; sic durati laboribus pacis, facilè militiã, cùm res postularet, sustinerẽt. Sẽperq; rustica plebs vrbanæ præposita, pl^s veræ nobilitatis reliquiarũ in ijs ponẽtes, q foris terrã incolerent, quàm qui intra mœnia

Agricultura consanguinea sapientiæ.

Agricultura aliarũ artium nutrix.

Nobilitas agricultura.

nia desides sub vmbra ciuitatis morentur,
nisi quis honestius vulgi opinione existi-
met, vel sanguine ac calamitate miserorum
rem & honores pacem, aut bellum pero- *Col. 26.*
sos, negotiationis aleam ad opes congeren *168.*
das expromi, ac rupto naturæ fœdere ter-
restre animal ventorum ac maris procellis
se obijcere, seque ritu volucrum longinqui *Col. 11.*
littoris peregrinum pererrare orbem, aut
denique eximium istud studium prosequi
locupletissimum quenque allatrandi, & in-
grato fauces prostituisse foro, certè hoc v-
na innoxia maximum functio. Certe hæc
vna innoxia, vt diximus, functio apud om-
nes, omniumque ætati habita, Rusticæ rei
opibus diuites erant pij Patriarchæ Abra-
ham, Loth, Iacob, Iob. Certumq; est hoc stu
dium eumque quæstum Deo placere, cum
Adamum iusserit Deus terram colere, & in
sudore vultus sui victum quærere. Et Isaac *Gen. 26.*
agrum conseuisse ac luculentum benedi-
ctionis fructum percepisse Moses narrat.
Agricultura igitur tanti momenti, vt eam *Gen. 3.*
Deus publico testimonio suo cõprobârit,
atque huic ordinationi promissionem be- *Agricultu*
nedictionis postea per Moysen addiderit. *ram Deo*
Dabo, inquiens, benedictionem meam an- *placere.*
no sexto, & faciet fructus trium annorum.
Et mox: Si custodieritis præcepta mea, da- *Leuit. 26.*

bo vobis pluuiam temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, apprehendet tritura vindemiam, & vindemia sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate. Quid igitur iucundius homini Christiano, quàm in ea vocatione, & in eo quæstu versari, quam scimus Deo placere, & in hac dulcissima cõtemplatione diuinorum munerum philosophari, atque diuinæ maiestatis potentiam, sapientiam, beneficia humano generi collata recolere atque agnoscere, eius benignitati gratias agere, ipsis videlicet plantis creaturisq; nobis concionantibus? RIGO. Tu Theologum mihi ex Agricola facis, ac propemodum persuaseris, me quoque agricolam fieri, qui hactenus ex vulgi opinione agriculturam sordidam & illiberalem rem existimauerim. CONO. Amplissimum certè hìc se offerre τοῦ θεολογεῖν, diuinorumque beneficiorum agnoscendorum campum iam audisti. Quòd autem sordidam rem vulgus existimet hanc disciplinam, nihil mirum, cùm vulgus semper peruerso iudicio feratur. Vulgus strepitum aulicum admiratur purpuratos & catenatos illos, qui rerum & consiliorum apud Principes potiuntur felicissimos iudicans, interim non intelligens, quãtum tristitiæ lateat sub splen-

Agricultu ram non esse sordidam.

Splendida

dida

dida illa miseria. Vulgus mollitiem pudendam honesto exercitio præponit, noctes ganeis, libidinibus, ebrietatibus: dies ludo, somnoque consumere gaudet, fortunatum ducens, qui nec orientem, nec occidentem solem videat. At qui rectius iudicant, fortunatos vocant,

aulicorum miseria.

Fortunati agricolæ.

Sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundat humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusasq; auro vestes Ertheciaq; æra, &c.
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum: & latis otia fundis,
Et patiens operum paruoq; assueta iuuentus
Sacra Deûm, sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit. vt grauissimè de Agricolarum elogijs Poeta cecinit. Aglaus Sophidius Apollinis oraculo felix iudicatus, quòd in angusto ~~angulo~~ Arcadiæ paruum, sed annuis victibus largè sufficiens prædium colens, vbi consenuerit nunquam egressus, atq; vt è vitæ genere manifestũ est, minima cupidine minimũ in vita mali expert⁹ est, vt Plin. testatur. Sed nimis diu te in cõmendatione rei per se satis cõmendatæ detineo. Heus age Metella, vt

Georg. 2.

Aglaus Sophidius.

prandiũ curetur. METEL. Curabitur. Saluus sis Rigo, arbitrabar te Xenoplutũ esse, qui maritum meum abducere solet, fortè iã vna atq; altera hebdomade domi se continet, id quidã inuidẽtes, molestis eũ odiosisq; occupationib. onerant, vel legationib. quæsitis eũ vltra colũnas Herculis ablegãt. Quod illi detractant, huic tanquã cõmuni iumento imponunt, quẽ iam grandæuũ oportuit emeritũ rude donari, suæq; quietí relinqui, vt tandẽ à mundano strepitu liber diuinę philosophiæ, & ad longum illud iter se præparare viaticoque idoneo instruere posit. RIG. Ex Rep. quidem esset Cononẽ in aulam crebrius vẽtitare, sed rarius adest, quòd rusticatio ei nimiũ adlubeat. At mihi crede, non ea de causa huc diuerti, vt abducerem, sed solũ, vt veterem sodalem inuiserem. CO. Nihil te moueant mulierculæ expostulationes. RI. Obsecro, quia nondum prandij tẽpus, prodeambulemus, vt visam hanc tuam regiã, tantisper dum prandium paretur. CO. Quandoquidem sic tibi placet, villam tibi meam cõmonstrabo, explicaboque, in qua mihi regnum constitui. RI. Lepidum profectò beatumque tuum hoc regnum. CO. Fateor quidem hac parte me beatum, quòd mea fortuna contentus, ampliora non appetam. Siquidem vt ait ille:

Non

Non poſsidentem multa vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter vti
Nouit.

Beatus quis.

Equidē hoc meo regno vel potius tugurio beatior, quā monarchę aliquot, qui tā multis ampliſsimisq; regnis potiūtur. Diuitię nō amplitudine, ſed animo metiēdę, & vt Pſaltes ait, Melius eſſe modicū iuſto, quā diuitias impiorū multorū. Cincinnatus quatuor ſolum iugera colebat, Socrates quinq; tantum minas poſsidens, diues exiſtimatus, vt Xenophon teſtatur. Ita ego cum Virgilio laudo ingentia rura, exiguū colere malo. Iā verò non ſperabis te viſurum Luculli villam aut Hyrcij, quę quadragies HS væniſſe traditur. Magnificas illas villas, & pauimēta marmorea, vt Cicero ait, contēno. RIGO. Eleganter interim omnia, & vt apparet cōmodo cōſtructa ordine. CONO. Nos iuxta prouerbium, p noſtris opibus mœnia cō dimus, hoc eſt, pro agelli merito, & domini fortuna conſtituimus ædificia. Ordine autē rationem tibi explicabo regiæ meæ, Iſchomachū Xenophōticum imitatus, quem eximiè laudat Cicero. Principio ſitus & poſitio docet, ędificare diu cogitare oportet, conſerere

Diues quis Cincinnatus.
Socrates.
Villæ ædificandæ ratio.
Cat. 2.

ſerere cogitare non oportet. Maiores prudenter animaduerterunt, videnturque ad Catonis & Columellæ conſilium, quod & Plinius ſecutus reſpexiſſe, cùm patremfamilias villam ruſticam benè ædificatam habere expedit, nempe ſic ædificandam villã, vt neque villa fundum, neque fundus villam quærat. Atq; hac in re peccaſſe L. Lucullum, & Q. Scæuolam proditum, quorum alter maiorem, quàm vt fundo reſponderet, alter nempe Scæuola minorẽ extruxerit, quàm poſtularet modus agri, cùm vtrunque ſit rei familiari diſpẽdioſum. Diffuſa enim conſepta non ſolum pluris ædificamus, ſed etiam impenſis maioribus tuemur. At minora ſi ſint, quàm poſtulat fundus, dilabuntur fructus aut corrumpũtur. Plurimũ igitur referre, qualis fundus qualiter ædificetur, & vtiliter diſponatur. Cato in prædio maximè deſiderat, vt bonum cœlum habeat, & ſi fieri poterit, ſitum ſit ad radicem montis, inque meridiem ſpectet, loco ſalubri. Varro addit ad exortum æquinoctialem, vt æſtate habeat vmbram, hyeme ſolem. Quibus ſubſcribens Columella, Quod ſi voto, inquit, fortuna reſpõdet, Ager optandus ſalubri loco (nam ſalubritatem Cato cum primis conſiderari voluit, vt infrà dicetur) vberi gleba, parte campeſtri,

Luculli villa.

Scæuolæ villa.

Situs villæ.

ſtri, parte alia collibus vel ad orientem, vel ad meridiem molliter deuexus, terrenisque alijs cultis atq; alijs ſylueſtribus & aſperis, nec procul à mari, aut nauigabili flumine, quo deportari fructus, & inuehi merces poſsint. Cornel. Tacitus tradit veteres Germanos villas cõſtituere ſolitos, vt mõs, vt fons, vt nemus, aut ſtagnum placuit, aut oportunitatẽ præbuit. RIGO. Hinc arbitror tot in Germania gentilitia nomina à mõtibus, fontibus, paludibus ac nemorib. extare. CONO. Apparet. Prȩcipiunt tamen alij non eſſe villam iuxta paludes ponendã, neq; aduerſo flumine. Paludes enim caloribus noxium virus eructare, ac venenatas beſtias emittere, ſerpentumq; peſtes hyberna vligine deſtitutas, ſȩpè cȩnos creare morbos, certum eſt. Homerus omnino è flumine ſemper antelucanas auras inſalubres eſſe veriſsimè tradit. Quare ſi omnino villa cõſtituenda in ripa, cauendum eſſe ſuadent, vt à tergo potius, quàm præ ſe flumen habeat, & vt ædificij frons auerſa ſit ab infeſtis eius regionis ventis, & amiciſsimis aduerſa, cùm plærisq; amnes æſtate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent, quæ niſi vi maiore inſpirantium ventorum ſubmouentur, pecoribus hominibusq; conferunt peſtem. Optimè igitur ſalubribusq; locis ad orientem

Germanorum villæ.

vel ad meridiem, grauibus ad ſeptentrionẽ villa conuertitur. A mari autem cõuenit lõgo interuallo abeſſe. Quia venti marini noxij & media ſunt ſpacia grauioris halitus. Nec viam militarem iunctam eſſe cõuenit, ne prætereuntium viatorum populationib. & aſsiduis diuertentium hoſpitijs infeſtet rem familiarem. RIGO. Si rectè memini, ve teres vicinitate quoque prædia metiebantur. CONO. Rectè mones, quod propemo dũ excid erat, neque enim in poſtremis moleſtijs ponendum vicinitatis malum, vt ad finem huius libri dicetur, cui⁹ tœdio quoſdam noui Agricolas pacis amãtes, qui prędia optima deſerere maluerũt, quàm iniurias improborum vicinorũ tolerare, vt non abs re Heſiodus dixerit: πῆμα κακὸς γειτών. Sed inquies, quorsũ hæc tã lõga proœmia? Certè ideo hæc altius repeto, vt intelligas rationem meæ villæ. Nam cùm ſint villarum ædificandarum varia propoſita, & alij ad voluptatem, alij ad luxuriam, alij denique ad neceſsitatem ædificent, atque conſtituant villas, antiquorum ſententias de villa ponenda recenſere placuit. Cùm autem eam oportunitatem, quam illi requirunt, ponendæ villæ in omnib. loci natura nõ cõcedat, & alij fluminis, alij vel intra aggeris munitiones, vel extra aggerẽ ſiti, qui vel

Vicinitatis ratio.

Villæ poſitio.

vel maris, vel fluminis propinquitatem vitare non queant, alij in paludibus, alij in syluis, nonnulli in montibus prædia habentes arte ac diligentia cogũtur sarcire quod loci natura denegauit. Nos cum fluuium vicinum declinare non possemus, industria quantum fieri potuit incommoda auertere studuimus, & quia fluuij exundationibus pericula sentimus hoc loco & extra aggerem siti ędificijs locum æditiorem delegimus, veluti in tumulo collocatis. Ne autem aquæ & glaciei impetus ea euerteret, arborum sepimento cinximus. Ac verò vt aeris noxios halitus, & ventorum infestos flatus atque imbres vitaremus, ianuas fenestrasque auersas ad salubritatem disposuimus. RIGO. Cæterum videris tu aut maiores tui cõmodè & scitè collocasse hanc villam. Siquidem bifrons est antica, partim orientem, partim meridiem spectãs, & protecto ac menianis sic exædificata, vt & solẽ hybernum, & æstiuam vmbram excipiat. Adhæc ad ingressum prothyron ab occidente ventos & imbres ab ostio arcens. CONO. Totus fabricæ tractus vnius lateris longitudine, vt vides, in quo frons est, meridianam partem spectat, in primo angulo excipiens solis hyberni ortum, vt paululum ab occidente auertatur hyemali, ita fit, vt

V.

Aeris ratio.

Prothyrõ.

fit vt per hyemem illustretur, & caloribus æstate non infestetur. Nam ea ædificatio medium temperatumque libramentũ ventorum hyemalium & æstiuorum tenet, vt & æstiuos perflatus recipiat, & hybernis procellis minus sit obnoxia, tametsi sint quædam, quæ & commodius constitui poterant, & mihi ipsi displiceãt. RIGO. Sunt quædam, quæ videntur Italicum morem imitata. CONO. Nonnulla quidẽ vel quia vetustate collapsa à me paulò commodius exædificata, ea autem quæ integra reperi satis putaui, si sarta tecta præstarentur. RI-
Vestibulũ. GO. Perge obsecro explicare cætera. Vestibulum hoc videtur Italico more clausum portis duabus. CONO. Est quidem à me in eam formam absolutum, tametsi speciem vestibuli quandam haberet antè, sed nó ita commodam, quare quadratæ formæ vestibulum muro cinxi, & porta amplior, per quam currus inuehi possit, si maiuscula plaustra vini vel alterius liquoris importanda cellarijs, aliud est ostium, quod egredientibus ingredientibusque aperitur. Spacio autem hoc propylæi vacuo vel inambulare vel aduenientes excipere licet, pergula adiuncta propylæo huic & topiarium vite vestitum atque cameratũ considere volentibus vmbram præbet, ad est mensa lapidea,

dea, nam aliquoties cœnare hîc soleo. E regione ostij, vt vides, ad meridianam vestibuli partem pistrinum est, & mola farinaria, & furni sunt, pani coquendo, cæteraq; pistoria opera conficiendo. Item cereuisiaria coquina, cum infumibulo ad hordeum madefactũ, dum intumescens dissiliat torrẽdum in pelusiaci potus vsum. RIGO. Mira ad rẽ familiarẽ cõmoditas & industria. CONO. Hæc vitãdis incẽdijs à villa, vt vides, semota. Adhæret puteus limpidissimæ aquæ, qui præter propinquos vsus & culinæ seruit, alijsq; vsibus. Quandoquidẽ intra villã perenni fonte, & riuulis destituimur, alioq; maximè optandi, magnoq; redimendi, cùm propter salubritatem æstiuosq; calores temperandos, tum hortis pratisq; rigandis. Aquæ enim maxima habenda ratio, quæ tam hominibus, quã pecudibus salubritatis maximã causam prębet. Interim eã commoditatẽ sarcit partim puteus optimã aquam exhibẽs, partim cisterna aquas pluuiales per fistulas plumbatas, & canaliculos excipiens. Sunt enim hæ corporibus accommodatissimæ. Accedit vicini fluminis vsus. RIGO. Age, pistrinum hoc contemplemur. Audio te nouo & inaudito molendi inuento vti. CONO. Videbis. Cùm molæ farinariæ magnus in ampla familia rustica vsus, & procul

Pistrinũ.

Aquæ ratio.

cul absint publicæ, via quoque impedita, mihique nullius seruituti addicto liberum sit, vel domi, vel vbicunque libeat molenda deportare. Cogitanti autem de constituenda in hac villa mola, cùm ad aquariam molam, aut πνευματικὴν, quæ vento impellitur, & locus deesset, & auctoritas, & manuaria ac trusatilis parũ compendij afferret, iumẽtariam etiã extruere operosius visum. Quare cùm aliquoties vidissem tympanũ haustorium, quod vel asinis, vel mancipijs circumageretur, eadem opera existimaui, & molam agitari posse, ad eum modum hanc machinam excogitaui, quam asini bini molares à puero incitati pulchrè circumducentes frumenta frangunt, farinam optimam reddentes, & quantum meæ familiæ opus, interdum etiam vicinis permitto, sed gratuitò. RIGO. Laudo industriã. Quid nõ humana solertia excogitat? CONO. Mihi certè vtilitatem non vulgarem præbet. Verùm, quia tardius opus procedit, iumentariam quoque extruxi, quam equis vacantibus circumagam. RIGO. Ecce lebetem vastum perquàm commodè in angulum latericio parieti incluſum, cereuisiæ coquendæ seruire arbitror. CONO. Maximè, interim accommodatur, & alijs vsibus. RIGO. Fistula illa infunibuli in superius tabulatum

Molæ frumentariæ.

Mola asinaria

Iumentaria mola.

latum ascendens quorsum? CONO. Hordeo madefacto in cereuisiæ vsum accommodata, quam crates vel testulæ perforatæ excipiunt, quibus hordeum madefactum ac dehiscens insperſum exiccatur. RIGO. Quid cupa illa ampla? CONO. Hordeum in ea maceratur, quando sic res postulat, aliâs farina ad cereuisiam in ea miscetur. In proximo est pistrinum & artopæum gemino furno, alter cómunib. panib⁹ & familię rusticę seruit, alter panes αὐτοπύρους ac minores pro mea mensa, crustas quoque & placentas ac dulciaria coquit. Adsunt & arcæ farinariæ, in quibus molita conseruãtur, lintres in quibus farina molita fermentatur ac maceratur. In mensa finguntur panes in furnum mittendi. RIGO. Per commoda omnia. Sed aliud hoc ædificium in ambitu vestibuli quorsum seruit? CONO. Hæ ædes ab alijs seiunctæ primùm hospitibus cubicula, deinde apodyterium prębent adiuncto balneo. Hæc, vt cernis, occidenti æstiuo aduersa, quo sint post meridiem vsque in vesperam illustria. RIGO: Sed insula illa, fossa cincta atque à vestibulo ponte disiuncta splendidius, & elegantius ad amœnitatem ædificata videtur, hanc arbitror prætoriam domum, in qua cum vxore & vrbana familia seorsum tutiore loco diuersari

Hordei ad cereuisiã macerãdi ratio.

Prætoriũ.

uersari liceat. CONO. Sic est, & propterea eminentiore collocatum loco, simul quo & fundamentorum iniuria à fluuij exundatione vitaretur, & lætiorem prospectum, aeremque salubriorem præberet. Proinde & hortus & pomarium adiunguntur, quæ herbarum spiramentis, arborumque virore & cœlum & prospectum commendent, fenestræ magna ex parte orientem, pars etiá septētrionem, pauciores occidentem spectant, nisi quòd hyemalis temporis cubicula magis austro obuersa, cenationes, & peristilia meridiano æquinoctiali subiecta, vt hyeme plurimum, æstate minimum solis recipiant. Turris peristerotrophium præbet. RIGO. Frequens volatus, ex hoc columbario arca Domini completur haud dubiè simul & culina. CONO. Si vt eximius ille & vndecunque doctissimus Varro affirmat, etiam seuerioribus sæculis, paria singula singulis sestertiorum millibus venire queant, vel inueniantur tam stolidi, vt Columella scribit, qui quaternis millibus numum binas quasq; mercentur columbas, fateor me non mediocrem quæstum hinc facere posse, verùm nobis saginam vix ex hoc auiario exercere licet. RIGO. Quid non designat delitiarum insana cupiditas? Nostra ætate par columbarum 60. florenis in

in Brabantia cõparatum audio. CONO. In vrbano hoc ædificio nihil attinet te diutius remorari, horũ tu plurima vidisti splẽdidius & cultius extructa. Villã rusticã perlustrare fortè malles. RIGO. Maximè. Video trifariã te ædificiorũ rationẽ distinxisse. CONO. Sic scilicet vsus requirit, vt in vrbanã, rusticã, & fructuariã diuidatur. RIGO. Quid hæc cella ad ingressum tã scitè extructa? CONO. Hæc cella villici est: nã eum ad ostiũ excubare atq; scire oportet, qui introeãt aut egrediantur, quid ferant aut efferant. Indidem quoq; culinã inspicere potest, ac contueri audireq;, quid illic agatur. Quãdoquidem ibi prẽter cibos, qui coquũtur illic & capiuntur, etiam hyeme antelucanis horis res aliquot ibidẽ cõficiuntur. Supra ianuã pcurator meus cubiculũ habet vnde in vestibulũ & ad portam prospectus patet, & is villicũ ex vicinia obseruat. RIGO. Magnam vigilantiam narras, idque ex Varronis doctrina te retinere arbitror. CONO. Sic vsus monstrauit. Vicinum vtrique armamentarium. RIGO. Deus bone quæ hic instrumẽtorũ taberna? CONO. Agricolam vult Hesiodus omnia habere parata, vetatque commodare ab alijs. μὴ σὺ μῶν αἰτῇσ ἄλλον, ὅδ' ἀρνεῖται, σὺ δὲ τητᾶ, ἢ δέ ὥρη παραμείβηται, μινύθῃ δὲ τοι ἔργον. Quare sic institui meum villicũ *Hesiod. ἔργων.*

vt omnia bina habeat. M. Varro admi-

Instrumenta rustica.

nicula & instrumēta rustica trifariam partitus est: in vocalia, in quibus sunt liberi, mercenarij, aut conductitij: Semiuocalia in quibus sunt iumenta operi destinata. Muta sunt hæc quæ vides hic recondita, dolabræ, asciæ, falces varij generis, secures, secures dolobratæ, secures ligniſecæ, securiculę, cunei, falces messoriæ, falces adoreæ, falces putatoriæ, falces fænariæ, falces arborariæ, falces stramentariæ, falces vineaticæ, falces vericulatæ, scirpiculæ, falces denticulatæ. Cultelli, cultelli curui, cultri lanionij, Scalpella, cauteria, phlebotema, castratoria instrumenta, subulæ, tonsoria, forcipes, forpices, forfices, mallei, roptra, binæ, terebra, Serræ maiores & minores, serriculæ, serrulæ, manubriatæ, ligones, palæ, lupi, bipalia, pastina vangæ, marræ, runcones, mergæ, vnci ferrei, furcæ, furcillæ, furcæ ferreæ bidentes, tridentes, quadridentes, situlæ, vanni, flagella, tribula, scopæ, hostoria, radij, radula, sacci, culei, vtres, ligneæ mandibulæ, stuparij mallei, hami ferrei, pectines ferrei, fusa, coli, sponotyli, rhombi, ignitabula, ignaria, crates variæ, crates dossuariæ, crates stercorariæ, scirpeæ stercorariæ, corbes,

corbes, cophinij, funes & reſtes, funes cannabini, funes ductarij, lorei, ſpartea, fibulæ, pauiculæ, ſubſcutes, trochleæ, ſuculæ, cochleæ, gerania, tympana, regulæ, ſcalæ, vectes. Item in torculari & trapeto prela, fiſcinæ, fiſcellæ, quali, cola, bennæ, dolea, lacus. In equili antilenæ, poſtilenæ, clitellæ, ephippia, ſtapedes, frena, cami, lupata, capiſtra, habenæ epomides, iuga, lora. In chorte ſeruantur plauſtra, aratra, vti mox videbitur. In cerauiſiario lebetes, cupæ, dolia, labra, ſitulæ, vaſa aquaria, tinæ, ſiphones epiſtomia, infundibula, opercula. In piſtrino furni, acci, rutabula, mactræ, arcæ panariæ, cribra ruderalia, polcunaria, incernicula, plathana. In culina focus, ignitabula, infumibulum, alaria, forcipes, folles, menſæ, ſellæ, ſcamna, ſedilia, vrnaria, caldaria vaſa, cucumæ, milliaria, quadræ, cola, tripodes, ahena, lebetes, fuſcinę, deſpumatoria, rudiculæ, tyrocneſtes, ſartagines, tudiculæ, creagræ, pila, mortaria, ſcutellæ, cochlearia, pocula, canthari, obbæ, crates ferrariæ, panaria, abacus, ſalina, mātilia, mappæ, lauatrina, malluuia, & cætera vaſa fictilia, ſtānea, ærea, lignea ad ſuos quæq; vſus ſuo loco aſſeruātur. Neceſsitas ruſtica ſic poſtulat, vt omnia

duplicia ſint vel plura, prout numerus ſeruorũ & vſus exigit. Vt ſi vnũ amittatur aut confringatur, ne ſit opus à vicino petere, néue opera ceſſent, & dum vnum reparetur, interim ocio liceat vti. In vrbem autem proficiſci parandorum inſtrumentorũ gratia, nõ eſt ex re ruſtici: adde quòd inſtrumẽtorum vſus dilatus operas ſuſpẽdit, & plus in operis ſeruorũ, quã in precio earum rerum cõſumitur, taceo q̃ in vrbes profectio ſegniores facit. RIGO. Scitè me hercule omnia ſuo loco diſpoſita. CONO. Primum ea ſecreuimus, quib. quotidiè vtendum, vtq́ue in promptu ſint: deinde quibus menſtruus, annuus, aut rarus vſus: Hæc ipſa ꝓcuratori aut villicæ annumerata tradidimus, & vbi ea ponerent, demõſtrauimus, atq; vt ſalua ſint, ſua cuiq́; annumeraturis, vt quodcunque opus eſſet ſciant vnde darẽt, & meminerint quid cui dederint, & cũ recepiſſent, ſuo loco reponerẽt. Prę̃cipimus quoque, vt ſæpius ſaltem ſingulis menſib. ea inſpicerent, & ſi opus, reficienda curarent. RIGO. Prę̃clara res eſt ordo, nihilq́; in rebus humanis prę̃ſtãtius, & vt ordine quę̃q; fiant, & ordine recondita, ſi opus ſit, promãtur. Huius ſingulare exemplar commemorat apud Xenophontẽ Iſchomachus in naui Phænicum, in qua mirum quanta ſuppel

Xenoph. Oecom.

Ordinis cõmoditas.

lex in

lex in tã anguſto vaſe, omnẽ ſuppellectilem qua mortales vtũtur, ſecum ferebat, omnia interim ſic collocata, vt inter ſe minimè impedimento, & ſuo quæq; loco repoſita in promptu eſſent. CONO. Et ipſe deſcriptum habeo catalogũ inſtrumentorũ, & villicus ac villica itidẽ. Procurator clauẽ habet armẽtarij, & cuiq;, vt diximꝰ, deprõpta tradit inſtrumẽta, abſolutoq; opere reponit. Neque ipſe lubẽs alijs mutuo aut commodato do. Duos aut tres vicinos habeo, vnde vtenda peto, & quibus viciſsim do, p̃ter hos nemini. Sic me docuit ſapiens Cato. RIGO. Idem ni fallor docet ex inſtrumẽto ruſtico agrum æſtimare. Quare è tam amplo inſtrumento agrum ampliſsimum ęſtimare licet. CONO. Inſtrumentorũ conduplicatio multitudinem auget: alioqui ſi pro modo agri ſingula inſtrumẽta deputentur, nõ ita multa viderentur. RIGO. Sed perge quæſo villam ruſticam explicare. CONO. Vides pauimentum anteculinam vacuum, vnde ſimul in culinam patet ingreſſus, & cellas familiaricas ac iumentorum ſtabula, quæ cõuenit eſſe vicina, vt ſi quid noctu iumentis accidat, familia mox adſit; curetq; neceſſaria. RIGO. Culinã cerno benè inſtructã, induſtrium autẽ hoc, q̃ cõtignationes opere tectorio loricatę. CONO. Sic primum nume- *Culina.*

rosæ familiæ alendę postulat necessitas, quã hic prãdere, cœnare morariq́; oportet magna parte. Deinde aduersus incẽdia loricatio conducere visa. Ad culinã ancillarum cubicula. RIGO. Fumarium ad focũ non ineptè adiunctum, succidijs, pernis, carnibusq́; bubalus ac piscibus fumatis benè instructi. Coquinę nõ incõmodè lauatrina admota. CONO. Ad parietem hũc intergerinũ, quicõcraticius à Papiniano nostro vocatus, quiq́; priorẽ villę rusticę partẽ à culina distinguit, sic villici cubiculũ abstructũ, vt ea, q̃ in culina, & vt diximus superius anticã ingrediẽtes egredientesq́; atq; etiã in posteriorẽ ædium partem conspicere possit: huic itidẽ admota penuaria cella, apotheca, & hypogea trifariam distincta, primũ lacticinijs, alterũ cereuisiæ, vini & poculẽtis, tertiũ salsamentis, & quæ his affinia. Hîc ad meridiẽ, & occidẽtem nullæ fenestræ, solem orientẽ & septentrionalem lucẽ admittũt. Quod hic aer putrefactioni minus obnoxius & duraturis cõueniat. E priore ędiũ parte q̃ excelsior est, cõscenditur in tabulata, in quibus frumentum excussum reconditur. Ea itidẽ vndiq; clausa & loricata aduersus muriũ iniuriã. Fenestris clatratis lucẽ à septẽtrione excipiẽtibus. In propinquo est tabulatũ aliud clausũ oporothecæ, & ipsum modicis fenestellis aquilone

Intergerinus paries.

Penuaria cella.

Apotheca.

Hypogea.

Tabulatũ frumẽtarium.

Oporotheca.

quilone inſpiratur. Siquidē ea cœli poſitio frigidior minus humida, vnde perennitatē cōditis frumētis, oporis alijq́; rebus afferūt. Iam verò poſteriorē huius ędificij partē licebit ingreſſo per oſtium hoc contemplari, hîc patentem vides aream, in qua aliquādo flagellis excutitur frumētum, trituratur atque vannis expurgatur ventilaturque, ac cætera ruſtica opera ſub tecto expediuntur, maximè antelucanis & hybernis horis prędſtāda, tametſi aliâs idē in area horrei fiat: Ab vtraq; aūt parte ſeruorū cubilia & alia tabulata & palearū ac reliqui pabuli iumentorū receptacula. Sunt & ad equilia ſeruorum cubicula vtrobiq́; iumentorum cuſtodi cōſtituta. Ancillarum autem cubicula ad culinā lauatrinamq́;. Cōſeptum hoc intueris vndiq; clauſum, nimirum vt & bubulum pecus aliaque animalia tutò contineantur, quoties vel aquatum vel ſtabulis repurgandis emittuntur. Atq; hic anſeres, anates, pauones. Indicę atq; alię chortales aluntur aues: Eſtq́; conſeptū vndiq́; ſic ſtabulis, horreis alijq́; ædificijs cinctū, vt ſepimēti vicem illi prębeant. Chortem duplicem eſſe voluit Varro: vnam, quę interius impluuium habeat lacum, vbi aqua vel ſaliat vel ſtagnet ſitque ſemi piſcina. Boues enim & equi vel ex aruo reducti vel ſtabulis aquatum ducti hic

Conſeptū.

Chors vel Cohors.

cti hîc bibunt, hîc perfunduntur, & obluũtur, atque idem vſus anſeribus, porciſq; & ouibus, dum à pabulo redierint. In chorte exteriore lacum eſſe oportet, vt perticę, rotæ, ligna iniecta macerentur, & ruſticis inſtrumentis tectisque idonea reddantur.

Chors hæc crebris operitur ſtramentis ac palcis, vt conculcata pedibus pecudum ſit miniſtra fundo, vtque ſit ex ea, quod eueha tur. Cernis in conſepto ſterquilinium bifariam partitum, nam in alterum recens è ſta-

Sterquilinium. bulis egeritur fumus, ex altero vet⁹ in agrũ euehitur: nam quod effertur recens, minus bonum, melius vbi flacuerit ac computruerit. RIGO. Quid ſibi volunt virgę, frondes, atque ſtramenta inſtrata fimo? CONO. His vindicatur à ſole fimus, ne ſuccus, quẽ terra flagitat, à ſole exugatur. Vnde è lauatrina effuſa aqua huc confluit, qua ſubinde irrigetur. Varro huc quoque ſellam familiaricam admouẽdam iudicauit. Agedum, ne in ſterquilinijs diutius moremur, ad ędificia & tiguriola, quæ conſeptum claudũt,

Horreum frumentarium. veniamus. Maiuſcula illa tecta horrea ſunt, quibus demeſſa frumenta & ſegetes impor tantur. Quibuſdam locis nubilarijs vtũtur, alicubi quaternis tignis æquali diſtantia fi-

Berg. montes. xis, imponunt tectum pẽſile, vt ſurſum deorſumque mitti queat, montes appellant, quibus

quibus frumenta recondunt. Sed clausa parietibus magis probantur. Ab altera parte horrei stabula ordine conseptũ cingunt. Et quia Virgilius stabula meridiem, Vitruuius etiam ignem spectare vult, eũ modum secuti, stabula pecorum iumentorumque sic constituimus. Ac primũ equorum, quibus ad agrum colendum trahendumq; vtimur. Est & aliud equile iuxta prætoriam villam equis seruiens equestribus. RIGO. Apparet elegantius id constructum. CO. Hinc ouile, mox bubile & vitulorum ac iuuencorum, pòst hara bifariam distincta, altera fœtæ scrofæ clauduntur, altera promiscui generis receptaculũ præbet. Est & tertium porcile non procul à lauatrina, porcis saginãdis destinatũ. Quibusque stabulis cubilia seruorum adiuncta, quibus cuiusque generis cura demandata, vt si res exigat, ad sua sit cuiq; facilis accursus. Postremò fœnile succedit, quo fœnum superiori parte recõditur. Inferior pars aperta rhedas, plaustra, vehicula, carros, petorita, pilenta, esseda, cisia, occas, traheas, aratra, vrpices, cylindros, temones, rotas, cardines, cãthos, modiolos, apsides, axes, dactylia, eures, embolos, sufflamina, ansas, iuga, stiuas, bures, vomeres, rastra, istoboas, cultra, & eius generis instrumenta recipit, ijsque tectum præ-

Stabula.

Fœnile.

bet, quibus pluuium cœlum inimicum, & simul intra cõseptum aduersus fures tutiora suoq; loco collocata conseruantur. RIGO. Dic amabo, quisnã his tam multis curis intendit, & in officio quenque cõtinet? CONO. Villicus quidem vniuersæ tam familiæ, quàm rei Rusticæ præest, præterea procuratorẽ habeo, qui quasi agonotheta adhibitus, fructus atque pẽsiones recipit. RIGO. Villicum peritum esse oportet atque fidum. CONO. Rectè iudicas: Nam villici & medici, vt Xenophon scribit eadem ratio. Est enim deligẽdus, qui vsu rerum Rusticarum instructus, & exercitatus reliquarum operarum magister sit, qui ipse in opere præeat, edoceat subiectos, commodeq; faciat, quę præcipit. Siquidem nihil sine exemplo docetur ac discitur. Vt enim Cato dixit de patrefamilias prisci moris. Malè agi cum Domino, quẽ villicus doceret. Sic rogatus à Socrate Ischomachus, vtrúmne villicum mercari tanquam fabrum oporteret, an instituere potius domi consueuerit. A me, inquit, instituitur. RIG. Verùm hæc prisci moris, quo nemo rei Rusticæ ignarus, mirum autem te in principum ac Reip. negotijs versatum hoc tempore (quo pauci præter rusticos & mancipia huius exercitij periti sunt) hisce rebus animum adijcere potuisse.

Villici ratio.

potuisse, vt appareat, quasi nulli alij rei vacasse te, quàm Rusticæ. CONO. Mihi profectò verisimile non sit, cum peritum villicum comparare posse, qui ipse non intelligat, quibus rebus eũ instituturum esse oporteat, neque opus exigere rectè posse, qui quod, aut qualiter faciendum sit, non intelligat, atque à ministro discat: Nemo enim bonus artis æstimator, nisi peritus. In deligendo autem villico, quatuor maximè requiro, vt sit beneuolus, diligens, imperiõ aptus, & iustus. Quintũ, si adieceris non repugnauero, præsertim quibusdam regionibus, nempè, vt à temulentia sit alienus, nam ebrioso cura officij pariter cum memoria substrahitur. Nõ requiro, si vrbanas & delicatas artes nõ didicerit: Sed potius eligẽd⁹, q̃ à pueritia rusticis operib. induruit, et experimẽtis cõprobatus, ætatis mediæ, ne vel adolescentia ætati detrahat, vel puectior operi succũbat laborioso. Conuenit tectonices esse mediocriter peritũ, vt si quid in stabulis, carpentis, alijsúc rusticis instrumentis ruptum, fractumúe subitã reparationem requirat, id sarcire possit, parietes deluta-re, sepimenta fulcire valeat. Item veterinariæ artis nõ ineruditus. Qui apud eruditos villicos sit institutus, is separabitur ad imperandum nõ ineptus: Nam sunt pleriq;, qui

Qua in villico requirenda.

et&

etsi operum probati artifices, ad imperandum tamen gubernandumque inepti sunt, & vel ferocius, vel indulgentius familiam regentes domini rem corrumpunt. Proinde explorandus antè, quàm recipiatur villicus. Neque hoc solum considerandum, an disciplinam ruris teneat exactè, verũ etiam an domino fidem & beneuolentiam exhibeat: Sine quibus nihil proderit, quãtumuis magna peritia rustica. Præcipuè autẽ in hoc magisterio æstimare & scire conuenit, quid laboris cuique conueniat: Sunt enim quædam opera, quæ vires magis, quàm peritiam requirant, & contrà. Quare in delegendis his delectum & iudicium habere, & villicum arbitrum esse, atque æstimatorem harum rerum operæprecium fuerit. Quod fieri non possit, nisi ipse sit peritus. Non minus igitur docendus villicus, quàm faber, aut alius artifex. Et rusticationis artem non paulò difficiliorem & ampliorem dixerim. Vnde mirandum in hac tam necessaria arte tam paucos reperiri, & discipulos, & magistros. RIGO. Fortè magnitudo rei deterruit, & difficultas. CON. Quare non etiam oratores deterruit, quia nullus dum perfectus repertus orator, vt contendit Cicero. RIG. Quis ergo docebit villicum? CO. Rectè rogas, dicam. Quanquam autem in vniuer-

Rusticationis artis difficultas.

niuersum de Re Rustica pauci præceperint, & singulis etiam exercitatos nó multos reperias. Quare futurus villicus veluti per gradus instituendus videtur, ita, vt à pueritia primùm pecora pascere minora, inde armenta & equos curare, fodere, arare, triturare, plantare, serere, metere, sæpire, ædificare, sarcire rupta instrumẽta rustica, laniare pecus, pecori & iumentis, ac veterinis ægrotantibus remedia adhibere, & si qua similia opera discat oportet, atque sic per omnia rusticæ disciplinæ genera exercitatus ad magisterium ascendat, non secùs, quàm de Episcopo docet Gregorius Nazianzen⁹, & Cicero de Imperatore per omnia militiæ tyrocinia educãdo. RIGO. Miram mihi commemoras philosophiã. CON. Quod initio dixi, ætatem maximè probari à trigesimo anno ad sexagesimum: Nã adolescentiæ illa lasciuia deferuescente, neque amoribus, alijsque auocamentis abstrahitur ab officio: vbi enim his se dederit vitijs, nihil aliud cogitabit, quàm amores: neque præmium iucundius, quàm libidinis fructus, nec supplicium grauius, quàm frustratę cupiditatis. Adhæc sexagesimum annum excedens piger, & deficientibus viribꝰ, lassus redditur & tardior. Equidẽ vnius villici operã malim agilem & industriã, quàm plurium

Institutio villici.

Aetas villici.

rium aliorum ſeruorum negligentem, non aliter, quàm ille, qui ducem leonem militibus ceruis optauit potius, quàm cõtra ceruo duce leones milites. Hoc imprimis curare oportet, cùm plurimum referat à primo mane opus aggredi, vt villicus ſit vigilans, vtque patrisfamilias vices ſubiens primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat, prius villã videat, clauſáne ſit, & vt ſuo quiſque loco cubet, vtque iumenta pabulũ habeant, rectéque ſtabulentur, vt familiam ad opera cunctantem pro temporibus anni feſtinanter producat, ipſe ſtrenuè præeat, neque patiatur ſtatim à prima luce quenquã cunctanter & languidè procedere, ſed velut in aliquod prælium cum vigore & alacritate villicũ tanquã ducem præcedentem ſequi. Varijsq; exhortandi artibus in opere ipſe excitet laborantes, nonnunquam tanquã deficienti ſuccurſurus inſtrumentum auferat, parumper & ipſe fungatur officio cius, moneatque ſic fieri debere, vt ab ipſo fortiter ſit effectum. Atque vt diligens opilio manè oues educens, & veſperi reducés curat, necubi pecus aliquod deficiens in agro relinquatur: Sic & villic⁹ ſeruos domũ reducens, non in domicilio ſuo deliteſcet, ſed cuiuſq; curã agat diligenter. Si quis fortè vel ſaucius, vel debilitat⁹ fuerit, adhibeat

Cura familiæ.

fomen-

fomenta, & si languidior, in valetudinariũ deducatur, necessariamq; curã adhiberi iubeat. In eum vsum ędificium illud à reliquis semotum destinatur, vt ægrotantes eò deducantur, atque inibi curentur maximè, si contagioso morbo infecti, ne alij contagio lædantur. Oportet enim Agricolam hãc familiæ curam valetudinis non negligere. Et præstat eos, qui rectè valent curare, atque operariorum morbos præuertere, quantũque possibile, cura & antidotis anticipare. Nẽpe, vt cibus, & potus salubris à cellarijs, aut culina sine fraude prębeatur, nõ corruptus, aut qui valetudinẽ offendat: Proinde villicus in conspectu familiæ cibũ, & non aliũ capit, ita fit, vt cibus diligẽter & salubriter apparetur. Et quia in agro non semper adsunt medici, expedit morbos disciplinæ exemplo curare, sumpto ab his, qui similiter ęgrotârunt in eadem regione eiusdemque naturæ. Eos, qui in sole laborant, corpora & venas lædit sol, oportet alimentum ipsis detrahere, vt non semel, neque bis, sed paulatim ac sæpius comedant. Hæc cm̃ ratio valetudinẽ cõseruat, & cõcoctioni proderit. Aliqui absynthites vinũ & iusculũ, in quo absynthium coctum præbent. Conuenit & suo tempore quietem permittere, atque vt ijs temporib. quieti potius, quàm nequitiæ

Valetudinis familiæ cura.

quitiæ vacent. Cauendum, ne incalētes frigidiora potēt, aut humi cubent. Si aqua nō sit bona, coquatur, conuenit & ptisana. Meminisse oportet & homines esse ipsos seruos. Ac denique ex huiusmodi cura nascitur beneuolentia & obsequiū. Quinetiam fidelius seruire studēt qui conualuerint, cùm est ægris adhibita diligentia. Et quod in maioribus imperijs quoque difficulter custoditur, cōsiderare debebit villicus, ne aut crudelius, aut remissius eos habeat. Semper foueat bonos ac sedulos, parcat etiam minus probis atque etiam temperet, vt magis reuerēatur seueritatem, quàm vt ſęuitiam detestentur. Id, quod efficere poterit, si maluerit cauere, ne peccent, quàm cū deliquerint, serò punire. Siquidē nulla est nequissimi hominis arctior custodia, quā assidua operis exactio. Adeò, vt verisimū sit Catonis oraculū. Nihil agēdo discere homines malè agere. Dimensum & cib' suo quoque tempore præbeatur, consuescat familiam circa larem focūque familiarem cibum capere semper, atque ipse in cōspectu eorum epuletur. Sitque frugalitatis exemplum. Si quem deprehendat fidelem & gnauiter laborasse, hunc beneuolentiæ indicijs ac munusculis alat, atque in officio contineat. Adhæc cultam vestitamque familiam

Imperij moderatio

Catonis oraculum.

miliam vtiliter magis habeat, quàm delicatè, vt videlicet munita sit aduersus frigora & imbres. Mercedem laborum maturè persoluat, ne vsquam detrectandi laboris occasionem prætexere queant. Et sicut cibus & vestis necessaria, ita etiam castigatio. Nam Sapiens ait: Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso stultorum. Et iterum: Qui delicatè nutrit seruum suum, pòst sentiet eum contumacem. Præcipuè enim curabit, vt Deum timeant, non patiatur temerè atque è consuetudine iuramentis ac blasphemijs vti, neq; scurrilia, aut impia verba miscere. Quinetiam prouidebit, vt Catechismum teneant, orent, festis diebus cõcionem audiant, sacramenta suo tẽpore communicent, cauponis, aut nequitiæ ne vacent. Sed, vt Poeta ait, quædam etiam festis fas exercere dieb. à sacris & cibo sumpto fundum obambulent, inspiciant, sicubi segetibus iniuria fiat, an à pecoribus lędantur. Sepimenta diruta reficiant, iumenta & pecora inuisant. Breuiter, Villicum in his omnibus ceu ἐπίσκοπον καὶ ἐργοδιώκτην esse oportet. Sic fiet facilè, vt suo quique officio fungantur. Villicus autem in villa sit perpetuò, ne absentia sua cessatorem faciat familiam, néue cessandi, vel delinquendi spacium præbeat. Non sit ipse potationibus, *Festis quæ exercẽda.*

ludis deditus: neque etiam venãdi piſcandiq́ue ſtudijs, niſi ſic prædij vſus poſtulet, auocetur. Hoſpitem non niſi ex familia domini quàm rariſsimè recipiat. Non negotietur neque ſibi, neque pecuniam domini in animalibus, aut in alijs promercalibus occupet: quandoquidem hæc negotiatio curã villici retrahit, nec vnquam patitur eum cũ rationibus domini paria facere, ſed vbi numeratio exigetur, res pro nummis oſtenditur. In vniuerſum hoc à villico obtinendum, ne putet ſe plus ſapere, quàm dominum, neúe exiſtimet, ſe ſcire, quod neſciat, quæratq́ue ſemper addiſcere, quod ignorat. Nam cùm plurimum prodeſt, peritè aliquid facere, ita plus obeſt perperã feciſſe. Columella mauult illiteratum, qui tenacis ſit memorię. Nam eiuſmodi villicum ait, ſępius numos domino, quàm librum afferre, vel quia neſcius literarum minus poterit rationes confingere. Vxor villico ſit cõtubernalis, quæ contineat eum, & in re familiari adiuuet. Eã conuenit eſſe ætatis eius, quam in villico exegimus ſuperius, robore, valetudine, cõtinentia, vigilantiaq́; cõmendatam, neque ſpecie nimis fœda, ne villicum à ſe alienet, neque nimia ſpecie deſidem intra tecta cõtineat, cui cũ familia prodeundum, & peractis operibus fatigato redeundum.

Villica.

dum. Villica interim culinam, domesticaq; capessiet opera, ancillas regat, & in officio contineat, suppellectilem conseruet, dimẽsum cuiq; præbeat. RIGO. At tu mihi videris è villico facere dominum, ac patremfamilias, & rursus è domino villicum. CONO. Nostra ætas mollitie corrupta, veterũ & maiorum nostrorum studia simul & honestissima & vtilissima negligit. Siquidem tum domini ipsi rem Rusticam regebant, & malè cum domino agi existimabant, quem villicus doceret, vt Cato tradidit. Quinetiã Varro queritur tẽporibus auorum patresfamilias falce & aratro relictis intra murum correpsisse, & in circis potius & theatro, quàm in segetibus & vineis manus mouere. Vnde Cato, & veteres plurima, quę nos in villicum conijcimus, patrisfamilias curæ tribuerunt. Equidem etsi villico curam familiæ commiserim, ipse tamen veteres imitatus inspector, & aganotheta operarũ esse, meoque ductu & imperio pręcipuè fundum regi volo. Comiter tamen, vt antè de villico dixi, cum colonis atque ipso villico ago, auarius opus exigo, quàm pensionem. Sed nimis diu te circumduco ieiunum. Age, ad prandiũ procedamus. Non in Apolline prandebis, neque Lucullanam villam tibi ostendere volui, vt vidisti, sed Cincin-

Patres familias veteris rei Rusticæ.

Auarius opus, quàm pensio exigenda.

nati, aut Abdolomini, aut denique Laertæ tugurium. Hîc vides ruſtica ædificia ab hoc noſtro vrbano foſſa diſiunctum, ſed ita, vt quæ in villa fiunt, in conſpicuo ſint. Hîc ego cum vxore & familia vrbana verſor. RIGO. Eleganter, ſcitè ac percommodè omnia, nihil, quod ad abſolutam villæ conſtitutionem neceſſarium videatur, prętermiſſum. Accedit præterea dom⁹ pari induſtria ſimul & iucundo, & vtili loco poſita. Heus tu Metella, planè Martham agis plus ſatis in culinarijs apparandis ſollicita. METELLA. Nequaquam. Ruſticis his epulis, non artocreis, nõ tucetis, non ferina, aut oſtreis ſcaurisque, aut deniq; aulico apparatu excipieris, ſed oleribus, acetarijs, ouo recenti, pullo atque agno. RIGO. Hæ dapes mihi ſunt longè gratiſsimæ. CONO. Fruere igitur, & villum noſtrum ἐπιχώριον experire. RIGO. Certè Rheticum Phalernumq; ſuperare videtur. Nõ arbitrabar hoc agro vitem conſeri, aut certè tam præſtantia vina gigni. CONO. Cultura diligens, & anni fœlicitas ſic tribuit. RIGO. Age diutius heremus in menſa, cœlo tã ſudo lætoq; nos euocante, piaculum eſt, non frui cõceſſa voluptate expatiandi, fundiq; tui contẽplandi. CON. Cœlum, vt ais, cùm temperatum, neque ſolis ardore, neq; tempeſtatib. moleſtum

Vrbanum ædificium.

lestum sit, equum, vt dicitur, in campũ pro-
uocas, cùm ipse alioqui iuxta Catoni præ-
ceptum quotidiè, quãdo hîc sum, neq; vel
cœli inclementia, vel alijs necessarijs occu-
pationibus impediar, agrum circumire cõ-
sueuerim, si sic videtur, educam te agrum
tibi meum cõmonstraturus. Non existima-
bis te latifúdia Metelli aut Lucullí, sed me-
diocris cuiusdam hominis, qui suis facultа-
tibus contentus, quod sit esse velit, nolitq;
cum Attali aut Cæsaris conditionibus per-
mutare. RIGO. Amabo, differas aliquid de
agri ratione, culturaque, cùm te videam di *De agro di*
ligentem patremfamilias, & huius rei non *ligendo cu*
ignarum. Vehementer enim cuperem hu- *randoq.*
ius disciplinæ præcepta audire, præsertim
nostris accommodata vsibus. CONO. Si
turpe est Patricio viro, & causas oranti, vt
Iureconsultus ait, Ius, in quo versatur igno
rare, quo turpius, aut certè damnosius agri-
colam terram, cum qua illi res est, ignora-
re. Quo enim pacto de opere rustico iudi-
care poterit, rectè, an secus factum, qui agri
colendi artis sit imperitus? Cæterarum ar-
tium professores multa, quæ ad eorum di-
sciplinas pertinent, de industria occultare
solét. Agricola contrà, opus suum gaudet *Agricolæ*
ab omnibus cerni: rogatusque quánam ra- *candor.*
tione egerit curetque, libenter explicabit,

adeò ingenuos hæc ars hoïes facit. Equidẽ fundum meũ ad antiquorum diligentiam magis, quàm ad luxuriã direxi. Quare priꝰ illorũ ſententias explicabo, pòſt noſtra accõmodabo. Principiò agrorum, & ſoli Italici gradus Cato nouẽ facit. Vineę primum tribuens, quæ bonum & multum profert, proximũ horto irriguo, tertium ſalicto, ſequẽtem oliueto, quintũ, vbi pratum, ſextũ, vbi campus frumentarius, ſeptimũ deinde ſyluæ cæduæ attribuit, octauum gradũ, vbi arbuſtum, poſtremum glandiferæ ſyluæ. Quanquam verò hos gradus non omnes probent, vt Varro teſtatur, & his regionibus non omnium ſit vſus, ſed præcipuum ducimus hortenſem atque frumentarium, & qui piſcinis vtilis. De frumentario prius, de paſcuis, pratis, ſyluis & ſalictis pòſt ſuo loco differetur. RIGO. Huius igitur ingenium & rationem explicare ne graueris, & vnde bonum agrum agnoſcere detur. CONO. Cato agrum optimum iudicat ad radicem montis planicie ad meridiem excurrente, qualis eſt totus Italiæ ſitus. In frigidis & ſeptentrionalibus regionibus conuenit oppoſitũ agrũ orienti & meridianę plagæ, ita ne alicuius magni montis obiectum his duabus cœli regionibus excluſis algore rigeſcat. In calidis pars potius ſeptentriõis optan-

Agrorum gradus.

De agro frumẽtario.

optanda, quæ & vtilitati, & voluptati, & saluti pari bonitate respõdeat. RIGO. Aiunt terræ cuiusq; ingeniũ indagare necessariũ. CON. Rectè quidẽ. Citius enim terræ, quã hominis ingenium agnosces. Nã illa culta non mentietur, sed facilem se omnibus prębet. In aliena terra cognoscẽda Ischomachꝰ Xenophonticus pręcipit, vt fructus & arbores illius terræ contempleris, neque colere contra cœli naturam contendas, nisi prorsus operas ludere, & θεομαχεῖν velis. Varro contendit terram discernendam, si in ea sit lapis, marmor, arena, sabulum, rubrica, creta, argilla, glarea, carbunculus, hoc est, quæ sole feruet, eam radices satorum comburere. Item si vliginosa, alijsque accidentibus obnoxia. Atq; hæc rursum pro regionis natura aut bona est, aut mala, locis quibusdam lapidosa, infrugifera est, præsertim frugum & plantarum. Alicubi vicissim agris lætificandis vtuntur lapidibus ac tofis, vt in Arduennę finibus quibusdã videre licet. Theophrastus narrat, Corinthios lapides è Syracusano agro legisse, agrumq; deteriorem reddidisse, cùm exemptis lapidibus in calida regione non haberet, quo se protegeret. Alibi in montosis petricosisq; locis auena feliciter prouenit. Ad eundem modum oportet in reliquis terręspeciebus

De terra bonitate cognoscenda.

simul & regiõnis & eorũ, quæ seruntur, rationem habere. Nam & sabulum aliquot locis tanquam terræ adeps fœcundandæ terræ inspergitur simi instar, & alicubi quædã melius sabulo proueniunt. In Africa putres arenæ fœcunditate robustissimum solum vincunt, Columella testante. Refert quoque sabulum album, aut rubicundum, aut luteum sit. Adde terrarum species nonnullas fallere colore & qualitate. In quibusdã regionibus nigra, quam pullam vocant, laudabilis, in alijs pinguis rubrica melius respondet. Britaniæ cretosa terra lætas facit segetes, & pascua optima. Alibi densa & glutinosa exuberat, atque in his ipsis cognoscere oportet, quid recusęt collis, quid campestris positio, quid cultus, quid syluester ager, quid humidus & graminosus, qd siccus, quid spurcus. Et in plantis, quæ vitibus, quæ alijs arboribus, quę siccis, quę humidis gaudeant. Virgilius putre solum cõmendat, nimirum pingue, quodque facilè resoluatur. Id enim & labore, & impẽsa minima colitur. Proximum pinguiter densum, quod impensam coloni, & laborẽ magno fœtu compensat. Nullum deterius sicco pariter & dẽso ac macro. Id enim & difficulter tractatur, & tractatum magno labori non refert gratiã, nec deniq; relictum

pascuis,

pascuis vel pratis abundè sufficit, quare huiusmodi solum fugiendum. Deprehenditur & notis certis terræ conditio. Nempe aqua exigua consperſa gleba, si manu subigatur, & glutinosa è leuissimo tactu pressa inhæreſcat, ac picis in morē ad digitos lenteſcat habendo, vt canit Poeta, eademq; illisa humo non dissipatur, quæ res admonet ei naturalem inesse pinguedinem. Adhęc terram frumentis habilem licet cognoscere, si frequens iuncus, si carduus, trifolium, cbulus, rubus, prunus, & alia quædam, quę non nisi pingui dulciq; solo proueniunt. Vti vicissim macram & amaram declarant atræ & degeneres herbæ, frigidum solum retorridè natæ, vliginosum tristes, rubricam oculi, argillosam, quę operi difficillima, quęq; rastra et vomeres ingenti onere grauet. Item soli cōmendatio, si frequētes alites, corui & cornices vomerem comitentur, aratoris vestigia radētes. Cognoscitur & odore terrę bonitas, cùm sub occasū solis, in quo arcus cœleſtis deiecerit capita, & cū de siccitate maduerit imbre, suauem emittit halitum è sole conceptum. Sapore quidem, si glebā fictili vase dulci aqua madefactam saporis indicio explores, qualis sapor, talis terra erit: si dulcis, pinguis: si amara, macra. Salsā autē fugiendam etiam in sterquilinijs. Meminis-

Nota terra bona.

Terrã mutari.

se quoque oportet terram sæpè mutari, & è fœcunda fieri sterilem. Id, quod in Thessalia olim factum tradit Plinius, & nostra ætate plerisque locis nostræ regionis compertum. Accedit, eandem terram quantumuis pinguem non omnia ferre, quod prudẽter admonuit Poeta. Non omnis fert omnia tellus. Adde, cœli rationem plurimum conferre solo, neque cœlum, neque aerem vbique eiusdem temperaturæ. Quare prudentis est patrisfamilias, ingenium, & positionem agri sui subinde contemplari, omniq́ue tempore anni, siue in herbis, siue in frugibus naturam agri cognoscere. Considerandum igitur, quid quoque loco serere expediat, alia enim ad frumẽtum, alia ad vites, alia oleo accommodata, alia fœno & pabulo. Neque in pingui terra seruntur omnia rectè, neque in macra nihil. Rectius in tenuiore terra seruntur, quæ non multo indigent succo, vt cythisus, sporia, cicer, præter legumina, quæ vellũtur, & non subsecantur. Pingui rectius seruntur, quæ succi sunt maioris, vt holus, triticum, siligo, hordeum, linum. Quædam etiam in annum sequentem prospiciunt, quod relicta terram reddunt meliorem, vt lupinum pro stercore inarari solet. Discernenda quoque, quæ fructuosa ab ijs, quæ ad voluptatẽ conserũtur, vt pomaria,

Cœli ratio in temperatura terra.

Quid cuique terræ conueniat.

Terra quæ

maria, floralia. Item quæ ad victum & delectationem, neque ab agri vtilitate disiuncta. Eligendus locus salicto, arũdineto, quę humidum requirunt locum. Contrà, vbi segetes frumentarias & legumina, & quæ siccis gaudent. Vmbrosis asparagos & similes. Alia vbi vimina, syluã cęduam, glandiferã & sementariam. Sunt etiam, quantũuis macra & sabulosa, vsibus quibusdam idonea, nempe vt betulam aut simile plantes. Item humidis alnos, iuncos, spartum, & his confinia. *quibusque conueniat.*

RIGO. Haud dubiè cœli temperatura plurimum ad fertilitatem facit. Nam ipse sæpè obseruaui eiusdem qualitatis solum alijs regionibus lætius, & alio cœlo alia producere. CONO. In Venefrano solum glorioſum oleis aptissimum, in Betica pinguissimum. Cum alijs locis vites in saxis non ita fœcundæ, ad Rhenum in præruptis petris vineæ reperiuntur lætissimæ. Plinius testatur, Alibi in paludibus vites quoque nasci, tanta est naturæ secreta vis. In Chalcea Rhodiorum tradunt locum quendam tam fœcundum, vt suo tẽpore satũ demetant hordeũ, sublatũq; protinus serant, & cũ alijs frugib. metãt. Albanis vltro fert tellus ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα. Semelq; sata bifera triferaq; efficiuntur. Homerꝰ Phrygiã vocat ἀμπελόεσσαν, & Pulichrũ atq; Argos πολύπυρον. Herodotꝰ scribit *Fertilitas quarundã regionum.*

bit Babyloniam adeò fertilem frumenti, vt ducenta atque etiam trecenta reddat. Plinius quinquagesimo fenore tradit messes reddere, diligentioribus agricolis centesimo. Ad Aethnam centuplam segetem etiamnum reddi à fide dignis viris relatum,

Italia pomariũ dictum

Italia adeo fœcunda, vt eam Varro appellet pomarium, quod sic sit consita vbique & fertilis, vt far Cãpanis, Apulię falernum, Venafro oleum felicius proueniat. RIGO. Audio & Germaniam & Galliam olim non ita fertiles, vineis prorsus caruisse, iam nulli regioni cedere nihil non vtensile producẽtes. Quę vina hodie omnium regionũ commendabiliora Rheticis, & Renensibus, vt frumẽtarios agros auri, argenti, ferri atque plumbi mineras taceam. In Turingia Germaniæ aiunt semel triticum satum sequenti vno & altero, anno sponte secale proferre. CONO. Et nostris regionibus restibules segetes nõ raræ. Rapacium si semel seratur, sæpè duobus sequentibus annis citra culturam & semẽtem renascitur. RIGO. In Hyperboreis tantam esse fœcunditatem prodi tur, vt matutino serãt, meridiè metant. In Africa riguo solo palmæ subditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, sub vite frumentum seritur, mox legumen, omnia eodem anno, omniaque aliena vmbra alũtur. CONO. Id

Germaniæ fertilitas.

Hyperboreorũ terræ fœcũditas.

Africæ fertilitas.

NO. Id est, quod dixi, terram pro cœli regione atque temperatura naturam mutare.
RIGO. Cæterum quia non omnibus solũ tam fœcũda temperatura & pingui, quid si macrũ & sterile cõtingat, quale est in petricosis & salebrosis sabulosisq; locis, nũ arte hoc solũ corrigi & formidari potest? CONO. Maximè. Nulla enim regio, quam benignissimus largitor bonorum suo destituerit pane quotidiano, si modo laborem non recusset. RIGO. Eam industriã audire aueo. CONO. Varijs id modis fit, imprimis autẽ stercoratione diligentique cultura, atque in eum vsum fimeta illa q̃ paulo ante ostendi, seruantur. RIGO. Cedo quod stercus agro lætificando optimum? CONO. Varro, atque hunc secutus Columella tradit stercoris tria præcipua genera, Primum quod ex auibus, deinde hominum, tertium pecudum. Auium primum habetur, quod è Columbarijs egestum, deinde gallinaceum, & quod cæteræ aues edunt, exceptis anserino & anatum, nam id noxium est. Maiores auiaria habuerunt tam ampla, quæ agris stercorandis sufficere poterant: deinde quod homines faciunt, si & alijs villæ excrementis misceatur. Quoniam per se naturæ feruentioris terram perurit. Hominis vrina sex mensiũ inue terata surculis & pomarijs, vitibusque adhibita

De stercoratione.

Stercorũ genera.

Vrina vsus.

hibita fructᵘ exuberare facit, simul & sapo-
rē commendat fructuū. Tertium locū ob-
tinet pecudū, in quo asininum optimū, q id
animal lētissimè mādit, et ideo benè confe-
ctū ad fimū redditur vtilᵉ. Post hoc ouillū.
Inde caprinum, mox bubulum & iumento-
rum. Deterrimū suum, satis nocens, at hortē
sibus alicubi inopia fimi vsurpatur, sed gig-
nit inutiles herbas. Plinius tamē probare vi-
detur suum spurcitias. Equinū quoque vbi
hordeo pascuntur equi, multum herbarum
facit. Inprimis laudatur lupini seges priu-
quam siliquitur, aratro vel bidentibus ver-
sa, manipulis circa radices arborum vel vi-
tium obrutis. Vbi non est pecus, culmo ip-
so & filice stercorant quidam. Item ē stra
mentis lupini ac frondium, quæ fassa de-
pressa stercori reponendo fit. Hucque
congerere licet cinerem cœnumque cloa-
carum & culmos cæteraque, quæ euerrun-
tur in vnum coniecta, at medio loco ru-
bustam materiam aduersus serpentum lati-
bula defigere conuenit. Item ē segete e-
uellitur cicuta, cbulus, & circa salicta her-
bam auctam euulsamque, & filicem, cæte-
rasque frondes putridas substernere oui-
bus licet. Qui in sabulosis & myricinis locis
habitant, coria terræ vel myricæ cespites in
Aceruico- aceruos congerunt, ac fimo stercoreque
con-

conſperſos inueteraſcere ſinunt, atque ſic maceratos putrefactosque ceſpites humo macilentæ inſpergunt, maximè verò ijs locis, quibus ouium greges alũtur, plerumq; ouilibus ingerunt ceſpites falce ac dolebra è corio terræ abraſos. Parum diligentes exiſtimat agricolas Columella, vbi minores pecudes ſingulæ tricenis diebus minus, quàm ſingulas, maiores minus, quàm denas veheſ ſtercoris efficiant. Quibus accedit collumies & cœnum chortis. Porro illud obſeruandum, ſtercus quod anno quieuerit eſſe vtiliſsimum ſegetibus, nam & vires adhuc ſolidas habet, & minus herbarum creat. Pratis tamen recentiſsimum inijci conueniet, quod plus herbarũ gignet. Idq; menſe Februario Luna creſcẽte fieri debet, nã ea res fœni fructũ promouẽre traditur. In ſtercorãdis agris obſeruãdũ, vt colli plus quã valli ingeras ſimi, & pluuiæ pinguiore materiã ad ima deferant. Qui aũt arua præparare volet, ſi autũno ſementẽ facere inſtituit, mẽſe Septẽbri inaret. Si Vere, qualibet hyemis parte aceruos diſponat. Quocunq; tempore fiat, curãdũ vt ab occaſu æquinoctiali flante vẽto fiat Luna decreſcente. Mirè enim augeri vbertatem tali obſeruatiõe. Non negligendum quoq;, vt ſtercus vel ſimum exareſcere ſinamus antequã inaretur, & humo

riorum ter ræ ſimo maceratorũ.

Stercus vetus ſegetibus vtiliſsimũ.

Recẽs ſtercus pratis cõuenit.

Ventorũ et Lunæ ratio in ſtercore.

& humo condatur, etsi Columella contrarium præcipiat, nostræ tamen obseruationes negant illi assentiendum. Nam humidũ fimum agro nocere magis, quàm conducere experientia docet. Et sicut refrigescere agrum qui non stercoretur, ita peruri si nimis & singulis annis stercoretur. Aquoſus ager maiorẽ, siccꝰ minorẽ copiã desiderat.

Humidũ fimum nocere agro.

RIGO. Vidisse me aliquoties memini vbi terra è vicino solo effossa agris inspergebatur, terra igitur terrã stercorari arbitror. GONO. Germani præter alias lætificandi soli rationes varia, spissiorem terræ quandam pinguedinem veluti medullam agris inspergunt fimi loco. Plinius tradit Britanniæ ac Galliæ inuẽtum Margam appellatam, quasi terræ adipem. Sed potius Germanorum existimo, apud quos etiamnum, & nomen, & lætificandi ratio eadem vsurpatur. Petitur foueis in profundum actis. Interest tamen quali solo quæratur. Galliæ pars ad Mosam margam præbet sabulosam & diuersam à Germanorum illa marga, quæ terra est pinguior, eiusdem tamen facultatis, quę nauibus onerarijs peregrè transportata magno venditur. Alicubi & limus è stagnis & fluuijs egestus mirè humum lætificat. Quibusdam locis montosis & macilentioribus agris calce vberrimos faciunt agros.

Marga. Mergell.

Calcis vsus

Quod

Quod Plinius de Heduis & Pictonibus tradit, at in Germania noſtra ætate hæc lætificandi agri ratio non eſt rara. Verùm vbi ſemel exhauſtum ſolum, ea lætificatione prorſus redditur ſterile. Vnde vulgò dici ſolet, eam rationem ſtercorandi calce, opulentos parentes & liberos reddere inopes. Paulò altius non procul à Moſa in Eburonibus, fiſsilibus petris agrum ſtercorãt, quæ inſperſæ ſolo diſſoluuntur, terramque pinguiorem reddere creduntur. Theophraſt. ſcribit, Corinthios lapides ex agro legiſſe, agrumq; deteriorem reddidiſſe, cùm in calida regione exemptis lapidibus non haberet, quo ſe protegeret. Trãſpadanis cineris vſus adeò placet, vt fimo anteponãt, & ſtercorationẽ propter inſalubritatẽ vitandam putant. Columella ſuum patruũ tradit ſabuloſis cretam ingerere conſueuiſſe, & cretoſis, ac nimiũ denſis ſabulũ, atq; ita lætas excitaſſe ſegetes. Ad eum modum ripenſibus exundationem & limum denſiorem ſpiſsis agris conuenire arbitror, ſi vel ſabulo, vel alijs temperamentis macerentur. RIG. Varia audiuimus ſtercorãdi genera, iam aueo cognoſcere arandi colẽdique ſoli & ſeminũ mittendorum rationẽ. CO. In arando præparandoq; ad ſemina mittẽda ſolo plurimũ ſitum, Catonis oraculo proditũ, primum

ad ſtercorãdum agrum.

Cineris ſtercoratio.

De arandi ratione.

mũ esse terrã benè colere, secundum benè arare, tertium benè stercorare. Arandi aũt proscindendiq; soli varij modi pro cuiusq; soli natura & regionis more. Aratro & vomere plerunq; oẽs ampliores agri vtuntur, breuiores etiã fossione. Aratra varia sunt, p regionum varietate, quædã simplicia, quædam plana, quędã aurita. Partes habet stiuã, furcam, burim, cultrum, vomerem, & eius summitatẽ Nymphã appellatam, temonem, alam, rotas, adde rullã. Culter vocatur prędensam terram secans futuris sulcis vestigia præscribens, quas resupinus in arãdo mordeat vomer. Vbi solum facile, dẽtali exigua cuspide humũ vertunt. In Liuonia sola furca pro aratro vtuntur. In Syria solũ altè prę cisium penitus, resecatur & ideo aratris pusillis, vti Theop. scribit. Rotas Plinius scribit Gallos addidisse, & appellari Plugrat, vocabulo Germanico, quod corruptè legitur planarati. Nonnullis locis, vbi humº solidior, ala ad dextram vomeris partem additur, quæ cespites proscissos versat, hæc ala est amouibilis, vt reuerso aratro in alterã partem transferri possit, si libeat. Rulla stimulo cuspidato vomerem detergit arator. In opere iumenta coniuncta habenda, quo speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactẽtur

Aratra & eorum partes.

Plinij locus lib. 18.

Plugrat.

Ala aratri.

Rulla.

tur iugumque melius aptum ceruicibus insidat. Hoc enim iuncturæ genus quibusdam magis probatum, quàm quod cornibus illigetur iugum. Siquidem plus queũt pecudes collo & pectore, quàm cornibus, atque hoc modo tota mole, totoque corporis pondere vtuntur. At illo retractis & resupinatis capitibus excruciantur, atque ægrè terræ summam partem sauciant. Equis, vbi horum vsus, commodius aratrum agitur, & paucis melius, quàm pluribus. Nam pluribus equis coniunctis aratro, præcipitanter terram proscindere, & latos sulcos facere non probatur. Vnde videmus terram arari optimè in Menapijs & Vbijs, vbi binis ferè equis aratur, & lento gradu procedentibus. In Italia & Gallia alijsq; locis bobus sulci dicuntur, profundiores potius, quàm latiores, vbi terra spissior vomere vtendũ grauiore, eumq; altius premendum: nam si coria terræ latè vertantur, ea integra manent, neq; herbas necant, neq; occatione sarriri humus satis queat. Sulcum nõ ducendum longiorem pedum centũ viginti, nã id cõtrarium pecori Columella censet, quòd iumenta plus æquo fatigẽtur. Quod tamen pluribus locis, vbi latissimi campi, non obseruatur, vt in agro Iuliacensi longissimi plerunque protrahuntur sulci, vbi

Iumentorum iungẽdorum in arando ratio.

Sulcorum ducendorũ ratio.

camporum ſpacia permittunt. Non aran-

Pluuio cœlo nō arandum.

dum cœlo pluuio, & humo madida, neque cùm poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit. Si limoſa verſantur, toto anno deſinunt poſſe tractari. Medio igitur modo aranda terra, vt neque ſucco careat, neque abundet vligine. Quippe nimius humor lutoſos facit, & quæ ſiccitatibus aruerunt, expedire probè non poſſunt. Nam vel reſpuitur duritia ſoli dens aratri, vel ſi qua parte penetrauit, non minutè diffindit humum, ſed vaſtos ceſpites conuellit, quibus obiacentibus impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Humus autem quamuis lætiſsima, tamen inferiorē partem

Terra inferior ieiunior.

ieiuniorem habet, eamque attrahunt excitatæ glebæ maiores, quo euenit, vt infœcūdior materia mixta pinguiori ſegetē nimis vberem reddat. Siccitatibus quod iā proſciſſum, iterare operæprecium, pluuiamq; operiri, quæ madefacta terra facilioré cultoram præbeat. Vbi ſolum pingue, ac diutius aquam continet, proſcindendum anni tempore iam incaleſcente, cùm omnes herbas ediderit, atque adhuc earū ſemina maturuerint, tanquam denſis frequentibuſq; ſulcis arandum, vt vix dignoſcatur, in vtrā partem vomer actus ſit, quoniam ſic omnes

nes radices herbarum præruptè necantur. Sed & compluribus iterationibus veruactum, sic resoluatur in puluerem, vt vel nullam, vel exiguã desideret occationem, cùm seminauerimus. Nam veteres Romani, vt Columella testatur, dixerunt, malè subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit, eum porrò, an rectè aratus sit, explorandum ab agricola. Neque id visu solùm, qui falli possit, superfusa terra latentibus scamnis, sed tactu qui minus decipitur, cum pertica admota sulcis inseritur, ea si æqualiter penetrat, solum esse totum motum, sin autem obsistat subeunti, crudum veruactum esse demonstrat. Si mons arandus, is transuersus sulcabitur, nam hac ratione difficultas accliuitatis confringitur, laborque iumentorum & hominum minuitur. Non tamen semper eodem vestigio molienda terra, sed iterando modò in elatiora, modò in depressiora cliui obliquum agi sulcum oportet. Porrò, quod ad tempora pertinet, arandum maximè vere, id quod Poeta quoque rectè docet: Vere nouo gelidos, & cęt. nam per æstatem terra durior & intractabilis, hyeme limo obducta est. Vere autem resoluta humus facilem se præbet, & herba maximè vertitur, quæ & terram fimi loco lætificat, & ante excluſum semen euersa

Veruactũ crudũ quo modo deprehenditur.

Mõs quomodo arẽtur.

Tempora arandi.

pullulare prohibetur. Quare hisce locis circa medium Martij aratra educere solemus. Sabuloso tamen & exili solo aratur etiam media hyeme, si per tempestatem licet. Plinio etiam graue solum tum moueri placet. Ager exilis & planus aquis abundans aretur primum vltima parte Augusti, & Septẽbri iteretur pareturque sementi circa æquinoctium. Graciles cliui non sunt æstate arandi, sed circa Kalend. Septembris, quia si ante proscindatur effœta, & sine succo humus æstiuo sole peruritur, nullasq; virium reliquias retinet. Vliginosos campos proscindi debere post Idus Aprilis quidam volunt, quo tempore cùm arati fuerint diebus interpositis circa solstitium iteratos esse oportet, ac deinde circa Kalendas Septembris tertiatos ex Columellæ sententia. Cùm id tempus ab æstiuo solstitio, conuenit inter peritos rei Rusticæ, non esse arandum, nisi magnis cogentibus imbribus. Nã sic nihil prohibet etiam Iulio arare. Interim cauendum, ne lutosum solum aretur, vt suprà diximus. RIGO. Etiámne noctu arare licet? CONO. Maximè: per æstatem locis calidioribus à vespera exordio facto per totam noctem ad solis exortum, quo humiditas & pinguetudo adumbrata sub gleba permaneat, & ne iumenta solis ardore lædantur,

Noctu arare.

dantur, atque ægrotent. Quoties autem ager ad seminandum arandus sit, id partim terræ habitus, partim seminum diuersitas docet, vt in singulis mox dicetur. Nam teram sabulosam & leuem non opus toties iterare, quàm spissam. Id tamen obseruatum, quò sæpius iteretur hoc lætius producere, adeò, vt quibusdam seminibus mittendis terram non solùm iterare, & tertiare oporteat, sed etiam quartare, vt fœcundissimis Italiæ & Vbiorum Germaniæ regionibus compertum. In Misnia & Pannonia tantùm duas habent arationes. Spissius solum sicut plerunque in Italia quinto sulco seri melius. In Thuscis verò nono. Ita quæque regio suum habet hac in re, sicut & in alijs, pro soli ratione morem. RIGO. Sed an non quotannis citra intermissionẽ eundem agrũ arare & conserere oportet. CONO. Reperiuntur quidam, quos quotannis liceat conserere, velut in Italia, Pannonia, & hisce ripensibus aliquot agris, vel alluuione, vel naturali fœcũditate lætis. In alijs oraculũ illud rusticum obseruandũ, Segetem ne defruges, hoc est, ne nimia fœtura exinanias. Vergilius alternis cessare arua suadet, & hoc si patiantur ruris spacia, vtilissimum proculdubio. Hinc qui quotannis referitur restibilis ager veteribus dictus.

Quoties arandaterra ad sementem.

Segetẽ ne defruges.

Communiter autem etiam lætum, alioquî solũ intermissionem postulat tertio, quartóue, aut ad summum quinto anno. Varro tradit in Olynthia quotannis restibilia esse, sed ita, vt tertio quoque anno vberiores fructus ferant. Oportet enim aut relinqui alternis annis pro soli natura, aut leuiorib. sationibus conserere, hoc est, quæ minus sugunt & emaciant terram, qualia sunt lupinum, & alia, vt inferius dicetur. Multum quoque interest, nouale ares solùm, an restibile & veruactum. Noualis enim ager, si sit solum graue, pingue vel pascuum, & ad seminarium præparetur primùm, id semel vertere sufficiet, & mox conserere, atque inde occare atque sarrire. Sin autem leue & sabulosum nouale, tertiare id oportet prima maximè aratione. RIGO. Audio varia huius disciplinæ vocabula, ea mihi cupere explices paucis, antè, quàm progrediaris. CONO. Habet quidem hæc disciplina, sicut aliæ artes suas peculiares voces, & qa etiam ab eruditioribus in his aliquoties erratum, ne ignotis vocibus obscuretur nostra narratio, agri eiusque colẽdi vocabula breuiter per digressionem perstringam, suspenso interim reliquo dicendorum ordine. RIGO. Id percuperem. CON. Vt igitur ab ipso agro ordiar. Agrum nos in nostra

Restibilia quotannis.

Voces agro colẽdo vsurpatæ.

ſtra diſputatione intelligimus non pro territorio, dioceſi, aut comitatu, et vt in formulis veterum Iuriſconſultorum, in quibus latiorem quàm fundi ſignificationem habere videtur. Sed vt Iabolenus, & Florentinus pro rure quod colitur & aratur, atque pro eo etiam, qui non aratur ager, ſed paſcuus ſit, vt pars ſit fundi. Ager aruus ſeu aruum ager qui aratur & frumentis ſeritur. Varro tamen maluit aratum, & non ſatum ſic appellare. Ager alius cultus, alius conſitus, alius paſcuus. Ager reſtibulis qui reſtituitur, ac reſeritur quotannis παλυμφυὴς, quod eius fœcunditas in annum ſequentem reſtet, & ſeges quotannis renaſcatur. Noualis ager à Varrone vocatus, vbi ſatum fuit ante quàm ſecũda à ratione renouetur. Plinio alternis ſeritur annis, Iuriſconſultis appellatur terra proſciſſa, quæ anno intermittitur. Nos communem loquendi vſum ſecuti, (Nã loquendum vt multi, ſentiendum vt pauci) Nouale appellamus agrũ iam primum arari cœptum, & antè incultum. Vnde noualiũ decimæ ortæ. Etſi non ignoro eſſe eruditos qui nouale vocent, cum poſt meſſem ager tonſus quieſcit. Veruactum Varroni eſt ſolum, quod verno tempore actum, & quod interdum requieuit. Sæpe autem hoc nouale eſt, & ager qui anno ceſſauit ac primo ve-

Agri vocabulum.

Ager aruus

Aruum.

Reſtibulis ager.

Noualis.

Veruactũ

re proſciſſus. Sic em̃ inquit Varro, Multũ interest in rudi terra, an in eã ſeras, quæ quotannis obſita & vocatur reſtibilis, an in veru acto q̃ interdũ requierũt. Adde Columellæ & Plinio vſurpari nõ rarò veruactũ, p nouali verno tẽpore proſciſſo, nẽpe à tẽporis argumẽto vnde νϕὸς, νεομένη νέαλος, νέαροὶ nũc nouales, nunc veruacti noĩe trãsferri, & νεᾶν noualem vel veruactũ facere. Dicitur aũt ager vel ſolũ arari, p ſcindi aratro, quando vertitur. πολᾷν. Heſiodus ait, ἔαρι πολᾷν θέρος δὲ νεομένη οὐ σεάποτ ἦσϕ. Proſcinditur aũt cũ primũ aratur grãdiorib. glebis relictis. Cũ aũt ſecũdo aratur Offringere agrũ dicitur, ſicut Iterare iterum arare, ευπολᾷν. Tertiare tertio arare & ager iteratus & tertiatus frequẽtia Columellæ & Plinio vocabula. Nouare eſt agrũ ante ſementẽ bene cultum tranſmutare atq; arare vt interim fermentetur & ſub ſementẽ iteretur. Occare eſt cõminuere ne ſit gleba, inquit Varro. Occa inſtrumẽtum inſtar cratis ad glebas cõminuendas & ſemina operienda. Dicimus & Cratire terrã eodẽ ſignificato. Arare quando ſata inarantur cũ & nata ſunt & excreſcũt. Plin. inquit aruo atrare aratrare. Sarrire eſt ſarculo purgare. Runcare & auerruncare ex agro noxias herbas euellere, dicitur & deruncare Exherbare Columellæ. Paſtinare & repaſtinare

Proſcindi.
Offringere
Iterare.
Tertiare.
Nouare.
Occare.
Cratire.
Atrare.
Sarrire.
Runcare.
Paſtiuare.
Paſtinum.

nare perfodere vitibus conuenit. Paſtinum inſtrumentum bifurcum platandis malleolis aptum. *Paſtinum.*

Lirare agrum & occare idem ferè cum ſic aramus, vt inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat, ſicut in hortis areolâ. *Lirare.*

Atque hinc vocatur Lira ſpacium illud, ruſtici Porcas vocant, nempè terram inter duos ſulcos elatam, ſic dictam quod ea ſeges frumentum porrigat vel porriciat, id eſt, prohibeat aquam frumentis. Et Lira hortenſis quæ in hortis areola. *Lira.* *Porca.*

Scamnum eſt terra cruda quæ aratro nondum proſciſſa eſt teſte Columella. Plinius ſcamna inquit inter duos ſulcos cruda ne relinquantur glebæ ne exultent, Intelligens glebam grandẽ quæ prima aratione execari ſolet. *Scamnum*

Scamnatus ager à Vibio Vrbico vocatur, qui ab occidente in orientem creſcit in longitudinẽ. Qui ſi longior eſſet quàm latus & à Septẽtrione ad meridiem pertinet, ſtrigatus dicitur. *Scãnatus ager.* *ſtrigatus ager.*

Terra autem ipſa alias cruda dicitur, quæ non ſubacta, quæq; neceſſe habet vt calore ſolis & hyemali frigore excoquatur, & verno tempore eſt proſcindenda. *Terræ epitheta.*

Item fœcunda, fertilis, fructifera, Contrà quæ maligna, hoc eſt, fructum nõ facit, macra, exilis, aut ſal ſuginoſa, ἁλμοδίτερα. Itẽ ſalſa, amara, vliginoſa q̃ ſemp humida & ex qua humor

non

non recedit. Humida verò quæ aliquando exiccatur, & in qua non est vligo. Carbunculata quæ sole perusta, Carioſa in qua puti lago vt in arboribus carosis. Dicitur & lęta terra, dulcis, nigra, putris, resoluta, quæ bonitatis indicia sunt. Sed de his iam arbitror satis. RIGO. Vt in perpetua narratione te contineam, Reuertere obsecro eo, vnde digressus. CONO. Prosciſſo agro si noualis sit, vt diximus ante, non prosciſſus hic mox conseri poterit & occari & si opus, sarriri. Restibilis autem & qui quieuit ager nouandus iterandusque, atque etiam tertiandus pro ratione soli ac seminis inijciendi.

Ager qui vna aratione conseri posit & q iterandus.

RIGO. Quoniam docuisti quopacto terra ad semẽtem præparetur, restat de seminum generibus & qua arte quæq; solo cõcredenda subijcias. CONO. Id scilicet super est. Semina quæ è frugibus gignuntur sunt legumina & frumenta. Iam enim appellamus fruges, quę è segetibus gignuntur, Græcis λημία & ὡραῖα, quod suo tempore, & cũ pulchra sint & vegata colligantur. Iulianus Iurisconsultus fruges esse sensuit quibus homo vescatur, & rectè. Veteres tamen latius interpretantur, vt sint quidquid ex fructu terræ in alimentum venit, vnde arbor & terra frugifera dicitur. Plinius duplex tradit frugum genus: frumẽtum, quod aristam habet atq; ea con-

De seminibus & eorum diuersitate.

Fruges & frugum genera.

ea continetur, vt Gallus Iurisconsultus definit, alterum quod siliquam, vt legumina. Prioris generis sunt triticum, siligo vel secale, hordeum, Zea, auena, triticum faginum, vel si malis Græcè φηγόπυρος, oriza, far. Etsi frumenta non eadem vbique, neq; vbi eadē sunt, ijsdem nominibus appellantur. Alicubi far non est, maximè vbi Zea frequens, alij auena & phagopyro non vtuntur. Inter legumina censentur faba, pisum, lens, cicer, vicia, eruum, milium, panicum, phaselus, lupinum, sesamū. Etsi verò semina varij sint generis, & sua quęq; regio peculiaria habeat, & pro natura regionum ac soli seruntur. In vniuersum tamen hoc præcipitur, ~~vt seminanda non sint vetusta & exucca, sed recē~~ tia. Semen vetus interdum naturam cōmutare proditur. nā ex semine brassicæ satæ aiunt nasci rapa, & contrà ex raporum semine brassicam. ~~Primi anni semina optima, bima deteriora, trima pessima, vltra sterilia.~~ Adde ea esse optima, quę grauissima, et quę in imo aræ subsiderint. Item quæ solida, & si frangantur, bonum habeant colorē. Rugosa autem, & quæ per interualla in ipsa spica disita sunt, reijcienda. Est et alia obseruatio necessaria. Si aliunde petātur, & è deterioribus locis in meliora transferantur serendo & non contrà. Sicut nec è frigidis locis in

Legumina

Semina quæ eligenda.

cis in calida, nec è præcocibus in serotina. Videndumque ne ab auibus aut muribus & formicis sint arrosa. Vtque præstantiora proueniant, semper imbri herbæ succo rigata serito. Si veratrum frumento admixtum foris per ambitum seminaueris ab auium iniuria vindicabis. Artis quoq; æqualiter æquaque manu καὶ ὁμαλῶς serere, manusque congruere debet cum gradu, maximè cùm dextro pede. Plena manu seritur triticum, secale vel siligo, hordeũ, auena & alia quædam, imprimis quæ siliquis teguntur, veluti milium atq; panicum, at rapaceum nõ item sed ternis tantum digitis. RIGO. Fortè sicut cytharædis exercitio opus, vt vsum artis manus suppeditet. CONO. Sic est. Et quẽadmodum vino vehementiori plus aquæ indere oportet, quàm leni. Et robusto homini plus oneris imponitur & quidam firmiori cibo aluntur, sic alijs agris plusculum, alijs minus seminis inspergendum. Neq; certõ definiri poterit catholicũs quantum iugero iniiciendum seminis etiam si video veteres certas mensuras iugero tribuisse & potuisse illis locis obseruari. Sed falli nos si ea alijs regionibus accommodemus atq; omni agro eãdem seminis mensurã tribuamus. Primũ quod terra alia plus semini, alia minus postulat, vt solũ grauius atq; leuius fuerit.

Serendi-ratio.

Seminum mensura non omni agro eadẽ.

rit. Nam grauior terra velut Rhenanus ager in Batauis pluſculum requirit, leuis humus minus & prima ſementis rarius ſerere permittit nouiſsima ſpiſsius, vt inquit Columella. Deinde quòd menſura, iugeraq́; varient neq; dum hoc tempore de his inter auctores conueniat. Iam verò quæ ſemina cuiq; ſolo congruant audi. RIGO. Id ex pacto. CONO. Poſt quietem aut ſtercorationem primum vel hordeum ſerendum vel triticũ. Verùm triticum &ſi lætum ſolum deſideret, attamen ſi præpingui ſeratur nimium luxuriare & procumbere ſolet, quare optimè ſublato hordeo, piſo, phagopyro, triticum ei ſolo concreditur. Triticoq́; ſublato idem ſolum ſi ligini ſerendæ præparatur, poſt ſiliginem rurſus hordeum niſi ſolũ ſit emaciatum. In præpingui agro ſtatim à meſſe rapacei ſeminis phagopyrum ſerere licet vna aratione facta, ita vt eodem anno biferus ſit ager. Ad eundem modum & rapum capitatum à meſſe ſiliginis eodem aruo ſecũdam eiuſdem anni ſupplet meſſem. Piſa, vicia, lentes, fabæ atq; legumina ferè omnia pingui humo ſeri poſtulant, atq; his ſublatis idem ager reſtibili ſegete optimè triticũ excipit miliũ, panicũ, rapã. Rapas negat Pli. niſi in ſtercorato ſerendas, at nos experientia didicimus etiam in ſolo non ita pingui ſublata ſili-

Quæ ſemina cui ſolo conueniãt.

gine

gine eodem anno rapas capitatas fœliciter prouenire. Agrum fabulosum tertio quoque anno quiescere biennio, aut triennio oportet, vt deinde stercoratus siliginem recipiat, aut phagopyrum, ac dein auenã. Agro nouali, aut è pascuo proscisso, huic primùm committitur auena locis fœcũdis, idque vna aratione, atque inde restibili aruo rapaceum semen, pòst hordeum, deinde triticum, vel siligo, ac tandem auena, aut siligo si sic soli ratio fert. Inde aut stercorandum, aut quiescendum. Si tenera terra sublato hordeo milium quibusdam locis seritur, eoque condito raphanus, his sublatis hordeum & triticum, qualis in Campania, talisque ager satis aratur, cùm seritur. Alibi vbi adoreum fuerit, cesset tribus mensibus hybernis, & vernam fabam recipit. Nec minus pingue solum alternari potest, ita si frumento sublato legumen tertiò seratur. Gracilior in annum tertium cesset. Frumentum quidam seri vetant, nisi in ea, quæ proximũ annum quieuerint. Postquam autẽ semen iam solo ritè arato, atque iterato, ac tertiato, & prout natura postulat prẹparato, missum fuerit, mox sequitur occatio, quæ fit crate dẽtata supertracta, quibus glebę cõminuuntur, & semina operiuntur. Alicubi tabula aratro adnexa trahitur, id vocant li-

Occatio.

rare

rare, operientes semina. Nõnunquam sar- *Lirare.*
culatio necessaria, quæ induratam hyber- *Sarcula-*
no rigore soli tristitiã laxat temporib. ver- *tio.*
nis, nouosq; soles admittit. Triticum, hor-
deum, fabam, bis sarrire melius. Qui sarriẽt,
caueant, ne frumenti radices suffodiant. Itẽ
voluolo, vel cylindro ducto glebas maio- *Cylindri*
res durioresque confringunt. Runcatio cũ *ductus.*
seges in articulo est euulsis inutilibus her-
bis, frugum radicem vindicat, segetemque
discernit à cespite. Porrò, quod ad tempo- *Serendi*
ra pertinet, in hoc conuenit apud omnes, *tempus.*
circa brumam serendum non esse. Quod
hyberna semina cùm ante brumã sata sint,
aliqua septimo die erumpant, si post bru-
mam, vix quadragesimo. Quidam vere po-
tius, quàm autumno malè serendum cen-
sent. Treuerico agro tradidit Plinius hye-
ne prægelida segetes captas reseuisse Mar-
io mense campos resarrientes, & vberrimã
messem habuisse. Inter frugum autem semi
na quædam robusta hyberna sunt, quæ se-
runtur & calidis regionibus circa Vergi- *Hyberna*
iarũ occasum, authore Vergilio, quod Co- *semina.*
umella interpretatur altero & trigesimo
die post æquinoctium autumnale, hoc est,
iono Calendis Nouembris, & in Gallia, &
Germania mẽse Septembri, & initio Octo- *Vergilia-*
bris, vt sunt rapacium, triticum, secale vel *rũ occasus.*

siligo, hordeum hybernum, quæ per brumam in herba alũtur, verno tempore fastigiantur in stipulam. Sunt qui ante seri iubeant duntaxat in terra arida, calidisq; prouincijs. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumnali, in calidis serius, ne ante hyemem luxurient, aut à lumbricis ac limacibus absumantur. Nõnulli properant pronuncian-

Serotinã messẽ sem per decipere.

tes festinatam messem sępè, serotinam semper decipere. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semẽ imbre putrescat. Siccis serius, ne diu iacens atque non concipiens vanescat, itemque festinata satione densius seri, quia tardè concipit. Serotina rarius, ne densitate nimia necentur. Aestiua

Aestiua semina.

autem semina, quæ ęstate ante Vergiliarum exortum, & vere seruntur, vt sunt faba, pisum, & quæ siliquis cõtinentur, itẽ milium, panicum, sesamum, hordeum æstiũũ, linũ, canabis, auena, triticum faginum, seu mauis Græcè phagopyros, Sporia, & id genus alia vernæ sunt sationis. In Asia & Græcia omnia Vergiliarum occasu seri proditũ. Iam verò etsi de tẽpore serẽdi, & quantum cui-

De tempore, & quãtum iugero iniĳciendum certo

que iugero iniĳciendum quorundam præcepta extent. Illi quidem pro sua & regionis & soli consuetudine iudicare potuerãt, vt diximus antè. Certè in vniuersum hac de re definiri non queat, sed sui cuiusque loci ter-

terræque vsus magister optimus. Et canon est antiquissimus agriculturæ, quo monemur in locis frigidis nouissimè, tepidis celerius, calidis ocyssimè serendum. Eratosthenes tradit, Indiam æstiuis imbribus madere, & eo tempore linum, sesamum, orizam & milium seri. Hyberno autem tempore seri triticum, hordeum, & legumina, & alias fruges esculentas, quarum nos ignari. Hesiodus, qui Princeps de agricultura præcepit tempus serendi, quo Bœotia Helladis seri consueuit, Vergilius, Cato, Varro, Columella, Plinius Italiæ vsum serendi præscribere poterant, quæ si omnibus regionibus accommodare velis, nihil aliud feceris, quàm vnum idemque operculum omnibus ollis adaptare. Cæterùm, vt ad rem propius accedamus, cùm diuersæ naturæ semina, diuersa requirant serendi tempora, tractandiq; modum, & quamque ea in re suum quæque regio habeat vsum. Nos generaliorem harum regionum consuetudinem sequuti per species singula distinguentes disciplinam summariam serendarũ frugum describemus. Et principiò inter fruges victui necessarias meritò primus locus tribuitur tritico (quod græcè πυρὸς, Italicè Grano, Germanicè Vueyss, Gallicè fourmẽt,) frumẽto humanæ

definiri nequit.

Conõ agriculturæ.

Hesiodus in Bœotia scripsit.

Vergilius de Agricultura in Italia.

Fruges victui necessariæ.

Triticum.

humano generi cùm primis neceſſariò, & ob id nihil fertilius, quod ideo naturæ à Deo tribuitur quoniam hominem alat. Eius ſeminis nullum auidius, nec quòd plus alimenti trahat. Mira quibuſdam regionibus fertilitas. Auguſto procurator eius miſit ex vno grano 400. germina. Et teſtatur Plin. è modio centenos quinquagenos modios redditos in Bizantia Africano. RIGO. Sunt qui contendunt triticum, quod vulgus ſic vocat, & Germani Vueyſs, Bataui Terue, non eſſe verum triticum, ſed ſiliginem, atque verum triticum, quod Itali grano appellant tantùm gigni in Italia & Hiſpania. CONO. Imò in Italia & Sicilia hodie ſimile noſtro figura, colore ac farina, licet illic grana quibuſdam locis paulò maiora & pinguiora polline, quare ſeruari diu negatum maximè in agro Romano. Spicas autem cùm his locis, vel leues & muticas habeat, illic ſolùm muticas ariſtis carentes. Muticas vocamus ſpicas ſine ariſtis, quaſi mutilas. Ariſtam autem, quæ velut acus eſt, & telum in tritici & hordei ſpica, quo frugem ordine ſtructam cõtra auium morſus defendit, vt Cicero teſtatur. A Virgilio ariſta pro frumento quoque vti pars pro toto vſurpatur. Spica autem, quæ mutica non eſt, tria habet cõtinentia granum, glu-

Spica.
Mutica.
Ariſta.

glumam aristam. Gluma folliculus est grani, eius apex arista est. Frit quod in summa spica matura minus, quàm granum. Vt ad triticum reuertar, non inficior esse, qui de tritico nostro dubitent, adeò tẽporum iniuria obliuioni tradita pleraque, vt ne fruges, quibus quotidie vescimur suo certo nomine appellare liceat. Nos consuetudinem loquendi magistram sequimur. Veteres plura genera tritici tradiderunt, atq; ex his maximè serendum, quod Robus dicitur pondere ac nitore prestanti. Secundum genus siliginis tritici deliciæ, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Tertium trimestre, quod satũ tertio mense maturescat, licet Columella neget trimestris proprium genus, cum Græcis trime non antiquissimum sit, atque id non nisi hyemalibus prouincijs. Apud Thracium sinum etiã bimestre plurimis tunicis vestitum ob nimia eius plagæ frigora. Quin etiã hisce regionibus triticũ & siligo inter æstiua seruntur, sicut & rapaceum, sed non ita vtiliter, hyberna enim præstant, & consummatiora reddũtur, vt Theophrastus docet, per hyemem terra nutrita. Inter omnia genera Italicum Plinius prestantiss. ait candore & põdere, quo maximè decernitur. Nos duorum generum vtimur tritico, hoc solum discre-

Gluma.
Frit.
Frugũ quibus vescimur nomina ignoramus.
Genera tritici.
Robus.
Siligo tritici deliciæ.
Hyberna frumenta præstantiora.

discrepantium, quod alterum spicã habeat muticam aristis carentem, alterum aristis asperiorem, & spica ipsa parum ab hyberno hordeo ac zea differentem. Cętera communia habet vtrunque genus. Seritur mense Septembri cœlo sereno, solo vt plurimum tertiato, ac benè sarrito, aut occato, tametsi in solum, è quo succisum pisum, aut vitia, aut lens, aut Phagopyrus optimè primo sul co seritur. In temperato solo Columella & Plinius quinque tradũt modios iugero injciendos tritici ac siliginis, etsi pro ratione mensura hæc moderanda, vt superius diximus, nos tritici minus, quàm siliginis serimus, & siliginis minus, quàm hordei, & sic deinceps. Vtile maturius serere, si hyems gelida sequatur, sin tepidior, serius præstat. Amat triticum loca plana, læta, aprica, atque sicca. Vitanda vmbrosa, herbosaq; & colles quoq;, etiãsi Pli. testetur robustiꝰ, sed minus tritici reddi. Triticum satum exit radicibꝰ multis, ac prætenuibus, folio vno, germinibus multis, sed quæ in ramos brachiare non possunt. Per hyemem sicut alia hyberna frumenta in herba aluntur. Remollito cœlo cauliculis de medio assurgit, cuius quarto, aut tertio genu spica geritur, non prius euidens, quàm folliculo inclusa, quæ gluma dicitur, consumato eo flos erumpit,

Tritici satio.

rumpit quarto, aut quinto pòst die. Si nimium luxuriauerit in herba depascitur, aut quibusdam locis resecatur herba luxuriãs, atque inutilibus herbis liberatur runcando. Floret circa solstitium vernum serius, ocyus pro aeris temperatura. Eodem ferè tẽpore, quo vitis, duo videlicet nobilis. flores simul erũpentes suauissimo odore fragrant. Varro tradit quindecim diebus frumentum in vaginis latere, quindecim florere, quindecim arescere. Post florem crassescit, inquit Theophrastus, maturatúrque intra quadragesimum diem, cùm tardissimè octauo à satu mense metitur, aliàs quater nouenis diebus absolui proditur, & nono mense meti. Non spicatur ante absoluta genicula. Genicula, inquit Plinius, sunt tritico quaterna farri sena, hordeo octona. Verùm nostris regionibus tritico, siligini, hordeo, auenæ genicula, vel internodia sunt ferè quaterna, etsi neque id perpetuum in omnibus. Ante geniculorum prædictum numerum conceptus non est spicæ, qui vt spem sui fecerit quatuor aut quinq; tardissimè diebus florere incipiunt, totidemque, aut paulò pluribus defloresc unt. Cùm defloruerint frumenta crassescunt, maturanturq;, ac cum plurimũ dieb. 4. perficiuntur. Folium tritico arundineum, angustius ta-

Triticũ & vitis eodẽ tẽpore florent.

Genicula.

men, quàm hordeo, caulis quoque leuior & lentior, nec perinde fragilis, multis integitur tunicis. Culmus ſpicam ſuſtinens tritico altior, quàm hordeo. Spica quoq; recta remotior à folio, palea mollior, ſuauior, & ſuccoſior. Incunditæ explanatæq; tritico ſpicæ tam muticæ, quàm ariſtis horridę, Hordeo inuerſus diſpoſitæ. Quod minus eſt, quàm granũ, dixim⁹ vocari Frit. Quòd verò ad culmi cacumina infirma ſpica geſtatur, minus item, quàm granum, Vruncus dicitur. In Bactris proditum eſt, grana tritici noſtras ſpicas æquare. In Babylonia triticea hordeaceaque folia quaternum digitorum latitudine tradit Herodot. Triticum poſt tertiam ſationem in ſiliginem verti ſcribit Colum: idque pleriſq; locis Germaniæ compertum, vt ſuperius dictum. E tritico fit amylum, eius modum, quo fiat Cato docet, & Dioſcorides, Tritici ſationem excipit noſtris regionibus ea, quam ſiliginẽ vulgus vocat. Sunt qui eam eſſe contendant, quæ Græcis ὄλυρα: etſi Homerus ὄλυραν equorum pabulum tradit & Zeę ſpeciem eſſe plerique volunt. Herodotus tamen panem ea fieri ſcribit, Laurentius Far, Gaza ſiliginem vertit. Eruditi aliquot Secale, & quam Plinius farraginem eſſe exiſtimant. Galli ſegle, Germani Rog. Inſubres aſiam,

Frit.

Vruncus.

Tritici grani foliorumq; magnitudo.

Amylum.

Siligo.

Olyra.

Secale.

asiam, Itali ferè sægalam vocant. Color paulò nigrior semini, panem quoque subnigrũ præbet. Plinio autem delicata illa tritici mollities, põdere defecta, candore vincens, siligo est panisq; siligineus laudatissimus celebratur. Itẽ sub tritico complectitur. Quod post tertiam sationem, vt diximus, pleriique locis triticum vertatur in siliginem ac secale, si solo macro & gracili mandetur, & contrà secale in triticum si læto & pinguiori solo seratur, idq; pluribus regionibus non rarum. Celsus scribit, Triticum firmius milio & ex tritico firmissima siligo. Nos consuetudinem vsurpati apud nos nostro tempore vocabuli sequentes, Siliginem nostram intelligimus vulgo sic appellatam. Seritur ea mox à tritici satione circa finem Sept.: aut initio Octobris terra læta, In sabulosis etiam in Februario seritur, æstiua siligo vocata. Gaudet locis lætioribus aprico & solido solo, non tamen recusat sabulosum & leue, si sit stercoratum, offenditur humidis sicut & triticum. Vtrunque tamen frumentum terra seritur profundiori & cãpestri. Sed paulò pòst tritici sationem siligo seritur. In seminando tertia parte plus quàm tritici vtendum. Nascitur qualicunq; solo cum centesimo grano plerunq;. Sulco vt plurimùm tertio sicut & triticum, occaturque eadem

propemodũ ratione. Stipula est culmo triticeo, graciliore, proceriore, ac solidiore, spica procumbente, atq; ideò rubigini obnoxia, quod imbres cõtineat, cùm floret & pruina & nebulis offenditur. Culmi prodeunt lenti flexiles festucandis vitibus & ædium tectis vsurpati locis pluribus. Iam sequitur hordeũ veteribus inter nobiliss. fruges numeratum, neq; hoc tempore contẽnendum frumentum. Itali beade, vel beaue, vel orze vocẽt, Germani Gerst, Galli orge, Græci κριθή. & quanquam Græciæ & Italiæ apricisq; & felicioribus regionibus pabuli vice vsurpetur, quod & Homerus testatur: Septentrionalib. tñ regionibus simul & cereuisiæ & panis conficiẽdi vsum præbet. Est aũt duorũ generũ, alterũ hexastichõ & polystichum, quòd in tres. 4. aut sex aliquãdo versus spicatur producitq; sæpè vnum granum, spicas plures, quarũ singulę plusquã 80. grana contineãt miro diuinę liberalitatis dono. Alterum distichõ, quòd in duos tantum versus assurgit. Et rursum, aliud hybernum, aliud ęstiuum. Hybernum fœcundius, sed facilè lędi tur, pręsertim humorib. nimijs & excipiente gelu. Nihil enim magis offendit sata hyberna præsertim hordeum & rapaceum atq; siliginem, quàm humõres hyberni gelu crebriore constricti ac so-

Hordeum.

lis

Iis tepore remiſsi ſubinde rigorib. repetiti. Vtrũq; hordei genus ſolũ amat pingue. Hybernum altero aut tertio ſulco ſeritur in Septembri. Aeſtiuum Martio vel Aprili ſulco altero nonnunquam neceſsitate compellẽte vna aratione. Seminis hordeum requirit dimidiato propemodum plus, quam triticum. Requirit terram ſolutã & pinguem, quare optimè ſeritur ſolo ſtercorato. Floret hybernum ac ſæpè matureſcit in Maio & ad ſummum Iunio. Hybernum his regionibus ſeri non ſolebat, ſed noſtro exemplo plerique excitati plurimam ſentiunt vbertatem. Aeſtiuum plurimis regionibus trimeſtre eſt. In Celtiberia bis naſci Plin. ſcribit. Septimo die ſatum erumpere incipit & caput alterum grani in radicem exit, alterum in herbam, quæ prior floret. Radicem craſsior pars grani fundit, tenuior florem, cæteris ſeminibus eadem pars & radicẽ & florem, vtrunque folio ſcabroſo. Feſtinãtius quam alia frumenta erit demetẽdum, nam fragili eſt culmo. Ex hordeo & cereuiſia & Zythũ fit, atq; Courmi, teſte Dioſcoride, RIGO. Reperio hic cereuiſiã optimã, indicato quæſo qua arte in ea conficiẽda vtimini. CONO. Noſtrũ in ea re morẽ non celabo. ~~Hordeum in cupa primum madefit ac macerat vno aut altero die, hybernũ craſsiore~~ cor-

Cereuiſia.
Zythum.
Courmi.

cortice diuturniorem postulat maceratio-
nem, Aestiuum teneriori cortice minorem:
inde vel tabulato, vel infumibulo exiccatur
tantisper, dum disiliat tumore & fibras vel-
ut filamenta emittat, si rarius spargatur, æ-
state & Martio imprimis sua sponte citra i-
gnem adhibitum exiccatur & rumpitur. Ca
uere oportet, ne disiliens nimium erum-
pat & farina euanescat. Hinc molita farina
in Cupam mittitur coctaq; aqua superfun-
ditur, atq; iterum bina trinaue bullitione be
nè coquitur, additis autē coctioni lupi sali-
ctarij floribus succulentior ac salubrior red
ditur, ac tandem spuma cereuisiaria impo si-
ta defecatur refrigeratus cocturæ liquor,
nam quò vberius defecatur, hoc magis red-
ditur purior & salubrior. Spuma quàm in-
ter defecandum euomit tāquam excremen
tum cereuisiæ colligitur ac recenter cocta
cereuisiæ defecandæ panibusq; coquendis
fermenti vice vsum præbet. Commendatur
potus, si tritici quadrantem aut sextantem
addideris. Quo enim largiorem segetem
adhibueris, hoc præstantiorem habebis &
succulentiorem colorisq; commendabilio-
ris potum ac vinosiorem. Imprimis autem
curandum, vt bene excoquatur & defece-
tur & lupulo temperetur, alioqui hordeum
per se putresceret & hoc temperamento po
tus

tus redditur neque insalubris, neque ingratus. Optimè & diutissime citra acorem durat quæ Martio coquitur, Fit & alica ex hordeo, non inutilis cibus, & ptisana, quæ quo fiant modo, Plin. tradit. Hordeum & triticũ sequitur Zea, quam vulgò tam Itali quam Germani Speltam, Galli espeltram vocant. Homero celebrata ζείδωρος ἄρουρα terra videlicet Zeam præbens, inter triticum, & hordeum quasi medium frumentum vt Galenus testatur, siquidem vtriusque commune quiddam habet, estq; duorum generum. Vnum culmo, spica, & genu tritico simile, cuius grana in singulis tunicis seu glumis gemina & dicitur ob id δίκοκκος. Alterum culmo & spica breuioribus, singula in singulis tunicis duplici ordine dispositis proferens ac in summitate aristis suis planè hordeo respondens. In Italia, præsertim circa Mirandulam & Concordiam, equorum pabulo vsum præbet vt supra de hordeo dictũ. His regionibus non cœpi ita vsurpatum. Ego primum hic serere cum solum animaduerterem respondere & pani ac cereuisiæ conficiendis non esset inutile frumentum, nisi quod in molendo molestius propter duplices granorum tunicas. Solum desiderat humidiusculum, lætum & pingue. Seritur eodem quo triticum & siligo vel secale modo,

Alica.

Ptisana.

Zea.

Spelta.

do, mense Septembri aut Octobri, floret Iunio, matureſcit Iulio. Hybernis regionibus non incommoda quod gelicidijs & frigoribus minus obnoxia. RIGO. Eſt & genus fruméti (ni fallor) hyberni far, veteres adoreum appellauere plurimis terris commune. CONO. Recte mones. Nam etſi de omnibus frumentis priſcis far diceretur veluti far triticeum far hordeaceum, far ſiligineũ, & cum molæ nondum eſſent pila frangerẽt frumenta, atq; hinc quoq; dicta farina. Poſtea tamen adoreum ſic vocatum. Licet Colu. coniunctè dixerit far adoreum, eius 4. genera diſtinguens, Galli Brance, Itali ſandala & vulgo quoq; far appellãt, cuius Germani **Dunckelforn**, cuius granum propè tritico ſimile, niſi quod breuius & craſsius & vbi triticum fiſſuram habet, ibi far quaſi gibbo tumet, hordeo ponderoſius, tritico leuius, plus panis reddit, q̃alia fruméta. Pop. Rom. è fruméto farre primum vixiſſe 300. annis Plin. auctor. In Aegypto ſine ariſta gignitur ſpica maiore & ponderoſa. Geniculafarri ſena purgari niſi toſtum non poteſt. Gallia duo farris genera alit, vnũ rutilo colore, quod rubrum frumentum vulgus appellat, alterum candidius, quod ruſtici blance vocant frumentum Ζίσιχον non diſsimile zeæ. In Italia pulmentaria ruſticis miniſtrat,

Far. Adoreum.

far

far siue adoreum Virgilius seri voluit ante vergiliarum occasum, nempè post autumnale æquinoctium. Vliginosis tamen & frigidis exilibusq; locis circa Calẽ. Octobris, vt prius conualescant radices, quàm hybernis gelicidijs ac pruinis infestẽtur. Committitur loco humili aquosiori & cretoso, solo vliginoso. Satum occari, sarriri, rũcariq; desiderat. Sarculatio induratam hyberno rigore tristitiam laxat temporibus Vernis, Sarriendo cauendum ne, quod & de alijs superioribus dictum, radices lædantur. Runcatio cum in articulo est euulsis inutilibus herbis radicem vindicat, discernitq; segetem à cespite. Galli serunt concauis tractibus, qui facilè sentiunt rubiginem, existimantes nec pruinas nec eruginem horrere. Sationem eius in excelsis locis etsi illic prouenit, tamen dãnant, quod quadrupedib. respuitur, quia spica rigidiore noxioq; aristarum cingitur vallo, & simul quod ægrè suis glumis euoluatur, quib. nisi extricetur, & vsui & panificio fit in commodum. Aceroso paleæ iumẽtorũ pulmonẽ tussi offendunt. Inter hyberna semina & Rapaciũ referendũ, semen, i. à rapi specie ni fallor, quã Plin. tertiã commemorat & sylvestrẽ: Cuius radix raphani similitudine in longitudinem procurrit, folio scabroso, sicut & alijs generib. at culmo fruticoso

Rapum.
Rapacium semen.

ticoſo multisq́; & ſurculis brachiato, Radix quidem inutilis, ſed ſolum ſeminis cauſa ſeritur, ex quo oleum extunditur pauperum culinis ſeruiens, & ieiunijs lucernisq́;, præſertim in Germania, quæ oliuarum oleo deſtituta, rapaceo plurimum vtitur, magnamq́ue ex eo agricolæ pecuniam contrahunt. Regionibus calidioribus qui oleis abundant huius ſeminis rarus eſt vſus, niſi quod auiculis paſcendis vtantur. Seritur ad finē Auguſti, aut initio *S*eptembris, tametſi in Martio quoque inter æſtiua ſemina ſeratur, ſed non ita felici prouentu. *S*olo committitur craſſo, præpingui, aut ſtercorato, tertiùm arato, beneq́; culto. *S*eminatur rariſsimè, nam cùm minutiſsimum ſemen, ſit non plena manu ſicut frumenta, ſed tribus tantùm digitis ſpargendum. Florem emittit in Martio aut circiter pro cæli conſtitutione, diuq́; floret, luteo ſuauiſsimoq́; odore & apibus gratiſsimo, & vbi defloruerit mox matureſcit. Attollitur bicubitali celſitudine, in ſiliquis calyculatis ſemen ferens vberrimum, Eq́; ſeminis vno modio ſæpè centenos producit. Hactenus de hybernis frugibus, iam de æſtiuis dicendum. RIGO. De rapi interim radice dicendum nihil? cuius tamen vſus agricolis frequens neq; negligendus, vt quæ magno proueniat incremē-

to, & cibum non ingratum tam hominib⁹, quàm pecori præbeat. CONO. Rapum vel rapa, Græcè γογγύλη, Italicè rapo, Germanicè Ruben, Gallicè rauen dicuntur: Ei⁹ generis cultura etsi ad hortensia pertinere putabam, & tu melius de his differere posses: tamen cùm tu requiras, & rustici agros hac semente conserant, paucis obseruationē & disciplinam de hoc genere nostrā accipe. Duorum ferè generum sunt: ac prius radicem mittit in longitudinem, vt raphanus, quòd in Germaniæ quibusdam locis gratissimi cibi loco habetur: alterum aut in rotunditatem globatur, aut in latitudinē panditur latius, quæ rotundius. Nebulis, pruinis & frigore vltrò aluntur tribus mensib. amplitudine mirabili, Plin. se vidisse scribit quadraginta libras excedentia. Alicubi centenas libras pendentia proditum: mirum est, è tam paruo semine tantam prouenire radicem. Græci masculinum ac fœmininū genus fecêre, atque ea serenda modo ex eodem semine. Densiori enim satione masculescere: Semen præstantius, quò subtilius. Sementis duplex, aut enim in Martio seruntur, quæ ad solstitium matureſcunt, aut Iulio, vel Augusto primo sulco, & plerunque sublatis siligine & hordeo hyberno solo committuntur. Quæ frigore hye-

De Rapi radice.

Rapi magnitudo.

mis dulciora reddi creduntur, incrementũ in radicem non in folia verti. Seruntur & Vere in calidis & humidis regionib. vt Plin. tradit. Lætiorem fieri si cum palea feratur: Serere nudum volunt præcantem & sibi & vicinis nasci. Vindicantur ab erucarum iniuria, quæ plerunq; tenella folia abrodunt, commista sationis tempore semini fuligine, aut maioris sedi per noctem macerato semine. Columella hoc remedium comprobatum experientia didicisse affirmat. RICO. Iam pergè de æstiuis seminibus. CONO. Aestiuæ fruges omnes ferè trimestres sunt, ad summum quadrimestres, quædam etiam celerius consumantur, si cœlum & solum contingat clementius. Inter æstiua primùm frumenta recensebimus, indè legumina. Inter frumenta, auena primùm seritur, etsi Virgilius eas steriles appellet, & Plinius Vitium frumenti auenam esse, atq; hordeum in eam degenerare, Gallis tamen & Germanis equorum iumentorumque pabulum optimum existimatur: Pultes quoque ex ea fieri, quibus Germani vtantur Plinius testatur, & Dioscorides pultis auenariæ meminit. πόλτος ἐκ βρώμου γίνεται, Græcisque ægilopa & bromon, Latinis auenam appellari, Italicè vena, Gallicè auoyne, Teutones hauer: Quæ etsi Italis rara, in Apennino

Et sibi & vicinis nasci.

Aestiua frumenta.

Auena.

Bromos.

nino tamen & regno Neapolitano circa Sipuntum reperiri certum. Duorum autem generum apud nos est, alterum ponderosum, farinam præbens in annonæ difficultate pani conficiendo ac cereuisiæ coquendæ maximè si hordeo misceatur, atq; id genus solo pingui & noualibus feliciter prouenit. Alterum leuius, quod vulgus Euen & **Brómhabern** appellat, leuiusculum hoc & parum præbens farinæ atque alimenti, quod in sabulosis & locis macilentis nascitur, equorum tamen & quadrupedum pabulo vsurpatur, vtrunq; à summitate culmi varijs sarculis spargitur, à quibus velut locustæ semen dependet flore albicante, ex vno grano plures culmi sparguntur. Dioscoridi auenæ genus est Bromus, quod folio & stipula triticum imitatur, & tanquam syluestre triticum nascitur, Theophrastus αἰγίλωπα nuncupauit: Qualecunque solum non morosè recipit, etiamsi nihil aliud seri possit. Eiusdem propè culturæ, quod Veteribus ignotum frumentum Triticum fagi- *Triticum*
num, id est, φαγόπυρον, vel nigrum triticum *faginum.*
μελάμπυρον, etsi melampyrum aliud sit: Nos *Heiden-*
faginum triticum malumus vocare, quod *korn siue*
granis sit triangularibus. faginis glandibus *siue Boich-*
non dissimilibus & colore & forma, nisi *vveiß.*
q^d grana minora sint. Caule est Crasso stri- *Bromos.*

gato cubitati, aut excelsiore filici propè assimilis. In multos ramos spargitur, surculis in cacumine paruulis, sed quibus fiore albo ceu nucamento squamatum compactili & comante supra cacumẽ vmbella crispatur. Floret diu, tandem grana emittit triangularia primùm alba & subuirentia. Vbi matu ruerint nigra, vel castanei coloris. Flos tempestates & pluuiam, & siccitatem immodicam reformidat. Frumentum hoc non ita pridem è Sarmatiæ Septentrionalibus oris in Germaniam aduectum, iam in frequenti vsu & suibus saginandis & pultibus faciendis, alijsque frumentis deficiẽtibus, cùm annonæ premit penuria, & cereuisiæ, & pani conficiendo, plebi vsurpatur. Seri potest quocunque, & quantumuis leui & sabuloso solo, etsi pingui fœlicius proueniat, mensibus Aprili, Maio, atque etiam Iunio, à rapacia messe seritur plurib. locis. Semẽ mittendum rarius quarta parte tritico, aut siligine: Solet enim in lætiori solo à sublato rapacio mox seri, ita, vt duplicẽ messem eiusdem anni & eodem solo facere liceat. Vbi satum circa quartum, aut quintũ diem, nisi humor, mox erumpit folijs portulacæ non disimilibus. Inter æstiua frumenta Hordeum quoque refertur æstiuum, quod ab æquinoctio verno ad finem Martij, aut Aprili

Aestiuum bordeum.

prili ſeritur, vt plurimum trimeſtre, aut ad ſummum, quadrimeſtre metitur. Solũ perinde atque hybernum requirit pingue & reſolutum, ſeminatumque alterno ſulco, aliquando neceſsitate compellente priore. Aeſtiuum quanquam non ita copioſum & abſolutum fructum ferat, & hyberna, vt Theophraſt. ſcribit: ſemina robuſtiora perfectioraq; reddantur, ita hybernũ hordeũ culmos robuſtiores ſpicasq; grauiores producat: attamẽ quia cortice duriore, æſtiuũ autem teneriore, ideo à quibuſdam magis expetitur, creditурq; plus farinæ præbere, quàm hybernum. Alijs viciſsim hybernum præferentibus. Miliũ à Latinis & Gallis vocatum. Græci κέγχρον, Itali milio vel miglio, quaſi mille grana vno culmo complectẽs, atq; hoc videtur Feſtus comprobare, Galli millet, Ripenſes Germani hyrs vocant. pultes miliaceas ex eo facientes non inſuaues, & panes. Sarmatæ pulte hac maximè aluntur cruda farina, lacte, vel ſanguine ex equorum venis admiſto. Aetiopes nõ aliam frugem, quàm hordei, milijque noſſe Plinius teſtatur, & Campaniam milio gaudere potiſsimùm. In fermento præcipuum eius vſum volunt. Nullum frumentum ponderoſius, quod coquendo magis creſcat, nam ſexaginta pondo panis è modio reducere, *Milium.*

ducere, modiumque pultis ex tribus sextarijs madidis. Hoc tempore passim seritur, licet inferiori Germanię rarius. Est autem frumẽtum hoc stipula cubitali, geniculata, folio arundinaceo, semine in longis panniculis tereti pendulo, multiplici culmo fruticãte, caule arundineo, lanugineo flore: Comam illam effusam, arundinaceam iubam vocant: Adolescit pedes ad altitudinem septem, Gaudet solo limoso, vliginoso, sabulo, etiam si frequentius irrigeretur, siccum & cretosum reformidat. Quidam præcipiũt in frigido & aquoso solo primùm, pòst in calido serẽdum. Ante Ver non seritur, quia teporibus lætatur. Seminis pauxillo amplus ager completur. Si densius seratur noxam contrahit, cùm vix iugerum recipiat quantum plena manus continet, quare in sarriendo superflua vellenda. Iugerum quadraginta modios profert, si diligenter seratur, & ex vno grano terni sextarij. Vetant inter vites arboresque frugiferas seri, sarriri & runcari continuò desiderat. Cùm spicas ediderit, antequam semina hient æstibus, manu carpuntur suspensaque in sole exiccantur ac reconduntur. Purgamenta milij & panici sesami Apludam vocant. Diu hoc frumentum seruari posse tradunt, nam centum manere annos, si condatur quò venti

Iuba.

Apluda.

non

non penetrant. Est & aliud consimile, quod Indicum appellant, Neronis principatu in Italiam aduectũ amplo grano & nigro, culmis arundineis prægrandibus. Lobas vocãt si Pli. credendum. Cum tamen lobæ siliquæ potius sint in leguminib. & phobæ iubæ vel comæ miliaceæ, vt ex Theophrasto liquet, Panicum, κέλυμος Græcè, Germani alij pfennich, alij **heidengreiß/heidel/welschreiß/** Italis pannacho, Gallis paniz, Hispanis panizo, Dictum à paniculis quib. semen inest, milij similitudine prosilit denis cum minimum folijs luxurians, culmo penè in furculum extenuato. nutante rubido paniculārum fastigio prædensis aceruato granis magnitudine sinapi, alijs luteo colore, alijs purpureo, alijs nigro & candido. Eadem ferè quæ milio cultura, Aestate satum quadragesimo die à satione matureścit locis quibusdam, alijs Maio humidis locis satum Septembri metitur. Messis & vsus ferè idem qui milio. Purgari vt milium non nisi tostum potest. Cum in articulum seges ire cœperit, runcanda ne herbis vincatur. Pinsitum & euolutum furfure, pultem cum lacte non fastidiendum præbet. In panificio panici quàm milij rarior vsus, panis enim siccior & arenæ ac cineris in modum friabilis, lentore humorisque vniculo destitutus,

Lobæ.
Phobæ.
Panicum.

proindè ruſtici addito ſuillo pingui aut oleo ariditatem glutinantes farina veſcũtur. Ponticæ gentes nullum cibum panico prę-ferre dicuntur. Quemadmodum Galli Vaſcones hoc tempore eo potiſsimùm vtuntur. Quibuſdã locis ſemine panici columbę alũtur. Inter externa eſt & Oryza, vt Theophraſtus ſcribit, lolij aſpectũ, milij ac panici iubam non ſpicam proferens, granaque continens zeę, folia carnoſa porro ſimilia, ſed latiora, altitudine cubitali, flore purpureo. Rarum Gallis & Germanis hoc frumẽtum, Italiæ & Inſubriæ frequens, vocaturq; el ryſo & meneſtre delryſo. Galli ſublata quoque priori litera ryſon, græcis ὄρυζα. Pli. etipha fieri oryzam tradit. Fit ex ea ptiſana, vnde Horatius ptiſanarium oryzæ dixit. Seritur Martio menſe, vt milium & panicum. Indos aiunt ſerere zeæ modo piſtã, vt concoctu ſit facilior. Item potum ex ea facere eoſdem Strabo teſtatur. RIGO. Ecquid de ſeſamo quod, veteribus plurimum in vſu? CONO. Seſamum græcis σήσαμον, Itali ſeſamo, Galli iugioline vocant, Hiſpani iorgilire. Olim frequẽtiori fuit in vſu, & laudatũ à Columella, & Pli. hodie paucis regionib. notũ, ſicut pleraq; alia ſemina, adeò vt frugẽ, ex quo panis nobis fit, vix dignoſcere liceat. Quidã frumẽti, alij leguminum gene-

Oryza.

Seſamum.

generi adnumerant, culmo non vt milio & panico geniculato, sed ferulaceo, folijs sanguineis, semine candido infra lini magnitudinem, quod vasculis vti papauer continetur. Seritur æstate ante vergiliarum exortum Italiæ ritu. Colu. scribit, se vidisse in Cilicia & Syria seri Iunio Iulioque, & per autumnum cum permaturuerit tolli. Desiderat solum putre & pullum, etsi pinguibus quoque arenis & congestitia humo prouenit, post sationem imber officit, cum cæteris frugibus prosit, vnde sesamum nullum animal attingit, Maximè macrat solum, vtpote cui crassior & multiplicior arundo sit quàm milio, & radix quoque numerosior. Ex India aduectum scribit Plinius atque in cibum parari, oleumque ex eo confici sesaminum. Porro ad vulgaria reuertamur. Inter fruges æstiuas & Miscellaneæ numerantur. Nonnunquam enim semina miscentur farraginis instar, partim pabuli causa, partim quoq; ea cautione, vt si alterũ intereat, saltẽ alterũ maneat incolume. Sed hic vidẽdum ne misceantur hyberna æstiuis, & contrà: nã id absurdum esset, & alterum perire necesse est. Commodè miscetur hordeum æstiuum auenæ aut fagino tritico, nõ tam pabuli iumentorum causa quàm cereuisiæ coquendæ. Atqui vicia & legumina quædam aue-

Sesaminũ oleum.

Miscellaneæ fruges.

næ miſcentur tantum pabuli gratia. Hæc ſeruntur temporibus & locis vt ſuprà de ſingulis æſtiuis frugib. dictum. RIGO. De frumentis iam ſatisfeciſſe mihi videris, De leguminibus iam reſtat dicendi locus.

De leguminibus.

CONO. Legumina Græci ὄσπρια vocant, altera frugum pars: horum complura ſunt genera, ſicut & frumenti. Quidam leguminibus quoque attribuunt milium, panicum & ſeſamũ, quæ Colu. aliàs frumẽtis, aliàs leguminib. annumerat, Nos Pli. hac in re ſecuti inter frumenta eas fruges recẽſuimus, inter legumina referẽtes, q̃ ſiliqs continnẽtur, qualia ſunt faba, piſum, lẽs, cicer, phaſeolus, vicia, &c. huius generis, quæ oĩa æſtiua ſunt ſemina. Porrò inter legumina primũ honorẽ deberi fabæ, Plin. teſtatur, vt quæ pluribus vſibus tã hominibus, quã quadrupedibus ac commodata. Græcè κύαμος, Italis Latinisq̃; faba, Gallis feue, Germanis bonen. Hæc inter legumina ſola ſine adminiculo naſcitur, magna interdum proceritate, folio carnoſo, flore criſtato verſicolore partim atris, partim albis maculis diſtincto. Varro lugubres vocat literas, ſiliqua prælonga fructu intus lato humani vnguis ſimilitudine ſuis inhærent valuulis, colore vario, folijs exit multis, vt piſum non ſingulis, vt triticum. Seritur leguminũ prima verna ſatione ex Virgilij ſen-

Faba.

sentētia, & maturè propter fabalia, quę pur *Fabalia.*
gamēta sunt fabarū. Sūt em̄ siliquę caulesq́;
gratissimi pabulo pecori, siquidē Colu. te-
statur, se audisse rusticos peritos maluisse fa-
balia maturę sationis quā trimestrē fructū.
Luna crescente seri volunt vnaq; aratione,
quia solutū solum requirit, Plin. fabā & vicią
proscisso serere sine dāno, cōpendiū esse o-
perę tradidit. Aiunt si caprini fimi cauatis fa-
bis semina inclusa serantur, mirè prouenire,
Erosam etiā Luna crescente expleri. Si cir-
ca radices arborū seratur, arborē arescere.
Sunt qui asserāt semina capi sanguine ma-
cerata aducrsantibus herbis liberari, aqua
pridiè infusa citius nasci, gaudet solo pin-
guissimo vel stercorato, sicut oia ferè legu-
mina, humidū & depressum nō recusat, et-
iamsi cętera legumina sicco lętāur. Runcari
nō gestit, quoniā euincit herbas. Sola legu-
minū scapo recto cōsurgit geniculato & in-
ani: Cumq́; legumina oia diutius floreant,
diutissimè faba dieb. quadraginta. Nō autē
singuli scapi tā diu, sed alio desinente, alius
incipit, nec tota seges, vt frumēti pariter. Si-
liquātur verò oia diuersis dieb. nam caulis
pars infera primum florē emittit, atq; ita or-
dine ad supna itur successu cōtinuo. Alicu-
bi eius tanta fertilitas, vt scapus vnus cētum
fabis onustus sit repertus. Fabæ suis valuu-

lis

lis inhærent, & nigrum quod in ſummo, hilum vocatur. Valuuli folliculi leguminũ, vermes qui innaſcuntur Midæ appellati. Lomentum farina fabacea, qua veteres ad erugandam cutem vtebantur. Freſa faba, quæ mola leniter confracta & decorticata, altera ſolida faba Refrina dicta, quod è frugib. auſpicij cauſa fabam referrre mos eſſet, Plinio teſte. Fabam in aqua nitroſa pridie, quã conſeras macerandam, vt ad coctu ram fiat commoda. Palladius auctor eſt, fabam à curculionibus non lædi ſi luna minuente vellatur, & ante quàm Luna procedat excuſa & refrigerata recondatur. Faba & reliqua legumina ſolum in quo ſata ſunt ſtercorant, & legumen pro ſtercore eſſe. Proximum fabis nobilitate ſationeq; piſum, Gracè πίσος Theophraſto, alijs λέχυθος. Italis piſe & piſelle, Gallis poſe, Germanis Erbſen, legumen caulibus fiſtuloſis in terram ſparſis ramoſisque prætenui ſurculo, folio frequenti & longiuſculo, ſiliqua cylindracea, granis rotundis & candidis, etſi Plin. ſcribat angulos habere vt cicer, quale reperitur etiam hoc tẽpore cæruleo colore flore papilionis, forma circa vmbilicum purpurea. In valuulis grana continet, quæ ſe inuicem quaſi tangunt, vt in eruo. Piſum duplex eſt, alterum in altum ſcandit, palisque affigitur, quibus ſe ſe

Vauuli. *Hilum.* *Midæ.* *Lomentũ.*

sese capreolis vinciens alligat, idque fere in hortis seritur: alterum humile & caducum humi serpens. Vtrunque esui aptum, etiam cum valuulis nõdum induratis editur cum ipsis granis, Apricis locis serere cõuenit, frigoris impatientissimum, Mãdatur terræ vel in veruacto, vel melius pingui & restili solo semel subacto, vti omnia ferè legumina, facili interim & soluta humo, & cœlo tepido humidoque. Stercorari agros piso Colu. censet, si cõfestim aratrũ sequatur, & quod falx reliquerit prius quàm inaretur vomis rescindat atq; obruat, id enim cedere pro stercore & fimo. Seritur ferè primum inter æstiua semina cum fabis pisum & lens, mox vicia & auena (vt supra dictum.) circa Martium & Aprilem, Pisa, Vicia, lentes, luna decrescente seri volunt, ne nimina luxuria inę qualiter floreant, cum cætera legumina seminaque melius augescente sydere serãtur.

Sunt qui putent legumẽ quod ὄροβος Græcis, Latinis eruum dicitur, Italis eruo, Germanis eruen, siue Rostwick vocatur. Duo eius genera, alterum cãdidum, alterum rufum, atqne hoc sylueſtre est sponte in dumetis & aruis proueniens. Exiguus frutex, tenuis, anguſtis folijs floribus vel candidis, vel in candido cæruleis aut puniceis sicut pisa se inuicem oontingentibus. Eius non est

Eruum.

est tam operosa cura: Gaudet solo macrò non humido, quia plerunq; luxuria corrũpitur. Seri ante Martium volunt, siquidem eum mensem huic legumini non conuenire, eò quòd tum pecori noxium sit. Fruilia similia paruis fabis, coloris alia nigri, alia albi, alia varij, culmo pisaceo instar lupuli in sublime scandenti, siliquas habet planas instar pisorum, folio quàm faba longiore, flore apibus gratiss. In Gallia vel Insubria Doram vel Dorellam vocant. Phaseolus, Græcè σμίλαξ κηπαία, smilax hortensis, aliqui fasiolum & dolichium vocant, Itali alij fagiuoli, alij smilace de gli horti, & fagiuolo Turchesce, alij lasanie, Galli fasioles, Germani vocant **Faselen**, vel **Welsche oder Wilde bonen**/Itali fagiuoli. Leguminis genus, colore tũ candido, tũ rubro, tũ giluo, tũ etiam maculis & orbibus atris distinctum, folia habet hederæ similia, molliora tamen, caules tenues & capreolis vicinas, fruticibus se implicantes, vt cameras & tabernacula effingere possint, siliquis fœnogræco longioribus, intus versicoloribus & renibus similibus. Pingui & restibili solo in hortis & quauis terra satum prouenit, & cum longis serpat flagellis propè pali poni debẽt, quas capreolis suis, vbi increuerint, complectantur, reptatuq; suo palos & arbores scandũt atque

Fruilia.

Phaseolus.

Fasiol.

atq; vinciũt, in hortis pergulas ac scenas in-
umbrant. Seruntur quibusdã locis ab Idib.
Octob. in Kal. Nouembris, alicubi & apud
nos Martio. Floret æstate. Edulium anceps
nter bonum & malum, succum ambiguũ,
olliculi cum ipsis manduntur granis, saltẽ
o modo quo asparagi. Iudæi Romæ mace-
atas vendũt & eduntur cruda. Lens & Len
icula, Græcè φακὸς ἡ φακὴ, Italicè, Lenditie,
põ menestre, lẽtilla Gallicè, Germanicè Lin-
en. Racemosum legumẽ, folio Viciæ, trib.
ut quatuor in siliqs granis inter legumina
minimis, molliter in latitudiuem fusis, alba
dulcedine pstantior, melior tamen quæ co-
ctibilior, & quæ maximè aquã absorbet. Co
um. tradit duplicem eius sationem, alteram
naturam per mediam sementẽ, alteram Fe-
bruario crescente luna vsq; ad duodecimã,
Germanis plurimum Martio & Aprili seri-
ur luna crescente, loco resoluto pingui &
icco, Plinius tenue quàm pingue mauult
cælũ siccum, floret Iulio, in flore facilè luxu
ia & humore corrũpitur, quare vt celeriter
pdeat & grãdescat, fimo arido, priùs quàm
eratur permisceri debet, & cùm ita quatu-
or vel quinq; dieb. requieuerit, spargi. Aiũt
proceriorem euadere quæ in aqua tepida
cũ nitro prius maduerit, quàm seratur, nec
llam sentire corruptionis labẽ quæ laserpi

Lens & Lenticula.

tio

tio aceto conſperſa ſit, Et ne à curculionibus abſumatur, extrita in aquam demittenda, & quæ inanis ab alia ſeparetur, atque ita ſiccata in ſole & radice ſilphij trita cum aceto aſperſa ſiccetur ac recondatur. Varro præcipit à vigeſima quinta luna ad trigeſimam ſerendam, ita à limacibus tutam fore: Etiam cineri miſtam commodè ſeruari, Columella teſtatur. Cicer, Theoproſto, & græcis ἐρέβινθος. Italicè ceci & cicere cicere roſſo & cicere biance, Gallis ciche, Germanis Zifererbs. Frutex eſt inſtar arbuſculi ſiliquã proferens rotundam, bina grana, forma triangulari continẽs. Eius tria genera numerãt quidam, album, rufum, & nigrum, differentia ſolum florum colore. Cicer ſatiuum caule lignoſo, obliquo, folijs exiguis, multis circinatis, flore albo vel purpureo vel nigro. Et cum cęteris leguminibus ſiliquæ lõgæ, & ad formam ſeminis lątæ, ciceri ſunt rotundæ. Gaudet ſolo pullo craſſaq;, edax legumen, propterea noualibus incommodum. Seri poteſt Martio toto, cęlo humido, loco quàm lætiſsimo. Serendum pridiè maceratur, vt citius enaſcatur, Floret Iunio & Iunio menſibus, & ſubinde ſemen producit, floret diutiſsimè vt eruum, quadrageſimo die vellitur, celerrimè fructũ perficiens Floreti pluuiæ obſunt ſoli leguminũ. Cùm matu-

Cicer.

natureſcere cœperit citò rapiendum, nam
itò exilit, latetque cùm decidit. In cicere
ullum animal gignitur contrà quã in cæ-
ero frugum genere, & quia erucas arcet,
lerum medicina creditur. Cicercula, quæ *Cicercula.*
οἰθυρος à Theophraſto dicitur, Italicè cicer
è, differt ſolo colore nigriore, quã Plinius
ninuti ciceris inæquales angulos habere
cribit veluti piſum: Plæriſque locis etiam
pud nos perinde atque piſis vtuntur, imò
is etiam præfertur. Siquidẽ & pollinis plus
uàm piſum præbeat, & citius coquatur,
ec vermibus ita obnoxium. Columella nõ
am leguminibus, quàm pabulo annume-
at, quibus ea, quæ ſequuntur accommo-
landa. Ac primùm Vicia, Græcè βίκειον, etſi *Vicia, &*
Galenus etiam Latino vti Græcos ſcribit. I- *quæ pabu-*
em Germani imitati vocant kichern, Gal- *lo ſeruiunt.*
Veſſam nominant, vt Varroni placet, di-
ta à vinciendo, quod capreolos habeat, vt
itis, quibus ſurſum ſerpit ad ſcapum lupi-
i aliúmue calamnm cui adhæreat. Surgit
ubitali altitudine, folijs aphaces, niſi qd
nguſtioribus, flore piſi, minutis nigrican-
busq; in ſiliquis ſeminibus quorum figu-
a non prorſus rotunda, ſed latiuſcula ſimi-
ter lenti. Loca ſicca deſiderat, non aſper-
atur etiam vmbroſa, & terra quacunq; fa-
illimo cultu prouenit, nec ipſa agricolis o-

perosa, vno sulco sata, non sarritur nec stercoratur, sed ipsa solum reddit lętum, maximè si pabularem viciam viridem desectam aratrum sequatur, & quod falx reliquerit, priusquã inarescat, vomere obruatur, nam radices relictæ solo succum auferunt, Cato tamen in agro herbido minimeq; aquoso seri iubet, & in terra prosciſſa, non antequã rorem discusserit, & humor omnis sole ventoq; discussus sit: Neq; ampliusproijci debet, quàm quod eodẽ die operiatur: Siquidem noctis humor quantuscunq; corrumpere solet. Et ne ante vigesimam quartam lunam terræ mandetur, alioqui à limacibus infestatã. Sationis aliqui tẽpora assignãt circa occasum Arcturi, vt Decembri mẽse pascat secundam sationem Ianuario, nouissimam Martio: in Germania Martio aut Apri seritur tanquam seminis pabuli causſa. Viciam, quod & de faba diximus ex Plinio, nẽ prosciſſo serere solo sine damno compendium esse operæ. Floret Iunio, atque tum aquis purgandis vtiliſsimum pabulum. Volunt integra cum valuulis vicialia diligenter à rusticis reponi, vt pecudibus conditiua pabulo cedant. Vicia cum auena inte miscellanea seri solet. Lupinus, Græcis θερμὸς ἥμερος, Latinis satiuus lupinus dicitur Gallis & Italis nomẽ ferè retinet Latinum.

Vicia pabularis.

Lupinus.

ger.

Germanis, Romsche bonen, vel vuickbonē, feigbonen. Est legumen vnicaule, folium quinquefariam dissectum, flore candido, siliquis per ambitum crenatis atq; serratis, quinis seníſue nitus granis, duris, latis, rufis, cadunt ei folia tantùm. Hoc legumen minimum operarum absumit & vilissimè emitur, maximè ex ijs, quæ seruntur iuuat terram: Nam vineis iam emaciatis & aruis optimum stercus prębet, ac vel effœto solo prouenit, vel repositum in granario patitur æuum. Boues per hyemem coctum maceratumque alit, famem quoq;, si sterilitas annonæ incesit, hominibus propulsat, vt Columella testatur. Sabulum & arenas & omninò vitia terræ sequitur, horretq; culta ex omnibus, quæ eduntur. Plerunque leniter sulco intingunt, cretosam hinnosamq; terram odit. Adeò amat tellurem, vt quamuis fruticoso solo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perueniat. Lupino contraria arritio, non infestatur herbis, immò herbas perimit. Si stercus deficiat, lupini presidium stercorandi expeditissimum, nam satum & vel vomere succisum, optimi fimi vicem præbet. Primùm omnium seritur, nouissimum tollitur. Seritur prę alijs leguminibus post ęquinoctium autumnale. Qualitercunque obruas sustinet

ſtinet coloni negligẽtiam, tẽporem tamen autumni deſiderat, & vt celeriter confirmetur: nam niſi ante hyemem conualuerit, frigoribus affligitur. Ter floret, primũ Maio, deinde Iunio, poſtremò in Iulio. Poſt vnum quenq; florem ſiliquas producit: Antequã flores edat, boues immittãtur, quippe cùm omnem aliam herbam depaſcant, ſolùm lupinum ob amaritudinem, dum viret, intactum relinquũt: ſiccatum autem hominib. & quadrupedib. in cibo datur, cum paleis bobus, hominibus cum triticea vel hordeacea farina in panes digeritur. Condi fumo maximè cõuenit, quoniam in humido vermiculi vmbilicum eius in ſterilitatem caſtrant, Aiunt ſole circumagi, horaſque agricolis etiam nubilo cœlo demonſtrare: Fœnum grecum, Theophraſto & alijs quibuſdã βούκερον καὶ τύλη, Dioſcoridi præter hæc καρπὸς αἰγόκερως alijs, κεραίτης dicitur, Gallis tenegres & fenigrene, Itali fænigræco, etſi à quibuſdam etiam Latinis Silicia & ſilicula vocetur, Germani partim Latino nomine, partim kohorn & boxhorn à Græco fenigrec appellatum, quod ſemen in ſiliquis corniculorum inſtar incuruis contineat. Cauliculis emicat exilibus, folio penè rriſolij. Crudæ terræ & tenui ſolo committitur paſsim non incommodè: danda ope-

Sole circũagitur lupinum.

Fœnum gracum.

opera, vt spissè aretur, nec tamen altè: nam si plus quatuor digitis obrutum sit, semen eius nō facilè prodit, proinde minimis aratris proscindenda terra, & sarculis statim operienda. Est autem duplex, alterum quod siliquam rustici vocant, quod pabuli causſa Septembri seritur, alterum Ianuario vel initio Februarij cum in messem seminatur: Floret Iunio & Iulio, & vnà siliquas producit, semen tamen in Augusto maturum legitur. Estur lupinorū ritu aceto & garo, aliqui oleum adijciunt. Pabulo & pluribus alijs vsibus vsurpatur. Porrò de leguminibus, quæ & legumenta à Gellio dicta, hoc in vniuersum habemus, quod siliquantur omnia, singulasque habent radices, præter fabam, vt dictum, easque surculosas, quia nō in multa diuiduntur, altissimas cicer. Caulis fabæ & lupini vnus est, cęteris ramosus & pertenui surculo, omnibus fistulosus. Omnia ferè legumina vernæ sationis, solumque postulant resolutum & pingue, aut restibile, præter lupinum quoduis non respuēte. Seruntur crescente Luna præter pisum. Priùs macerentur felicius serenda. Citò rapienda cùm matureſcere cœperint legumina, quoniam citò exiliunt. Seruari breuissima obseruatione si interlunio legantur, Plinio teste. Plurimum autem referre, condere

Siliqua & Fœnogræco.

Generalia de leguminibus.

Legumenta.

quis malit an vendere: crescente enim luna grandescere semina. Sunt qui vrceis cinere substratis & illitis acetum habentibus legumina supertingerunt, ita non nasci maleficia credentes: Alij simpliciter cinere recondunt. Alij aceto laserpitio aspergunt, vt de lente diximus. Præterea de leguminibus in vniuersam Græci præceperunt, in fimo cùm seruntur, nonnihil nitri permiscendum, ita mirè coctu ris oportuna reddi. Quod si factum non sit, vt citò contenescant, in ollam sinapi momentum injcias, & confestim cocta fatiscent. Theophrastus alia quædam addit, quæ longius esset hic referre. RIGO. Expeditne hæc omnia legumina & frumenta agricolam in suo serere agro? CONO. Nequaquam, sed vt prius de terræ & seminis ratione dixi, ea maximè deligenda, quæ agro quem colis conueniunt: Sunt tamen quædam, quæ non recusent quamlibet terram. Quædam, inquit Varro, quæ non tam in præsentem, quã in futurum vsum seruntur: & quædam, quæ omnib. agricolis necessaria, veluti fruges ad hominum cibum & pecorum pabulum. Eorum cùm primis oportet rationem habere, vt in agro non desint quorum quotidianus & necessarius vsus, veluti siligo vel secale, auena, fagopyrus. Lupinus & legumina,

Fruges necessariæ magis.

mina quędã pabulis inidonea nullum quantumuis macrum ſolum reformidant. Porrò cùm agricolam non ſolùm hominum quo cibo alantur curam habere conueniat, ſed etiam iumentorum & pecorum, ſine quib. ager exerceri non poteſt. Proinde legumina & ad hominum & ad pecorũ, pabulum autem ad pecorum vſum ſerere copioſius oportet. Inter pabula præſtantiſsima celebratur à veteribus Medica & Sylla, præſertim Italiæ, vbi nomen retinet: aliàs etiam vocatur trifolio, Galli grand trefle, quaſi grãde trifolium ruſtici fœnaciam, alij Burgundienſe fœnum, quod à Burgundionibus allata, nominant. Iam etiam in Germaniam transfertur, vuelſchckleen, Græcis μηδίκη, Dioſcoridi & Theophraſto. Plinius ſcribit à Medica regione per Romanos in Italiam deportatam. Nihil propemodum à trifolio differens, niſi quòd maior, excelſior & copioſior: nã omninò caule, folijs & flore reſpondet, geniculata quidquid aſſurgit in caule contrahitur in folia, In ſcaporum cacumine breues ſiliquulæ prodeunt in corniculorum ſpeciẽ intortę denticulato foris inflexu & velut exiguos mucrones exerente, in quibus ſingulare ſemen ferè lunatum cõtinetur lentis magnitudine folliculo cohærens, quod freſum dentib. piſi ſaporem

De pabulis iumẽtorũ.

Medica.

repræsentat, singulæ thecæ singulorum seminum sunt capaces. Postulat solum succosum, elapidatum, pingue ac lætum. Puribus locis non prouenit, alijs cumulatè emergit. Varro obseruari præcipit ne in terram nimium aridam mittatur, aut variam, sed temperatam. Plinius siccam, succosam vel riguam requirit, Columella addit agrum in quem Medica serenda, circa Octobrē proscindendum, eumq; tota hyeme putrescere sinendum, deinde Februario iterandum purgatisque lapidibus diligenter occandū, & circa Martium subacto, vt in hortis solo, formandæ sunt areæ latæ pedum denum, lōgæ pedibus quinquaginta, ita vt eis aqua ministrari, & facilè possint ab vtraq; runcari, tum iniecto antiquo stercore in Aprilem reseruentur, & ad finem eius mensis serito tantum, vt singuli cyathi seminis occupent locum latum pedibus quinque, longum decem, sed mox ligneis rastellis obruantur iacta semina, quia sole citius comburuntur. Post sationem, cum altitudine fuerit vnciali, ferro locum tangere non licet, sed rastris ligneis vel manibus mundetur, ne alterius generis herba teneram medicam premat, alioqui degenerat in prata, Prima messis tardius fiat, vt aliquantum semen excutiat, Cæteræ messes quàm volueris citò,

citò peragantur, & iumentis præbeantur. Ruris disciplinæ periti tradunt iactato semini medicæ adijciendam auenam, vt quæ radiculis fundamenta iacere putetur. Seritur Aprili, aut tardius Maio alioqui pruinis opportuna, iactaturq; semen sicut frumentum. Cùm ceperit fruticare, omnis alterius herbæ generis eruncentur, Sic culta sexies demeti anno potest: Sexies florere, aut quàm minimum quater traditur, modò nō secetur. Vbi secueris sæpius riga, & cùm fruticauerit iterum runcato, ita vt diximus sexies per annum metere poteris, & decem continuis annis permanebit. Agrum stercorat, omne armētum emaciatum pinguescit ex ea, ægrotanti pecori remedium, sed cùm tenera prosiluerit, inter initia dum consuescant parcius præbendum, ne nouitas pabuli noceat, inflat enim & multum sanguinem creat. Columella tradit iugerum eius toto anno tribus equis abundè sufficere. Quibusdam locis spontè scatent prata hac herba, vel natura soli vel cœli conditione nata, quædam etiam olim satæ reliquiarum vestigia esse queant, vel quæ multos annos caduco semine restibili fertilitate regerminat, & herboso cespite victa desciuit in pratum. Nihil prohibere videtur, quin sponte sua nascatur, nisi fortè peregrina & externo

orbe petita sationē desideret. A fęnisecibus melius metitur cùm incipit florere, nā ni semen matureſcere cœperit, prohibendū, qa pabulum vtilius vſq; ad trimatum ſiccatum q́ue digeritur in faſces, qui ad trimatū ſeruantur magno rei pecuniariæ compendio. Nam vt dictum veterina optimè paſcuntur, & pecora eo pabulo villici ſaginant, quæ nullo alio magis cibo lętantur, pingueſcūtq́ue. Proximè ad medicæ, laudem accedit Cytiſus, Ab ariſtomacho, vt ſcribit Plinius, miris elogijs prædicatus frutex, pabulo ouium, vt Virgilius teſtatur, & aridus etiam ſuum cibus gratiſsimus, Spondetq́; iugero eius annuos perplures vel mediocri ſolo redditus, Vtilitas herboſa, & eò lętior ſatietas, quòd perquam modico pingueſcunt & quadrupedia, neq; ex alio pabulo lactis copia vel maior vel melior. Super omnia pecorum medicina à morbis in omni vſu præſtans eſt. Apes etiam nunquam defore Cytiſi pabulo contingente promittūt Phyſici. Quare quamplurimum in agro habere refert, gallinis, capris, & omni generi pecorū vtiliſs. Gallinis ieiunis Cytiſi apponenda folia & ſemina, Alij telinen, alij triphyllum, alij lolum magnum vocant, Romani trifoliū maius vocant. Frutes eſt incanus totus, vt rhamnus, cubitalibus ramis ſæpè maiorib.

Cytiſus.

Trifolium maius.

circa

circa quos folia fœnigræci aut loti trifoliæ, sed minora, dorso in medijs tumente. Inuẽtus in Cytno Insula hic frutex, inde transla tus in oẽs Cycladas, & in Græciã magno casei prouentu. Neq; est vlla iam regio, vbi nõ possit huius arbusculæ esse copia vel maxima, teste Columel. In Italia circa sepimenta vinearum prouenit: Non ęstus, non frigorũ, non grandinum aut niuis iniuriam expauescit. Terram stercoratam desiderat. Si pluuia non incesserit, rigandum erit, simulatq; nouũ frõdem agere ceperit, sarrito, & post triennium cædito & pecori prębeto. Varro in terram benè subactam mitti vult tãquam semen brassicæ, inde differri, & in sesquipedẽ poni, aut etiã de Cytiso duriore virgulas deplantari atq; in serendo pangi. Satio Cytisi vel autumno vel vere fieri poterit semine, subacto solo & in areas digesto. Si desit semen cacumina disponũtur, ita vt quoquo versus quatuor pedum spatia distent, & stercoratam terrram circumaggerato. Potest etiã ante Septembrẽ ramis commodè seri, quando facilè cõprehendit, & iniuriã sustinnet, pficitur triennio. Cytisus Colum. duplex, satiua, & altera suæ spõtis, Agrestis caprcolis optimè pascit. Hæderæ modò vincit & strangulat. Inuenitur in segetibus pcipuè hordeaceis. Flore pisi luteo, folia si

teram-

terantur erucam ſubolent, commanducata cicer reſipiunt. Eſt & pabuli genus inter ſtirpes veteribus ignotas referendum, quadru pedibus ſimul & auibus expetitum. Haud ſcio ſi alijs regionibus quàm Germaniæ no
Spuria. ta herba, Spuriam vel Sperie vulgus vocat, caule pedali, aut cubitali altitudine aſſurgens, in multos ramulos brachiato, florem emittit candidum ſine folijs, flos ad modum lini in folliculos matureſcit rotundos, ſemen continens minutiſsimum rapacio nõ diſsimile. Errare videntur qui putant cytiſum, cùm hic frutex ſit, teſte Dioſcoride, folia habens fœnigræci, Spuria folijs careat, Neque ſemen reſpondet, etſi vſu non multum differat. Non alio pabulo Germanis lactis maior & copia & ſuauitas, butyrum è nullo lacte gratius quam hoc nutrimento collectum, Quare æſtimatione propè hordeo aut frugibus æquatur ſemen, ſtramenta ſuperant fœnum', paleæ plus quàm quæuis excrementa cereuiſiæ alunt pecora. Semen columbas maximè alit & domeſticas aues hyberno tempore. Seritur locis ſabuloſis ac facili terra, tota æſtate, & quidem ſeminis habendi gratia vere ſerunt, quando & auenæ ſatio: Autumno autem & meſsis tempore ſeritur depaſcenda pecori, Agricolis ſabuloſa loca colentibus magno vſui,

quare

quare quamplurimum eius generis habere conuenit quòd gallinis, apibus, ouibus capris, bubus, & omni generi pecudum vtilissima expetitur, Lini satio & Cannabis re- *Linum.*
stat. RIGO. Expecto. CON. Hęc etsi neque inter frumenta neque inter legumina referenda, nec denique inter pabula & hortensia: imprimis tamen harum cultura agricolis necessaria, nimirum sine quibus nulla domus vel exornetur, vel necessarius amictus suppeditetur homini, & in lanę mollitiem contusa lentearum texturis funibusq; intorquendis vsurpantur. Adde è tam paruo semine nasci, vt Plinius ait, quod orbem terrarum vltro citroque portet, quod Aegyptum Italiæ admoueat, herbam esse quæ septimo die ex Gadibus Ostiam nos transportet, Linum, Græcis λῖνον, Italis lino, Gallis dulyn, Germanis eãdem prope appellationem retinet, licet Germani linum semen appellant. & stirpem flachs. Herba vulgatissima mulierum operibus, caule tenui, à spuria haud multum differens, nisi quod superior paulò & caule crassiore, foliis angustis, oblongis in fastigio floribus cæruleis, quibus decidentibus, folliculus nascitur orbicularis instar pisi, in quo semina cõtinentur fulua. Gaudet pingui solo & modicè humido, nonnullis placet macro solo quàm

quàm spississimum semẽ vno sulco cõmitti. Seritur vere, estate vellitur. norunt in Menapijs ac Iuliacẽ. agro vbi plurima eius fruticis satio, ante Maij initium serendũ. Et sunt quitria sationis tẽpora obseruãt pro cœli constitutione, nam pluuiã & humores requirit. Maturitas intelligitur flaueſcente ac intumescente seminis folliculo, tum vulsum in manuales fasciculos colligatum siccatur in sole, conuersis sursum radicib. vt semen excidat. Aliq ferreo pectine carminãdo detrahunt folliculos atq; ijs sole tostis semen eliciunt. Fasciculi posteà in aquam sole tepefactam immergũtur pondere aliquo depressi. Maceratorum inditium est laxatior membrana, iterumq; fasciculi dissoluti soleque siccati stupario malleo contundũtur. Inde mẽbrana decorticatur, ferreisq; hamis pectitur. iniuria enim semper redditur meli⁹.

Stuppa. Stuppa à lino distinguitur in suos vsus, & vtrunq; in pensa & fila digeritur, particulatimque tractum in glomos, telas ordiuntur magno hominum vsui. Postremò tela in aprico cõsperſa subinde aqua albescit in nitidissimum candorem, memoria proditum pulchriorem aliam vestẽ fœminas Germanorum nõ nouisse. Hoc tempore è Sarmatia & Liuonia apportatur præstantiſ. nostrate & procerius & excellentius. Lini semen

nisi

nisi magnus sit eius in ea regione quã colis prouentus & proritat, serendum non esse Colu. suadet, Agris enim præcipuè noxium, quod & Virgilius notauit.

Vrit enim lini campum seges, &c.

Quare & nisi muliercularum studijs indulgendum, maiori compẽdio arua segetibus conserentur & lintea ementur, maximè si agri iacturam & impensas filandi texendiq; æstimes. Cannabis, Græcis quoque κάνναβις ἥμερος & Italis canabe, Gallis chanura, Germanis hanff, planta ferrulacei generis, graui odore, simplici adolescit caule in tantam proceritatem, vt aliquando mediocres arbores æquet, planta magnis in vita vsibus, et funibus ducendis, & telæ texendæ, crebris geniculatur nodis, è quibus surculi prodeant folijs angustis mucronatis. A Dioscoride & syluestris & satiua pingitur, folio fracini, caulib. inanibus, graui odore, semine rotundo. Est duplicis generis. Mas exflos versicolorium fert semẽ & oleosum fœmina albo flore sterilitatem compensat. In hortis aut alijs locis cultis seritur, vt Plinius censet, à Fauonio, apud nos ad finem Aprilis, nam frigoris impatiens. Aliqui Arcturo oriente, hoc est, ad finem Februarij aut initium Martij: Loca enim amat pinguia, stercorata & rigua, vel planum & altè *Cannabis.*

altè ſubactum ſolum. Pluuio cœlo impro-
bè ſeritur. Quò denſior ſeritur hoc tenerior
prouenit, Quare nonnunquam ter cõſper-
gitur. Etſi ſint qui in quadrum pedem ſeri
eius grana ſex tradant. Cannabis fœmina
prius vellitur, mas poſt maturo ſemine, vel-
litur, ac faſcibus in ordine deponitur, tri-
duo quatriduóue aut amplius in aprico re-
lictis. Poſtea in aquam pondere demergi-
tur, ad dies octo aut decem dum maçera-
tur, ſicut & linum dum membrana laxior
ſentitur, Exempta inde in ſole ſiccatur vt a-
reſcat. Poſtremò ligneis machinis quaſi mã
dibulis confrigitur, pectinatumque filis fu-
nibusque vſum præbet. E cannabe funes fi-
unt & plagæ ac retia & carbaſea vela, maxi-
mè autem ruſticæ familiæ veſtib. & linea-
minib. induſijſque vſurpatur. *Semina quo-*
que decuſſa furnis ignibusque alendis prę-
bent vſum. RIGO. In Iuliacenſi agro & Gal-
liæ quibuſdam regionibus vidiſſe memin
herbam magno ſtudio à ruſticis cultam tin
ctorijs vſibus vt ferebatur, deſtinatã. CONO
Sic eſt, Eã herbam Cæſar cõment. belli Gal-
Glaſtum. lici Glaſtum vocat, Græcis ἰσάλις ἥμερος, Ita-
li guado, vulgus Gallorum guadum & gu
eſde, Germani vueyt, qua lanarũ infectore
vtuntur, eſtq; apud hos in magno precio
maximũq; queſtũ Menapijs, Iuliacenſibus

Tur

ſurnigis & pleriſque regionibus affert, fo-
ia fert lapatho, vt Plini. teſtatur, non diſsi-
nilia. Dioſcorides glaſtum ſatiuum & ſyl-
eſtre commemorat, & ſatiuum quo infe-
tores lanarum vtuntur, folio plantagini ſi-
nile verùm pinguiori: ſylueſtre folijs lactu-
cę proximis, flore luteo. Ea herba tradit Cę-
ar Britannos corpora tingere ſolitos, vt ter
ibiliores eſſent hoſtibus. Sationē & ſolum
equirit quale triticum, ſed vehementer hu
num exhaurit atque emaciat. Poſtulat pin-
uem & reſolutam beneque paſtinatam hu
num, quæ ligonibus magis quàm aratro
ertitur ad huius plantæ ſationem, runca-
urque diligenter. Seritur in Menapijs A-
rili menſe, vulgi obſeruatione circa heb-
omaden Paſchæ ſacram. Quinto quoque
ilco pinguedinem terræ quam margam
opellant inijciunt euerſæ terræ poſt ſemen
nmittunt. Runcare ſedulò oportet. Vbi ad
ithami aut dodrantalem altitudinem ex-
reuerit herba, florere non patiuntur, ſed
rro in hoc parato ab radice reſecāt, lauāt-
ue & ad molam deferunt, patiunturque
erum ſuccreſcere, idque tertia atque quar
meſſe. Pòſt ſemini relinquitur. Viridem
erbā truſatilibus rotis ac trapetis aut mo-
s conficiunt premendo, vt liquorem her-
aceamque ſaniem eliciant, inde manibus

in pilas atq; paſtillos ſubigunt glomeran-
do, tabulatisque exponunt exiccandos. RI-
GO. Magna me affeciſti voluptate audie n-
dæ diſciplinæ mittendorum ſeminum, ſine
quibus nō ruſtica ſolū, ſed ne vrbana quo-
que vita ſuſtinetur. Iam verò audire cupio
Meßii. Meſsis, quæ reſtat, rationem. Agricolę ſum-
ma expectatio & laboris præmium. CON
Pergam huius partis operam abſoluere.
Cùm maturæ fuerint ſegetes antequã tor
reantur vaporibus æſtiui ſyderis, qui ſun
vehementiores per ortum Caniculę, matu-
rè demetendæ ſunt. Nam diſpendioſa eſ
cunctatio, primum quod auibus prædan
cæterisq; animalibus præbet. Deinde gra
na & ipſæ ſpicæ culmis & ariſtis arentibu
celeriter decidunt, ſi verò procellæ vento
rum aut turbines inceſſerint, maior pars ac
terram defluit, propter quæ recraſtinari n
debet, ſed æqualiter iam flaueſcentibus ſa
tis antequam ex toto grana indureſcant
cùm rubricundum colorem traxerint, me
ſis facienda, vt potius in area & aceruo qu
in agro grandeſcant frumenta. Conſtat e
nim ſi tempeſtiuè deciſa ſint poſteà cape
re incrementum, ſiquidem & creſcent
luna frumenta grandeſcunt. Et plurimur
refert, vendere an condere velis frumen
ta. Nam interlunio legenda, quæ vitio ea
rer

rere velis. Varro inter solstitium & canitulam messem faciendam scribit, quod frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis & totidem florere, atque quindecim dieb. exaresceré cùm sit maturum. Inter frumentorum leguminumque messes prima ferè rapacei seminis, & quia semen cũ iliquæ incipiunt flauescere, maturitatem ndicat, celeriter demetendum: Cumq; fariliter effluat semen plurimis locis in ipsis ãpis area leuigata aut linteo crasiore subrato statim vt demessum excutitur: Sin nportetur horreis, lintea plaustris insterenda, ne semen vehiculi quassatione exussum pereat. Maximè hic sicut in omium leguminum messe cauenda & antetenda pluuia, nam ea superueniente deiscunt folliculi. Mox à messe rapacei, si olum euertatur triticum faginum inseri oterit, ita vt ex eodem fundo eodemq; anno geminam messem exercere liceat. Racio proximè succedit hisce regionibus ordei hyberni messis, quæ consumanda t antequam grana arefactis spicis lapsa ecurrant, quia nullis sicut triticum folulis vestiuntur, & spicæ fragiles facilè dedunt. Hordei culmos iacere in agris aliantulum sinendum existimant quidam, hoc modo grandescere grana credãtur.

Fruemntũ 15. dieb. in vaginis est & totidem floret.

Messis rapacea.

Hordei messis.

Cannabea meßis.

Inde ſequitur Cãnabea meſsis, prius tamẽ, vt diximus ſuprà, fœmina euellitur, atque in ſole pauliſper ſiccatur, inde manipulis colligata in aquam demergitur, ac pondere aliquo deprimitur ne extra aquam emineat: poſteà mas quoq; ſemine maturitatem indicante vellitur, ſiccaturque, & excuſſo flagellis ſemine in aquam mergitur dum cortex emolleſcat. Inde ſiccata in ſole reponitur in faſciculos hybernis lucubrationibu confringenda, decorticataque repurgan da. Siligo vel ſecale Iunio vel Iulio deme

Siliginea & triticea meßis.

tenda, atque mox triticum. Lex aptiſsim antequam granum indureſcat & cùm ian traxerit colorem: Oraculum verò bidu celerius meſſem facere potius quàm tridu ſerius, vt Plin. tradit. In ſiligine non tantu periculum effluendorum granorum quàr in tritico, quæ matura cùm fuerint, etiar ventorum procellis excutiũtur. Quare c uendum ne poſt maturitatẽ tardetur meſs triticea: Etſi Plin. tradit triticum copioſi fieri, ſi ſerius metatur, ſed diſpẽdioſam e cunctationem, primùm quòd auibus pra dam cæterisque animalibus prebet, deinc quòd grana & ipſæ ſpicæ culmis & ariſtis rentibus celeriter decidunt, atque vent rum vi excutiuntur, cuius rei exemplũ pr buerunt ventoſæ procellæ anni ſaxageſi

ſe

ſeptimi ſupra ſeſquimilleſimum redemptio nis. Hinc piſi & fabæ, viciæ, lenticulæ, prout citius ſeruntur, ſequitur meſis. In quibus obſeruandũ, vt in rapacio, ne demeſis plu- uia ſuperueniat, qua dehiſcentes effluant, aut vento vehementiore diſsipẽtur. Poſtre- nò æſtiua reliqua frumenta, veluti hordeũ eſtiuum, panicum, milium, auena metũtur. Experimento diſcitur reſecatæ auenæ vtilẽ eſſe pluuiam, hac enim grana intumeſcere & grandeſcere creduntur, quapropter ali- quoties duabus tribúſue hebdomadis & tã- diſper in agris reſecta linquitur dum pluuia ſpergat. RIGO. Metendi modũ quẽ ob- ſeruatis? CONO. Varia metẽdi genera pro locorum regionumq; varietate vſurpãtur: alij falcibus, quę & pro vſus diuerſitate va- riæ. His regionibus trium generum meſſo- rijs falcibus vtimur: aut enim falce vtimur inata, quam dextra tenentes ſecant ſtipulã ſecundum terram, ſiniſtra autem vnco prę- ongo reſecata conuoluunt inq; faſces con ahunt, atq; hoc pacto triticum & ſiligo & uicquid eſt frugum robuſtioris culmi de- ietitur. Alicubi in Iuliacenſibus, vbi læ- oribus campis frumenta denſius & in ma- orem proceritatem excreſcunt, hic præ- enſos manipulos ſiniſtra ac ſerratis ſeculis extra reſecant, ſtipulam inferiorem lon-

Reliquarũ frugum & leguminũ meſsis.

Auenacea meſsis.

Metendi modi varij.

giuſculè agro ſtercordo relinquentes: Alij falce maiuſcula verriculata longo manubrio & ligneis quaſi cratib. denticulatis affixis vtraq; manu ſegetē abradunt, ſternūtque ordine plano in faſces cōuoluendā colligandaq; quales ferè ſunt ſenariæ falces, atq; his leuiores ſegetes demetuntur. Varro & Columel. ac veteres alios plures referunt modos metendi: Plinius & Palladius præter hominum labores vnius bouis opera ſpatiū meſsis abſumi tradunt in Gallia ſolere, nempe valli prægrādes dentibus in margine infenſis duabus rotis per ſegetes impelluntur, iumento in cōtrarium iuncto, ita vt direptę in vallum cadant ſpicæ. Hunc morem in campeſtribus latifundijs & æqualibus vſurpari. Sed his regionibus hæc abſurda vidētur. In metendo obſeruandum, vt ſecundo vento metatur, nam aduerſo metere, & oculis & manibus moleſtum eſſe, Xenophon quoq; animaduertit. Si calami breues ſint, tellure tenus reſecari debēt, vt aptiores ſint manipuli. Si oblongi medij ſeculis, vt diximus, quo expeditius & inuehantur & triturentur & ſtipula remanens vel comburitur Virgilij præcepto, vel putrefacta agro lætificando relinquitur: Aliqui longiſsimam ſeruant tectis horreorum ſtabulorumque ac etiam ruſticis ædibus operiendis cur

pri

primis vtilem. Vbi fœni inopia, etiam pabulum ministrat, hordei enim stipula bubulo pecori grata. Deinde omnis stipula substratui animalium vtilis. Demessam segetem mox in fasciculos colligere præstat, etsi hordeum, & auena, & alia quædam frumenta perinde atque legumina in metas & aceruos congeruntur quibusdam locis, sed non sine iactura & detrimento. Resecata autem seges non protinus in horeum conuehenda, sed exiccenda pro natura cuiusque frumenti vel leguminis: Nam si nondum exiccata importetur cumulata vel fatiscit vel incenditur, vel aliàs corrumpitur facilius. Auena & triticum faginum diutius relinquuntur, sicut & lentes, pisa, atque legumina, quia tardius siccantur: Triticum autem citius inuehitur, nisi herbis immodicis sit mistum, quæ exiccationem remorentur. A messe solum mox inarandum propter inutiles herbas, & vt terra futuræ sationi habilior reddatur. Seges autem demessa exiccataque aut horreis aut nubilarijs, aut metis conditur, & deinde per hyemem nocturnis lucubrationibus, & suo tempore vel pecudibus exterenda, vel flagellis excutienda vannisque expurganda. RIGO. In Italia veterinis triturare videntur, quod de Græcis etiam Xeno-

A messe solum inarandum.

phō teſtatur. CONO. Et nos olim vidimus, & ſunt qui equos malint quàm boues. Ibidem paleas quoque immiſtas vento ſeparant, adque eam rem Fauonius putatur eximius, quem tamen operiri lenti eſſe agricolę Columella teſtatur. RIGO. Horreis vos video vti operoſiorib. qua ratione in his conſtituendis vtimini? CONO. Horreum ſic conſtituatur, vt cōmodè inuehi ſegetes poſſint vndique clauſum, præterquam antica & poſtica, ita tamen ne oſtia occidenti ſoli ſint aduerſa, ſed potius Septentrioni & Orienti. Et ab vtraque parte areæ, fruges in ſuis quibuſque cellis & lacubus ſeparatæ reponantur, atque ita, vt ad ſingulas aditus præbeatur quando vſus poſtulat. Et quanquam ſupra aream quoque fruges ſtratis lignis imponātur, in medio tamen vſque ad culmina horrei pateat, vt dictum, aditus, vt ab omni parte depromi poſsint trituranda. Quibuſdam locis in medio trochleam habent, per quam fune ductorio in ſublimè & ad ſumma culmina frumentorū faſces ſubducantur. Apud Batauos pauca reperiūtur horrea parietibus vel ſepimentis clauſa, ſed in metas & aceruos reponūtur fruges quaternis aut pluribus tignis palíſue veluti columnis in excelſum porrectis æquè diſtantibus, tecto penſili ſic impoſito, vt clauis paxilliſ-

Horrei poſitio.

xilliſque ligneis immiſsis atque exemptis & demitti & altius tolli poſsit, vt ſuprà quoq; indicatum. RIGO. Id genus horreorum aiunt non ita obnoxiũ muribus, & impenſæ minoris eſſe. CON. Qualecunq; ſit horreũ, cõſtituendũ erit loco editore, ne humorib. lædantur recondita. Malũt ſtipulis tegi aut culmis quàm tegulis. Eſt autem pro modo agri frumentarij amplum ædificandũ. Quidam, vt cati ac feles ſubire & mures venari queant, areolis lateritijs diſtinguũt ſolum, utq; ſuperſtratis ligneis perticis ſegetes imponũt. Area benè compacta ſit, in qua frumenta vel flagellis excutiãtur vel triturentur quoties libet. Columella ſilice conſtratam probat, & veluti ſigninum opus paniculis condenſatam, quod & celeriter frumenta hic atterantur, non cedente ſolo pulſibus tribularum vngularúmue iumentorum. Et eadem euentilata mundata ſint, lapilliſque careant & glebulis, quas per trituram terrena remittit area. Sed nos contenti terra benè ſubacta ac raſa, quæ confoſſa ſit ad trituram habilis, permiſtiſq; paleis cum amurca, ſi adſit, exterſa. Nam ea res à populatione murium formicarumque frumenta tuetur, æquatam autem paniculis condenſatamque ſicut & ſolum horrei, & rurſum ſubiectis paleis inculcatam, ſiccandam re-

Horrea penſilia.

Area.

linquimus. Arcenda pecora & gallinæ quæ solum vel calcando vel scalpendo inæquale reddant. Vbi exiccata area indurverit, impositæ segetes flagellis excutiuntur, ac vannis repurgantur, etsi alicubi bestiarum calcatu triturare malunt & iactu ad ventum veteri more repurgare. RIGO. Iam verò vbi excussum frumentum, quo pacto conditur vt à curculionibus sit tutum? CONO.

Granario rum cura.

Granaria, quibus frumenta iam excussa & repurgata condi debent, sublimia esse conuenit, vt perflentur vento ab exortu & Septentrionis regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aspiret: Nam positio cœli maximè frigida & minimè humida vtraque conditis frumentis perennitatem afferre creditur. In Hispania & Apulia calidioribusque regionibus non à lateribus per fenestras solùm, sed etiam subtus à solo, vento respiranti datur aditus. Quidam granaria habent sub terris vti speluncas, exhaustaque humus editos à se fructus recipit, Syros vocant. Horum vsum in Hispania & Carthagine esse prodit Varro. Nostris quoque regionibus & vini & frumenti apothecas subterraneas reperire licet. In regionibus quæ abundant vligine, magis conueniunt granaria pensilia, & superioribus ædium contignationibus, adhibita cura pauimen-

Syri.

uimentorum ac parietum. Porrò cum curculionibus & similibus bestijs obnoxia sint frumenta, nisi diligenter reponantur, celeriter absumuntur, Quare conuenit parietes luto, cui pro paleis pili sint admixti, deinde argilla alba intus & foris obducere: postremò cucumeris syluestris radices & folia ad biduum aqua macerata, & cum aqua calcem arenariam subegeris inde internas granarij partes oblinere licet. Etsi Plinius calcem frumentis inimicissimã esse tradit. Quidam calci pecorum vrinam admiscent, vt quæ hæc animalia necare putetur. Vel folij semperuiui, vel absinthij, vel lupuli, maximè si adsit, amurca ad omnia animalia necanda prodest. Sunt qui huius loco salsugine arengarum vtantur. Ad eum modum parietibus & pauimento adornatis & siccatis, frumentum si inferatur à curculionum aliorumque similium noxiorum animalium iniuria defendi arbitrantur. Sunt qui Conyzam semifrigidam substernant frumento. Strabo frumentum chalcidia immixta seruari scribit. Alij certissimum esse remedium: si subinde ventilentur fruges in area, & quasi refrigerentur. Cæterùm id falsum esse affirmat Columella: neq; enim hoc pacto expelli animalia, sed miscerí totis aceruis, Qui si maneãt immoti summis

Aduersus curculiones remedia.

summis tantum partibus infestantur: quoniam infra mensuram palmi non nasci curculionem, longeq; prestare id solum quod vitiatum est quàm totum periculo subijcere, nam cùm exigat vsus, facilè eo sublato quod vitiosum erit, integro inferiore vti. Experientia tamen nos docemur curculionem nullo magis remedio expelli quàm frequenti agitatione ac ventilatione, præsertim æstiuo tempore. Post biennium negant infestare frumenta. Sed fatigo te longius circumducendo. Si libet reuertimur domũ. RIGO. Si tibi sic videtur. Alioqui mihi voluptati est obambulantes nos de agrorum disciplina te audire differentem. Hiccine pascuos agros video? atque in ijs nitentes boues atque equas cum pullis exultantibus? CONO. Sic est pascuum agrum sepimentis classibus distinctum suo cuique pecudum generi tribuimus. In proximis pascuis boues pascuntur ad saginam. Deinde equi cũm matrib. ac pullis. Reliqua annicu-

De pascuis agris, & pratis.

lis bimisque iuuencis atque equuleis destinata. Quæ in valle conspicis prata, ea fœnisecijs seruantur. At proximis villæ hic aluntur lactantes, quæ quotidiè ter veniunt ad mulctiaria vaccæ, atque ideò in propinquo cas pasci conuenit. Quanquam & eorum animalium, quæ longius pascuntur, quotidiè

diè curam habere, & semel ac iterum inuisere necesse est, vt si quod fortè ægrotare incipiat curetur. RIGO. vbi semel tibi molestus esse cœpi, non acquiesco quin omnẽ agri tui philosophiam cognoscã. CONO. Nihil prorsus mihi molestiæ hoc est, imò, vt antè quoque professus, recreat me harum rerum commemoratio, hic enim in mea videor esse arena. RIGO. Ne igitur pigeat pascuorum pratorumq́; & fœni tractandi rationem declarare, cùm harum rerum cura maximè videatur cum agro frumentario habere communitatẽ, & quia interdũ quoque inarari solent, videtur hæc pars culturę adhuc explicanda. CONO. Equidem lubens hac quoque in re tibi, quantum in me erit, parebo. Ac verò quia de frumentario agro sermo habitus est, non incõgruè subijcitur pratorum disciciplina. Et quãquam Cato alicubi primas tribuit viti, Veteres tamen alij in agricolatione primas ferè concedunt pratis, nimirum quorum cura facilima quasi protinus parata nomen retinẽt, authoritate Varronis, & neq; laborem neque impensas desiderant nec deniq; tempestatibus affliguntur, sicut aliæ partes ruris nisi quod ea, quę in insulis & ripis fluuiorum sita inundentur aliquoties. Id incommodi compensat limus ex illuuie ingestus ipsa

Prata qua si parata.

ipsa prata exhilarans, certissimos redditus singulis annis præbens vel pascendo vel fœno euehendo. Pratorum apud nos & alijs quibusdam locis promiscuus est vsus, vt tam pascendis pecudibus, quàm fœnisecio destinentur, Et vicissim modo pascunt, modo fœno secundo seruantur, maximè ijs locis vbi solum durius ac sua sponte lætum & siccaneum est, neque nimio humore madens. Id pascuis malunt attribuere, vt iumentorum stercoratione lætificetur quod fœnisecio crebriore musco obductum & exoletum. Humidiora autem prata & rigua fœno sunt accommodatiora. Columella pratorum duo genera commemorat. quorum alterum siccaneum, alterum riguum. Læto pinguique campo non desiderari influentem riuum, meliusque haberi fœnum, quod suaptè natura succoso gignatur solo, quàm quod irrigatum aquis eliciatur. Quæ tamen sunt necessariæ, si macies terræ postulat: nam & in dēsa & resoluta humo quamuis exili, pratum fieri potest, si facultas adsit irrigandi. At nec campus concauæ positionis, nec collis præruptæ esse debet, ille, ne collectam diutius contineat aquam, hic ne statim præcipitem profundat. Proinde mediocriter, accliuis præstat si pinguis, aut mediocriter riguus sit: Maximè probatur pla-

Pratorum ratiò.

planities, quæ exiguè prona nõ patitur diutius imbres aut influentem aquam residere, aut si qua superueniat aqua, lentè prorepat. Quod si palus in aliqua parte subsidens restagnet, sulcis deriuanda est. Quippe & abundantia & penuria aquarum æquè obest pratis. Optimè conuenit si prata siccanea & exili loco è propinquo, vel riuo, vel stagno ductis incilibus irrigari, quoties libet, possint. Breuiter, cultus pratorum maiorem curam quàm laborem requirit. Primùm, ne stirpes aut spinas maiorisque incrementi herbas innasci patiamur atque alias veluti rubos, virgulta, iuncos per autumnum ante hyemem, alias per vér euellamus, vt intyba ac solstitiales spinas atque carduos. Suem quoque non immittendam in prata quoniam rostro suffodiat, & cespities excitet. Neque pecora maiora, nisi cum siccum solum est, Quod vngulis conculcant & demergunt gramina, atq; herbarum radices atterunt, nec sinunt serpere ac condensari. Macriora & pendula loca hybernis mensibus maximè Februario luna crescente simo uuanda sunt, omnesque lapides, & si qua obiacent falsibus obnoxia colligi debent, ic longius exportari, summittique pro natura locorum aut temporius aut serius. unt etiam quædam prata situ vetustatis obdu-

Muſcus qua arte necatur.

obducta veteri vel craſſo muſco, quib. mederi ſolent agricolæ ſeminibus de tabulato ſuperiectis. Vel ingeſto ſtercore maximè columbino: Nihil tamen æquæ proderit, quã ſi cinerem ſæpiùs ingeras, ea enim res muſcum enecat. Attamen ſegniora ſnnt iſta remedia, certiora autem ſolũ de integro exarare: ſiquidem ager poſt longam deſidiam lętas affert ſegetes. Verùm vbi exaratus fuerit ſeri⁹, vel paſcuis vel fœniſccio vtilis. Vix enim intra triennium aut quadriennium ad priſtinam graminis fœcunditatem redit. Proſciſſum autem ſi rurſum paſcere velis, auenam ſerito, ſolumque crate inducta benè coæquato, grumos diſsipato, ſunt etiam ex pratis lapides eijciendi necubi fœniſecę ferramentũ poſsit offendi, auena enim herbarũ plurimũ creat. Aliqui fœniſemẽ vel florem è fœnilibus atque ex præſepib. dilapſum ſpargunt prius quàm cratiantur. Sunt qui ſeneſcentibus pratis fabam ſerant, vel rapum, vel milium. Et ſequenti anno frumentum, ac tertio anno rurſum in prata relinquant. Cauere oportet ne reſolutæ humo riuos inducas, antequam conſpiſſatum ſolum ſit, quoniam impetus aquarum proluit terram nudatisque radicibus non patitur herbas coaleſcere, propter quòd nec pecora immittẽda: altero tamen anno mino-

ra tollerari poterunt post sœnisecia, si modò siccitas & conditio loci patiatur. Tertio autem anno poterit & maiora pecora recipere. Quod si cliuosus locus macrior & poterit superior stercorari mense, vt dixi, Februario immistis seminibus fœni, editior enim cliuus præbet etiam subiectis alimentum, vel imbre vel manu deductis riuulis deducentibus ad inferiora, vt suprà de stercoratione frumentariorum agrorum admonuimus. Porrò si nouella instituere libeat, & loci deligendi est facultas, eum obseruabimus qui pinguis, roscidus, planus vel leniter inclinatus, vel huiusmodi vallem designemus, vbi humor nec statim præcipitari cogitur, nec diutius immorari. Nec luxuriosa pabula semper sunt pinguis soli indicia. Nam quid, inquit Plinius, laudatius Germaniæ pabulis, & tamen statim subest arena tenui cespitum corio. Nec semper aquuosa est terra cui proceritas herbarum, Nam & Heluetiarum alpes fœcunda præbent iumentis pabula: Eximia pascua Danubij ripæ præbent in Pannonia. Et Rheni maximè circa ostia in Batauis, item Frisiæ ac Flandriæ. Cæsar Vospicus campos Rosciæ dixit sumem Italiæ in quibus perticas pridiè relictas gramẽ operiret. Poterit & soluto & gracili loco pratũ instituí

Prata nouellla quo modo facienda.

si rigari queat. Extirpandus igitur ager à Septembri aut Octobri, liberandusque impedimentis omnibus atque herbis lætioribus ac virgultis. Deinde cùm frequenter excitatus & multa aratione resolutus, submotis lapidibus & glebis vbique confractis stercoretur luna crescente recenti letamine. Ab vngulis pecudum seruetur intactus, & cætera obseruentur quæ supra commemorata. Repurgetur & à stirpibus inutilibus & noxijs, ac si quid aliud sit quod pascuas herbas impediat. Tumuli quoque terræ talparum cuniculis egestæ, excrementorúmue aut equinorum aut bouinorum, ligone disijcian tur, quæ si relinquantur, formicis alijsq; noxijs animalibus latebras pariunt, vel inutilium herbarum cespites gignunt. Prata per brumam, maximè autẽ iam Martio, appropinquante locis temperatis custodienda, & à pecore vindicanda, purgandaque: si macra sparso letamine saturentur, quod eijciendum est luna crescente, nam quantò recentius, tantò plus nutriẽdis valebit. Quod à superiori parte fundetur, vt succus eius per totum elabi possit. Herbam optimã vel pascuis vel fœno producendo, trifolij, proximam graminis, pessimam minmuli, vt Plinius existimat, & equisetis atque fruticum crassiorũ. RIG. Quonã indicio exploratur fœ-

Herba optima.

fœnum maturum, & quando secandum? *Secãdi fœni tẽpora.*
CONO. Secandi tempus, cùm spica deflorescere cœperit atque roborari, secandumque antequam exaresçat. Cato fœnum, inquit, ne serò seces, priusquam semen maturũ est, secato: demetitur optimè antequam inaresçat, nam & largius percipitur, & meliorem cibum pecudibus præbet. Quidam pridiè rigant, vbi sunt rigua. Noctibus roscidis melius secari aiunt. RIGO. Secandi ne fœni eadem ratio, quæ segetis? CONO. Magna ex parte eadem: Alij falcibus breuibus dextra & vna manu secãt, nos verò maioribus falcibus vtimur vtraq; manu secantes, quemadmodum & superius diximus arenam & segetes quasdam rariori culmo resecari falcis aciem vel cotibus vel assulis arena imbutis excitant. Reciſum fœnum ad solem vertere diligẽter oportet, & non nisi siccum in aceruos cõponi. Quod si pluuia infusum fuerit fœnum, conuerti non debet antequã pars eorum summa siccata sit. Est autem modus in siccando, vt neque perarium, neque rursus viride colligatur, alterum quod omnem succum si amisit, stramenti vice sit, alterum, si nimis viride neque satis exiccatum in metas aut in fœnile mittatur, putresçit, atque sæpè incalescens vapor flammam creat & incendium. Quod si *Fœni parãdi ratio.*

iam recens refectum fœnum imber occupat, id si non moueatur, non tam citò perit, semel autem euersum subinde oportebit mouere, alioqui corrumpitur. Proinde superiorem partem patiemur sole aut vento benè perflari, atq; exiccari antequam conuertatur, siccatum autem coartabimus in striam, & ita in manipulos colligatur. Certè quod siccatum in metas extrui conueniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui: sic enim commodissimè fœnum defenditur à pluuijs. Quæ etiam si non sint, non alienum tamen est prædictas metas facere, vt si quis humor herbis ineſt, exudet atque excoquatur in aceruis. Quapropter prudentes agricolę quamuis iam illatum tecto non antè componunt quã per paucos dies tenuere congestum, vt in se cõcoqui & deferuescere patiantur. Metitur autem plurimum bis fœnum quotannis, Maio vel Iunio & Autumno, Vernum fœnum præstantius ducitur. Desectum vere rursum rigari prata debent, si detur humoris facultas, vt rursum metatur autumnale fœnum quod Cordum appellatur. In Vmbria quater secari proditum, etiam non rigua prata. Plerisque alijs locis ter, Medicam sexies per annum metere licebit probè curatam: A fœnisecis hęc secatur melius cùm incipit florere, nam

Cordum.

in

in semen matureſcere prohibendum, ſiccataque digeritur in faſces, qui ad trimatum ſeruantur magno rei pecuariæ compendio. Sed quia de medica ſuperius diſſeruimus, nihil attinet ſemel dicta repetere. RIGO. Ampliſsimam diſciplinam commemoras agriculturæ, quæ profectò ſedulitatem aſsiduamque diligentiam poſtulat. CONO. Diligentiam & labores poſtulat, interim operam & impenſam non ſine fœnore compenſat, cuius rei exemplum Plinius refert, C. Creſinum, cùm in paruo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quàm vicini ex ampliſsimis, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficijs. Quare à Curuli Sp. Albino in ius vocatus metuens damnationem cùm in ſuffragium iri oporteret, Inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit: adduxit quoque filiam validam & ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturos, dicēs: Veneficia mea hęc ſunt, Nec poſſum oſtendere aut in forum adducere labores & vigilias ac ſudores, Omnium ſententijs eſt abſolutus: Sed nimis te longa narratione cōtineo circa rem meā ruſticam, domum repetere tempus nos iubet. RIGO. Placet, ſi vnum impetrauero, quod vbi veluti coronidem adieceris,

Diligentia ruſticæ exemplum. Creſimi Furij agricolæ diligentia.

Agri mercandi cautio.

amplius molestus non ero. CONO. Quid istuc quæso? RIGO. Agrum aut villam si quis mercari aut locare velit, quid huic obseruandũ maximè sit: nam te existimo haud dubiè eius rei obseruationes tenere. CONO. Ischomachus apud Xenophontem refert à patre se edoctũ, ne vsquam agrum emeret splendidè & benè cultum, sed qui ob domini vel inertiam vel inopiam inculcus neglectusque esset, & tamen melius coli posse videretur. Sicut equum macilẽtum potius quàm nitidum emere conuenit, si modò senecta non sit grauis, & cætera adsint boni equi signa. Benè cultus ager magno vænit & exigui fructus est. Quare similem voluptatem non afferet, nec vtilitatem atque ille in quo spes est, vt cultus melior reddatur. Cato in agro mercando duo præcipua inspiciẽda suadet, alterum loci vbertatem, alterum salubritatem cœli, quorum alterum si desit ac nihilo minus emere quis aut incolere velit, hunc insanire ille iudicat, atque ad agnatos & gentiles deducendum, de vtroque nonnihil antè attigimus: neminem enim sanæ mẽtis sumptum facere debere in cultura sterilis agri, nec rursus in pestilenti quantumuis feracissimo agro ad fructus peruenire dominũ: Vbi enim cũ orco ratio ponenda, ibi non modò perceptionem

Cum orcoratioñ non ponẽdam.

nem fructuũ, ſed & vitam eſſe dubiam, vel potius mortem quæſtu certiorem. Poſt hęc duo principalia, vt teſtatur Columella, ſubiungebat, Cato nó minus hæc tria, quæ ſequuntur intuenda, viam, aquam, & vicinitatem. Multum agris cõferre iter cõmodum, primũ quod aduẽturum ſubinde dominũ nõ deterreat, deinde ad vehenda & exportanda vtẽſilia non impeditũ, quę res frugib. perceptis auget precium, & minuit impenſas. De aqua quis dubitet? ſine qua nemo noſtrûm vel proſperæ vel aduerſæ valetudinis vitã proroget. Vicini rationem maximam haberi voluit, Heſiodus, inquit, πῆμα κακος γειτὼν. Quapropter pleroſque ſcio vicini tædio optima prędia atque adeò χρύσεια χαλκείων permutaſſe, quod vel furaces vel abigeos & contentioſos nacti vicinos & qui pecora iumentaque negligẽtius paſci, ſegetes & vicina paſcua violari, vineas vaſtari ſinerent, ſyluas vicinas ſuccidcrent, diriperent & furarentur vicini facultates, vel de finibus rixantes, vt nuſquam ab illorum iniuria tuti eſſe poſſent: Aut Cacum, Pyrgopolynicen, aut Centaurum ſortiti, qui nullum non iniurię genus inferre prætermitteret impunè: M. Portius huiuſmodi peſtes in vicinitate vitãdas cenſuit. Ego certè in hoc fortunatus quod bonos vicinos habeam à

Iter.

Aquæ ratio.

Vicini ratio.

quibus nihil metuam. RIGO. Tu ea es auctoritate, vt nec audeant. CONO. Hos tamen quoniam sæpè vel mors vel alij casus mutant, non adeò est hac in parte ager, si cætera adsint, vitandus, nisi vel situs sit in diuersarum ditionum confinibus, aut hostium incursibus obnoxius. Sunt etiam qui viarum rationem vel fluminis vel magni alicuius oppidi propinquitate agrum commendent quibus fructus agri minimis impensis ad forũ deportari at distrahi queant. Quare veteres etiam ad militarem viam villam poni noluerunt, ne prętercuntium populationibus, & diuertentium hospitum incommodo res familiaris infestaretur, vt suprà de villæ positione dictum. In locando verò animaduertenda, quæ superius de villico & operis diximus, vt in vniuersum ijs agrum committat, de quorum industria, labore & probitate constet: Deinde, vt auarius opus exigat quàm pensionem, Quoniã & minus id offendit, & tamẽ omninò plus proderit; Nam vbi sedulò colitur ager, plerunque compendium, nunquam verò detrimentum percipitur, nisi cœli maior vis, quàm Iurisconſ. negat colono damnosam esse debere, aut prædonum hostiumque incursus incesit, coque remissionem petere colonus non audeat.

Via villæ.

Locandi ratio.

Opus auarius quàm pensionem exigẽdum à colono.

Sed

Sed nec dominus in vnaquaque re cui colonum obligauerit tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum aut lignis & cæteris paruis accessionibus exigendis, quarum cura maiorem molestiam quàm impensam rusticis affert, vt Columella docet. Nec sanè est vindicandum nobis quidquid licet: nam summum ius summa sæpè iniuria. Nec rursus in totum remittendum, quoniam vel optima nomina non appellando fiunt deteriora. Atqui pensionem annuam semper si colonus negligat sua sponte persoluere, proderit exigere, neque in summam excrescere: ea enim res & colonos negligentiores reddit, & sæpè perdit. Non etiam facilè mutandos veteres colonos, cum quod fundi naturã teneãt melius quam noui, tum propter merita. L. Volusiũ dixisse ferunt, eum fœliciſsimum fundum patris familias esse, qui colonos indigenas haberet, & tanquam in paterna possessione natos, eosque iam inde ab incunabulis longa familiaritate retinendos. Ita res sanè est noxia frequens colonorũ mutatio. Quapropter eam consuetudinem non improbo, quod ad vitam coloni eiusque vxoris, aut etiam alicuius hæredis elocetur prædiũ certa pensione annua persoluẽda, ita vt ipse colonus quandiu pensionem præscriptam per-

Colonorũ ratio.

Optima nomina nõ appellãdo deteriora fieri.

Colonorũ mutatio noxia.

L. Volusii dictum.

persoluerit ac fundũ cum ædificijs sartum tectum præstiterit, amoueri non possit: siquidem hac ratione coloni inuitantur ad fundum diligentius colendum & ædificia instauranda, ac denique prædia non aliter ac propria curanda, sæpè etiam sua patrimonia in ea impendentes. Maximè autem hæc ratio conuenit elocãdi, vbi fundus eluuioni fluminis maris, aut alterius periculo expositus, vt colonus omne periculum sustinere cogatur. Præstat hic quoq;, vt elocetur opulentiori alicui quàm inopi, qui iacturam ac periculum tolerare nõ queat, nec prædium sartum tectum præstans pensione non soluta solum vertat. In ijs autem locis, ad quæ est facilis domini excursus, poterit suos ministros aut colonum partiarium colere. Vbi verò longius disita prædia, hic præstiterit certa pensione locare concessionibus antè dictis: nã si procul disita per proprios seruos colas, ij negligentius pecora pascũt, nec industriè terram vertunt, neque à furibus custodiunt, sed ipsi potius diripiunt lõgeque plus seminis & impensarum imputant, quam opus sit. Nec denique cætera recte diligenterque satis curant. In locando stipulari solet, ne materiam sine domini cõsensu cędat colonus: Neue pascuum agrum in seminarium vertat, quantum agri hyber-

Stipulationes in locãdo fundo.

hernis, quantum æstiuis frumentis, quantum pabulo, quantum denique intermittendum & stercorandum. Habes iam omnia prope nostræ disciplinæ & præcepta & obseruationes. RIGO. Magna me certè voluptate affeciſti agri tui seminarij simul & pascui explicatione.

Finis libri primi.

LIBER SECVNDVS DE HORTIS ATQVE PLANTIS.

PRopter affinitatē plantarum cum frugibus, & quia eadem propè cura, appositè post primum librum de frugibus, sequens hic hortensibus plātisque curandis destinatur liber. Virgilius hanc partem de hortorum cultura prætermisit, Alij tamen aliquot & veterum & recentiorum non indiligenter, sed sparsim tamen & confusè hoc argumentum tractarunt. Quorum sententias simul & nostras obseruationes huic libro inserere placuit. Porrò cùm sit plurimus & antiquissimus hortorum colendorum vsus. Noë vitem plantauit, Genes. 9. Abraham arbores, Genes. 21. Et Homerus Laërtem senem scribat horti sui cura absentis filij tædium fallere solitum. Xenophon Cyrum tantum regem sua manu arbores conseuisse, atque in quincuncem redegisse, paradisosque celebratos tradit. Q. Curtius Abdolominum commemorat ex hortulano ob egregiam virtutem in regem Sidoniorū prouectum. Neque abs re huius disciplinæ cura habita, quod non ad voluptatem solùm spectet,

Hortorum cultura vetustißima.

Ve-

Verũ etiam ad vtilitatẽ rei familiaris augendę,& quo victus quotidiani sumptus leniri liceat, aduenientiq̃; domino inemptas dapes ruris ministret. Ac verò cũ parcior esset apud priscos frugalitas, Colu. teste, largior tamen pauperib. fuit epularũ vsus. lactis copia & domesticorũ pecorũ carne aqua frumentoq́; summis ac humilimis victum tolerantib. Mox cùm posteritas spendidioribus atq; longè petitis dapibus precia constitueret, cœnæq́; non naturalibus desiderijs, sed quod magno constarent, æstimari cœpissent, plebeia paupertas summota à preciosioribus cibis ad vulgares cõpellitur: Hinc horti coli cœpti, quibus pauperrimus quisque culinã instruere & quasi alteram succidiam proptã habere posset, Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu? Diligentes hinc æstimabantur agricolæ prisci, & sic statim faciebant iudiciũ nequã esse in domo matrẽfamilias, etenim hæc cura fœminæ dicebatur, vbi indiligens esset hortus, quippe è carnario aut macello viuendũ est, nec caules, vt nunc probabant, damnantes pulmentaria, quæ alio egerent pulmẽtario. Id erat oleo parcere: Nam carnis desideria etiam erant in exprobratione. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parcerentq́ue ligno expetita res & parata semper

Hortus altera succidia.

Hortus neglectus nequam malis indicium.

per

Acetaria. per, vnde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oratura sensum cibo & minimè accederent ad desiderium panis, pars eorum ad condimenta pertinens fatetur domi, vt eleganter tradit Plinius, versuram fieri solitam, atque non Indicum piper quęsitum quæq; trans maria petimus. Non me Lucrina iuuerint Conchilia, vt argutè Lyricus poëta canit. Quare, vt honos his adderetur, neque vtilitas rebus auctoritatem adimeret, cognomina procerum inde nata, Luctucinosq́; in Valeria familia non puduit appellari. Antiquitas plurimum admirata est hortos Hesperidum & regum Adonis & Alcinoi, quos pręcipuè Homerus celebrat. Item pensiles hortos, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecerit. Primus Epicurus traditur hortos in vrbe Athenis instituisse: vsque ad eum, moris non fuerat in oppidis rura haberi. Porrò cùm fortè Thrasybulus in negocijs principis sui ad Marium diuertisset atque ab eo in hortum quem elegantisimè instructum habebat, inter spirantium atque arridentium vndiq; herbarum areas pergulasq́; ductus: Quàm, inquit Thrasybulus, omnia blandiũtur hic, q̃ elegãter hunc tuũ paradisum vndecunq; omnibus voluptatum architecturis exornasti: Exedræ quoque cum vniuersa domo

Lactucinorum familia.

an

an periſtilijs intus ac foris elegantiſsimorũ florum arborumq́ue picturis exornatæ, vt vt nõ ſolum æſtate oculos in viuis floribus, verum etiam media bruma oculos paſcere, & in altero depictum florem cum viuo certantem in altero artificium naturæ, in vtroque Dei immenſam benignitatem contemplari liceat: Adde quòd ambulacra frondibus concamerata inambulantibus vmbram præbeant, & quoties pluuia ſuperuenit ad periſtitiorum tecta confugere poſsis. Imprimis autem limpidiſsimus riuulus hortum cingens gratiam amenitatemq́; præcipuam affert: Cui accedunt ſepes illæ viuæ ſimul & virore iucundæ & munitionis ratione non magna opera ab incurſu hominum pecudumq́ue defendentes. Taceò quàm artificioſè herbæ in ſuas claſſes diſtinctæ, vt holera & culinaria à voluptuarijs & medicis herbis, ſuis quæque areis ac reſupinis pului norum foris ſingulis tramitum ſulcis ambiantur, vt pomarium ab his omnibus cum ſeminario in quadrum redactum atque ſeiunctum, arbores ſcitiſsimè in quincunces ordines redactæ. In hac tanta amœnitate amabo te, mi Mari, de hortenſiũ philoſophia in qua te inſtructum eſſe declarat hic tuus amœniſsimꝰ hortus, nobis diſſerere ne graueris. Vtere humanitate ea, qua Syrus erga Ly-

Diſtinctio horti.

Lysandrum horti cui culturam explicans, visus. MAR. Age igitur quando tu sic iubes me quoque de mei horti disciplina garrientem audies, sed non tanta voluptate, quanta ego tibi de villa agroque tuo administrando auscultaui. TRAS. Imò cum maxima expectatione simul & voluptate. MAR. Age igitur consideamus paulisper in hoc topiario, mox iterum inambulabimus, quieturi quoties libet. Interim Iulia cœnam adornabit. Principiò, vt de villæ loco deligendo dictum, ita de horti sede auspicandum. Est autem hortorum varia ratio: nam alij ad villã collocantur, alij in suburbijs aut seorsum aut in vrbibus deligũtur, omnes conuenit domui esse propinquos si locus permittit, ita tamen, vt in villa areæ non subiaceant, quæ per trituram paleas aut puluerẽ venti in eũ perferãt. Et vel sterquilinio subiecti, vt eius succo sponte fœcundentur, ve loco præcipuè pingui, quique aduenient riuo, vel si non sit aqua fluens, fonte putea li possit irrigari. Felix positio cui leniter in clinata planities cursus aquæ fluentis pe spatia discreta deriuat: Riguos enim impri mis oportet esse hortos, si minus profluo ri uo, imprimendus est puteus, atque indide pertica organisq; pneumati vel tellenon hausturigandi, vt certam perennitatis pu

Horti locus.

Hortus riguus sit.

teu

teus habeat fidem, Columella tum demum effodiendum suadet, cùm sol vltimas partes Virginis obtinebit, hoc est, mense Septembri ante æquinoctium autumnale, siquidem tum maximè explorantur vires fõtium, cũ ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluuiali. Aut si hoc nequeas, piscina superius construenda, vt illinc aquas pluuia conferente, hortus per æstiuos rigetur ardores. Vbi neque natura loci, neque manu illatam, neque suæ spõtis aquam ministrari patitur, nullum quidem aliud remedium, quã hyemales pluuiæ: Si hac quoque facultate destituaris, semper altius tribus aut quatuor pedibus ad pastini similitudinem fodies hortulum, qui sic cultus negligat siccitates. Vbi copia rigandi, satis erit non alto bipalio, id est, minus quam duos pedes ferramẽto nouale conuerti. Illud obseruandum in hortis quos humoris natura non adiuuat, vt diuidas per partes, & hyeme ad meridiem, æstate ad Septentrionem spacia colenda conuertantur. In loco horti sicut & in agro deligẽdo animaduertendum, ne bonum naturalis fœcunditatis colẽtium inertia deprauarit. Aquarum discrimen habendum. Vtilissimas frigidissimas Plinius censet, quæq; potu suauissimæ. Minus vtiles è stagno & quas elices inducunt

Putei fodiendi ratio.

Hortus aqua destitutus quo pacto fodiendus.

cunt quoniam herbarum ſemina inuehũt, Prę cipuè tamen imbres alere, nã & beſtiolas innaſcẽtes necari Plin. tradit. At quibuſdam ſalſæ aquæ cõueniũt, veluti raphano, betæ, rutæ, cunilæ, quibus ſalſam perhibẽt peculiarem eſſe medicinã, quæ & alioqui plurimum ſuauitati & fæcunditati conferant. Cæteris dulciũ aquarum rigua proſunt. Ac quoniã de regando dicere cœpimus, hoc loco adijciemus, non iam ardente ſole, ſed horas rigandi eſſe matutinam & veſperã, ne inferueſcat aqua ſole. Ocymo tantũ meridianã etiã conuenire rigationẽ. Satũ celerrimè erũpere putãt initiò feruenti aqua aſpersũ. Audiuiſti p̃cipuè horto inſtruendo aquã requirendã qua irrigetur.

Hortuli quando rigandi.

Sepimenta hortorum.

Secundũ vt muniatur ab iniuria vel hominum petulãtiũ ac furaciũ, vel beſtiarũ, ne & herbis & plantis, atque adeò fructib. inſidiantes & voluptatẽ & laborẽ interturbẽt ac fruſtrẽtur: Siue enim pecora p̃rodant, ſiue hominũ manu cõtrectentur ſæpius, ſeminũ & plantarũ incrementum remoratur. Conuenit igitur hortũ habere clausũ. Munitionis varia ſunt genera, alij luto inter formas clauſo parietes figuratos ex lateribus imitantur: alij macerias ex luto & lapide excitant: nonnulli ſaxis in ordinem congeſtis aut ordine diſpoſitis ſepiũt: Quib. aquę co-

pi-

pia fossis præcingunt. Id genus vitandum Palladius putat, quod horto humorẽ subducere credatur, nisi paluſtris locus colatur: Alij ſpinarũ plantas & ſemina in munitionẽ diſponunt: Sunt qui delutatis parietibus hortos cingant. eorũq; faſtigia ſtramẽtis vel myrica contegant. Varro quatuor recenſet ſepimentorum genera, vnum naturale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile, quorum vnumquodque ſpecies habet cõplures. Primũ naturale, qđ obſeri ſolet virgultis aut ſpinis, quod habet radices viuæ ſepis, ac viatoris laſciui prætereuntis, nõ metuit facẽ ardentẽ: ſecunda ex agreſti ligno, ſed non viuo, fit aut palis ſtatutis crebris ac virgultis implicatis aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longurijs ferè binis aut ternis, quę ſtructilis & agreſtis ſepes à quibuſdã vocatur & agreſte ſepimẽtũ: aut ex arboribus trũcis demiſſis & in terrã deinceps conſtitutis. Tertium militare ſepimẽtũ, eſt foſſa & terreus ager, ſed foſſa ita idonea fiat, vt omnẽ aquã quæ de cęlo venit, recipere poſsit, aut faſtigiũ habeat, vt exeat è fundo. Aggeris, q intrinſecus fit iunctus foſſę, ita arduus ſit, vt eũ tranſcẽdere nõ ſit facilè. Hoc genꝰ ſepis ſecũdũ vias publicas fieri et ſecũdũ amnes, ne flumina agris noceãt. De his aliâs dabit copioſiꝰ dicendi

Structilis ſepes.

cēdi locus. Quartū fabrile notisimū est maceria. Huius quatuor genera esse, aut em̄ ex laipdibus aut laterib. coctilibus, aut laterib. crudis fit, aut deniq; è terra & lapillis cōpositis in formis. Columella vetustissimos secut⁹ auctores viuā sepē structili p̄tulit, quia non solùm minorem impensam desideraret, verùm etiam diuturnior immensis temporibus permaneret. Eam ad hanc rationē spinis cōsitis conficere docet. Locus quem sepire destinaueris ab æquinoctio autūnali simul atque terra maduerit imbribus, circumuallandus duobus sulcis tripedaneo spacio distantibus altitudine ac latitudine bipedanea, eos vacuos perhyemare patiemur præparatis seminibus quibus obseranatur, ea sint vastissimarū, maximè rubi & paliuri, & eius quam Græci κυνόσβατον, nos sentes caninas appellamus. Horum semina quàm maturissima eligere oportet, & erui molliti farinæ immescere, Quæ cùm est aqua conspersa, illinitur vel nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet alijs restibus. siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato. Mox vbi bruma confecta, intermissis quadraginta dieb. circa hyrundinis aduentum, si qua in sulcis per hyemem constiti aqua exhauritur, resolutaque humus, quæ erat autumno regesta vsque ad mediam sulco.

Viua sepes structili præfertur.

ſulcorum altitudinem reponitur, prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per vtrunque ſulcum porrecti obruuntur, ſed ita vt non nimium ſupergeſta terra ſemina ſpinarum quæ inhærent foris funicolorũ enaſci poſſint. Ea circa trigeſimum ferè diem prorepunt, atque vbi cœperunt incrementum habere, ſic inſueſci debent, vt in id ſpaciũ, quod ſulcis interiacet, inclinetur. Oportet virgiam ſepem interponere, quam ſuperſcendant ſentes vtriuſque ſulci, & ſit quo interdum quaſi adminiculo, priuſquã corroborentur, acquieſcant. Atqui nos alia ratione magisque expedita vtimur, qua tu inter primos in hiſce regionibus. vſus, pluri-mique imitati ſunt. Siquidem foſſam quandam & ipſi facimus, ſpinarumque plantas nouellas in ſyluis collectas, putatasque capitibus in marginem foſſæ defigimus, ita vt ſemipede terra extent, euulſis circumquaque herbis ac priori maximè æſtate ab omni herbarum ſtirpiumque propagine ſuccum ipſis ſpinis ſuffurante liberamus, terramque circa radices ſic repurgatam ſtramine vndique contegimus, quo ſimul & ros nocturnus in radices demittatur, & ab æſtu ſolis ipſę plantæ vindicentur. Poſtero anno ſulciméta cũ virgulis veluti longurijs ad pa-

Alia ratio viuæ ſepis faciẽdæ re centior & expeditior.

los defieis adhibemus, quib. ſpinarũ virgæ & ſurſũ & tranſuerſum, vti eas adoleſcere velis, lẽtis viminib. alligentur, ac veluti iugis quotãnis ſublatis altius, ſpinę in eã quam velis ſepis ꝓceritatem erigãtur. Octonũ aut ad ſummũ nouenũ pedũ altitudo ſufficiet, & qdquid ſupra erũpit, in dextrã & ſiniſtrã ſepis deflectatur planiciem, quo difficilius tranſcendi queat. Cùm ad eũ modũ abſoluerimus, quotannis vincienda, omnisq; raritas maximè ab inferiori parte ductis ex tranſuerſo brachijs cõplẽda. Ita cõtexta annuis vinculis, ſic denſeſcet, vt ne auicula trã ſire, aut perſpicere quis poſsit. Vbi ſatis fruticoſa & denſa, ſuperflua quotannis reſecãda ſunt. Hãc ſepem interimi nõ poſſe cõpertum, niſi radicitus effodiatur, ac ne ignis iniuriã reformidare, quin etiã melius renaſci nemini dubiũ. Atq; hęc ratio hortos claudẽdi & iucũdiſsima & vtiliſsima, minimiq; sũptus. THRA. Eſt & alia, qua ruſtici noſtri vtuntur ſepis viuæ inſtruendæ ratio, q̃ paulò eſt robuſtior, Nẽpe vt cõſitis nouellis ſpinis, vti dictũ, et vbi robuſtiores factę, caudex ad terrã vulneratur, ſuiq; ſurculi vulnerati ac ſemifracti ſecũda ſepe atq; in lõgitudinem ad terrã deprimũtur. Ex his vulnerib. alij ſurculi erumpũt, q̃ vbi adiuſtum robur excreuerunt, ad eundẽ modum flectuntur, idq; dein-

Sepimenti alius modus.

deinceps tantisper, dum sepes ad necessariam altitudinem eleuetur. Hic modus robustissimam sepem reddit, vt neque sus aut alia bestia perrumpere possit, etsi prior est elegantior: At si spinæ non suppetant, nũ & seminaria procurari possint?. MAR. Maximè. Seminarium sic facito. Semina terræ admixta primo anno in scrobibus vel vase conseruato, eaque sequenti anno serito nõ rarè sed densius, & mox erumpet plantarum copiosa sylua. THRAS. Sed de aqua & sepimento duabus rebus præcipuis ad hortum instituendum pulchrè dixisti, iam restat de terra horto accommoda, deq; ea colenda disseras. MAR. De terræ generibus ijsque agnoscendis, quia superiori narratione, vbi de terra frumento serendo idonea abunde dictum, non arbitror operepretium eam hic repetere. Satis fuerit hic addere terram neque nimis pinguem, neque macram nimis, sed pinguem & resolutam, & quæ graciles herbas generat pilorum instar, hæc laboris minimum poscit, spissa atque pinguis laborem flagitat maiorem, sed tamen hunc compensat vbertate: Spissa autem & macra atque frigida in primis fugienda. Id canit Columella hortis agrum tribuens pinguem.

Terra hortis idonea.

Putres glebas resolutaq; terga,
Qui gerit, & fossus graciles imitatur arenas,
Atque habilis naturæ soli, quæ gramine læto,
Parturit, ac rutilas ebuli creat vuida baccas.
Nam neq; sicca placet, nec quæ stagnata palude,
Perpetitur querulæ semper conuitia ranæ.
Tum quæ sponte sua frondosas educat vlmos,
Palmitibusq; feris lætatur, & aspera syluis,
Achrados aut pruni lapidosis obruta pomis,
Gaudet, & iniussi consternitur vbere mali,
Sed negat helleboros, & noxia galbana succo,
Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat.

In hortorũ locis deligẽdis considerãda.

Atque hęc de terra horti quòd vt diximus, irriguus sit, aut irrigari possit ager horti. Et vel macerie vel sepe viua, vel alio sepimento tutus atque clausus. Deinde aeris cœliq; benignitatem & soli atq; loci teporem postulat, nam in solo nimium frigido cęli clementia parum proficiet. Et contrà si solum sabulo nimis adustum, cœlum quoq; minimum proderit. A ventis noxijs auertendi horti, veluti aridi & ardentes venti, pruinę, nebulæ. Iam age cultus hortorum aggrediamur. Ac primum curãdum, vt ager quẽ vere cõseri velis, autumno circa Cal. Octobris pastinetur: Et quẽ velimus autumno instituere, mẽse Maio cõuertemus, vt aut hyemis frigoribus, aut ęstiuis solibus & gleba soluatur, & radices herbarũ necentur. Nec

Cælũ horti

Ventorũ in hortis ratio

Cultura hortorum.

multò

multò antè ſtercorare debemus. Et cum ſa
tiõis tempus appropinquat ante quintum
diem exherbãdus erit locus, ſtercorandus-
q́ue, & ita diligenter foſsione iterandus, vt
ſimo terra cõmiſceatur. Quare partes hor-
ti ſic diuidendæ, vt eæ, in quibus autumno
ſeminabitur, verno tempore paſtinentur,
quas ſeminib. vere complebimus, autumni
tempore fodiemus. Ita vtraque paſtinatio
decoquitur beneficio algoris aut ſolis. A-
reæ faciendæ ſunt anguſtiores, & longæ, *Area.*
nempe duodecim pedum longitudine, &
ſex latitudine, vt ſint propter ſpacia vtrinq;
purganda diuiſæ. Margines verò earum lo
cis humidis & irriguis duobus pedibus e-
rigantur, ſiccis vno extuliſſe ſufficiet. Inter
areas ſi humor conſueuit effluere, ſpacia al
tiora ipſis areis eſſe debebũt, vt facilius in-
grediatur areã humor admiſſus, & vbi ſitiẽ
tẽ ſaturauerit in alias poſsit recluſus auerti.
De ſtercorum fimiq́; generib. antè quoq; *De ſtercorãdo paſtinando q̃ horto.*
cõmemoratis dicere ſuperſedeo. Addẽs ad
hunc vſum ſtercus aſininũ cum primis ido
neũ, quia minimũ herbarũ creat. Proximũ
armmenti vel ouium ſi ſit anno maceratũ.
Solũ igitur, quod conſerere vere decretũ,
vt diximus, poſt autumnum patiemur iace
re effoſſum, frigoribus & pruinis inuren-
dũ. Quippe è contrario ſicut calor ęſtatis,

ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamque soluit. Quare peracta bruma tum demum stercus inijcitur, & circa Idus Ianuarij humus refossa in areas diuidet, primum aũt euellendæ inutiles herbæ, deinde macris cespitibus cingendę areę, malleisq; retundendæ, & gramina calcanda, vt vix appareant, sic tenuiter erumpent instar pilorũ, vt ante diximus, & grata erunt aspectui, hortosq; vt hic vides, sic speciosè si odoratas, coronales, medicas herbas olera suis quibusq; sedibus ac puluinis seiungas, quæ tamen sic informandæ sunt, vt facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum proueniant, ne qui persequuntur herbas, semina proculcare cogantur, sed potius per semitas ingrediantur, & alterna vice dimidias areas eruncent. Hæc quæ ante sationem veluti præparatoria facienda dixisse sat est. Nũc de satione & quid quoq; tempore serendum vel colendũ dicetur. De singulis herbis atq; plantis infinitum fuerit disserere, solũ de præcipuis hortensium plantis, magisque necessarijs dicetur. Ac primũ quidẽ vt diximus hortensium alia inter olera referenda & gulæ, alia voluptati aspectus, alia odoris ac spiramẽtis gratia, alia medico vsui destinantur: Et rursus alia hyberna, alia æstiua, alia media, inter

NB.
De satione hortensiũ.

Plantarũ distinctio.

ter æstiuas & hybernas relata. Prima igitur sementis post brumam sit mensibus, Martio Aprili, Maio quo brassicam ridiculam, rapum & postea betam, lactucam, runicem, sinapi, coriandrum, anethum nasturtium conserere consueuimus. Secundam sementem post æstiuum solstitium incunte Octobre, quo porrum defigitur, apiũ, githeum, atriplex. Tertiam, quam æstiuam vocant ab Ianuario quibusdam locis Olitores auspicantur, qua cucumis cucurbita, blitum, ocymum, portulaca, satureia panguntur. Multa tamen inter has sementes rectè possunt terræ mandari, & nihilominus cõprahendent. Hortensia omnia ante solstitium ferè semina ferunt. Quare quæ semina ferre nolis post solstitiũ serenda. Et quædã seruntur duob. temporib. autũno & vere: quædã etiã sæpius, vt sunt lactuca, brassica, eruca, radices, nasturtiũ, coriãdri, cerephillum, anethũ. Hęc em̃ vel circa Martium, vel circa septembrẽ serũtur, & vt Columella testatur, Proueniũt vel semine, vel auulsione, alia bulbo, alia caule, alia folio, alia radice, alia capite, alia vtrisq;, alia cortice, nõnulla cartilagine. Sunt quę carne, q̃ tunicis carnosis: Quędã semine & surculo, vt ruta, origanũ, ocymũ, p̃cedunt enim hoc cũ peruenit ad palmæ altitudinem: Quædã radice & semine

Semina q̃ ferant herbæ.

Varietas proueniẽdarũ plantarum.

Semine prouenientia.

mine vt cepa, alliũ, bulbi & capitata. Et quã quam omnia ferè semina prouenient, id tamen in ruta negant quidam, nam tardissimè coalescit. quare furculus potius pangitur.

Quæ radice.

Eorũ quæ radice nascuntur, radix diutura & fruticosa est, quare laterib. suis germina citat, & in plures sæpè digeretur, vt bulbi gethyi, scillæ.

Fruticantia.

Fruticant & alia nõ capite, vt apium & beta, siquidem radices fũdunt, quibus folia caulesq; prosiliant.

Secaulia.

Caule reciso omnia fere regerminant, exceptis quæ caulẽ seorsum habent ἀπόκαυλα Theophrasto vocata, hoc est, quę caule reciso nõ regerminãt, secaulia Gaza vertit. Raphanus & rapa detractis folijs cooperta terra crescunt, durantq; in æstatem. Aliorũ fructus in terra est, aliorum extra, aliorũ vtrobiq́ue Quædam iacent, crescuntq;, vt cucurbitæ. & cucumis. Eadem & pendẽt, quanquam grauiora multò etiam ijs quę arboribus gignuntur. Quædam sustentaculis ac fulcimentis indigent. vt altius tollantur, vt lupini, pisum, lupus salictarius. Seminum quædam recentiora maturius gignuntur, vt in porro, gethio, cucumere, cucurbita.

Seminum ratio.

Quãobrem quidam cucumis semen lacte aut aqua macerant, quò citius erumpat. Contra ex vetere celerius proueniunt apium, beta, nasturtiũ, cunila, origanũ, coriandrũ.

Pecu-

Peculiare in beta traditur quod non tota vno anno gignitur. sed aliquid sequente, & aliquid tertio, itaque ex copia seminis exigua pullulat. Plurimũ affert apricitas soli. In seminum ratione & hoc obseruandũ, ne vetustate sint exucca, aut ne sint admista, aut ne sint adulterina propter similitudinem, Semen vetus in quibusdam tantum valet, vt naturam commutet. Nam è semine brassicæ vetere nascitur rapa, & cõtrà è raporum brassica. Item ne semina vel citius vel tardius tollas, tempus nempe vere, autũno, & caniculę exortu idoneũ, vt Theop. scribit, neque omnibus locis tamen ac generib. idem. In hortu satorum celerrimè erumpunt ocymum, blitũ, napus, eruca, tertio enim die prodit, lactuca quarto, cucumis & cucurbita quinto, portulaca serior exit, anethũ quarto, nasturtiũ & sinapi quinto, beta æstate sexto, hyeme decimo aut duodecimo, porrũ decimo nono, nonnunquam vicesimo, contumacius coriandrũ, quod si nouũ sit omnino nasci recusat, nisi conuoluatur, cunila & origanũ post trigesimũ diem exiliũt: omniũ difficilimè apiũ, quadragesimo enim die, vel quam celerrimè quinquagesimo maiore ex parte solet emergere. Est tamen aduertendum, quod magni refert, si sementi serenitas aut tem-

Quæ celerè us tardiùs ue erumpunt.

Cœli status cõsiderandus.

temporis inclementia succedat: nam maturius fauente cœlo proueniunt, vt tepentib. locis & apricis aut illustratis sole. Quædam anno tantum suo pariunt, quædam sæpius, & in bimatu, sicut apium, porrum, gethiũ, quæ semel sata pluribus annis restibili fertilitate proueniũt. Quę annua solùm vita cõtentæ sunt herbæ, statim vt semen perfectũ est, exarescunt. Amisso caule fruticant porrum, gethium, cepe, allium, & in vniuersum omnes, quæ in laterib. surculos creant, atq; hæ omnes fimum aquamq; desiderãt. In seminibus mittendis etiam lunæ rationẽ habendam putant quidam, & augescente nõ decrescente luna serendum plantãdumq;: Alij à quarta ipsius die vsq; ad decimã octauam plantationi idoneum tempus existimant: Alij à tertia luna, alij à decima vsque vigesimam. Certissimum autem arbitrantur, si luna super terram existat. THRAS. Sed age iam edisseras nobis de celebriorũ herbarũ & hortensiũ cultura aliquid. MAR. Sunt qui per menses operas hortenses partiantur, sicut alias res rusticas. THRA. Perinde est, siue per menses, seu vtcunq; ordine videmus dispositas in hoc tuo horto cultus rationem explices. Nam in regionibus tepidioribus etiam per hyemem culturas non intermittunt, hîc nobis nostræ regionis

Annua.

Regerminantia.

Lunaratio.

gionis obſeruanda culturæ ratio. MAR. In hiſce regionibus ad finem Februarij cœlo clemẽtiore hortenſium cura inchoatur. Iã igitur horti ſtercoratiõe, foſsione, ſarritiõe atque purgatione præparandi, Aſparagus & ruta panguntur. THRA. Cedò de Aſparago, deque communioribus oleribus ſingulatim quædam nobis, pòſt de voluptuarijs ac medicis commemorato. MAR. Aſparagus olim ſilueſtris, iam altilis celebratur, Græcis ἀσπάραγος, Italica, Gallica lingua ferè nomẽ retinet, illi enim aſparago, hi aſperge vocant, Germani ſparages ac ſpiritus alicubi appellant, ſic dictus, quòd ſpõte proſiliat, nam illi ſatiuos aſparagos ignorabãt. Alij dictum putant, quòd in virgultis aſperis naſcatur, atque ipſi ſcapi aſperi non leues, quibus aculei pro folijs. Quinetiam omnia olera cùm primùm erumpunt aſparagos dixêre: Sunt qui Corrudam appellant, quòd facilè corruat ac decidat. Bifariam ſeritur, ſemine videlicet & ſpongia. Semine ita vt quantum tres digiti comprehendunt ſingulis foſſulis deponas, vt bina ternáue grana ſemipedis ſpacio mergantur ſolo pingui ſubactoq; mẽſe Februario, locꝰ ſtercore cõtegetur. Herbæ internaſcentes ſubinde vellantur, poſt quadrageſimum diẽ ferè inter ſe implicantur, & quaſi

Tẽpus cultura inchoandæ.

De olerib.

Aſparagus.

Corruda.

& quasi in vnum coêunt: Radix connexa capillamentis coalescit, quæ spongia vocatur. In locis ferè siccis sulcorũ imis partib⁹ ponẽda sunt semina fimo macerata. In vliginosis cõtrà in summo porcæ dorso collo canda, ne humore nimio lædantur. Primo deinde anno cùm ita consita sunt, asparagum quem emiserint, infringi oportet: Nã si ab imo vellas, adhuc teneriusculis radicibus, tota spõgiosa sequitur, quæ per biennium in seminario suo est stercore & assidua runcatione fouẽda. Reliquis annis nõ est decerpendus, sed radicitus vellendus, vt oculos suæ germinationis aperiat, quod ni si fiat, stirpes præfractę oculos spongiarum excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Reseruabis eum, de quo sumpturus es semina. Posteà scopas & scorpiones incendio consumes, circa hyemem spongijs adijcies stercus & cinerem. Seruntur & spongijs, quas post bienniũ in locũ apricum & benè stercoratum transferri conuenit. Sulci inter se pedali distantes mensura fiunt, non amplius dodrãtalis alitudinis, hoc est duodecim digitorũ, in quã ita spongiolæ deprimũtur, vt facilè superposita terra germiuent: Sed Vere priusquam emergere cœperint, bicorni ferramento terra commouẽda, vt & facilius emicet, & relaxata humo ple-

mo plenioris crassitudinis fiat radix. Sarriri iubet Cato, sed ita ne radices lædantur aut conculcentur, ex eo velli asparagum à radice: nam si defringatur, stirpescit, & intermoritur, sed vsque licebit, dum in semen videris ire. Quo anno teneris substramentis per hyemem operito, ne rigore peruratur, & nouo vere aperito, stercore saturato, Catonis præcepto. Sunt qui putent primo anno nullo cultu vexanda semina, sola runcatione contenta. E radiculis, quas spongias vocant, primùm thyrsus exilit, cacumine in torulos turbinato, gulæ idoneus si decerpatur: Sin patiaris crescere, mox ramos in latiores explicatur, quibus insunt folia capillamēti in morē fœniculi tenuata, ac vetustate in spinulas coalescunt, Post florem baccas fert primùm virides, post maturitatem rubescē- *Bacca asparagi.*
tes. Si toto anno edules asparagos habere libeat vbi fructum legeris, radices quæ summo cespite vagantur circumfodiendo aperies, hoc cultus mangonio frutex nouos dabit caulículos. Aiunt si arietum cornua contusa sulcatim defodiantur, rigenturq;, asparagos producere. Hoc olus siccitate gaudet, quare rigationem potius respuit, appetente autumno si rigentur, torosiores prosiliēt. Vere caules cibo idonei, qui aqua vel iure pingui leuiusculè decocti, nam diu

tius percocti in tabem fatiscunt, ac cocti sale oleoq; conspersi eduntur nõ insuauiter. THRAS. Asparagi serẽdi rationem pulchrè depinxisti, perge obsecro de ruta. MAR.

Ruta. Ruta, quæ Græcè πήγανον, Italis rutache, Germanis Vuyn rute, Gallis rue de gardyn, ad finem Februarij vel Martio mense seritur, ac plantatur locis apricis & siccaneis, humorem ac fimum auersatur, cùm cæteræ herbæ requirant, maximè cinere nutritur. Cùm omnia semine aiant prouenire, id tamen in ruta negari. Ramuli cum aliqua corticis parte conuulsi verno tẽpore pro plantis conualescunt, sed tota translata morietur, semina folliculis clausa singillatim manu defiguntur, si suis inuolucris exuta sint sparsa iactantur, rastroque obducta cooperiuntur. Gaudet vmbra fici. Furtiua, vt asserunt, melius prouenit. Seritur maledictis, sicut & cuminum, & alia quædam. Optat euelli, non effodi. Immundæ mulieris accessum reformidat. THRASYB. Elegantes video lactucas, quibus obsecro modis eas nutris? MAR. Lactuca, Germanis Lattich, Gallis laictue, Græcis θρύδαξ, Italis lactuca, Præter syluestrem tria sunt genera, Crispa, quam Columella Cæcilianam & beticam vocat, è locis vbi fœliciſsimè prouenit, eaque maximè expetitur, Germanicè krau-

Furtis gaudent plantæ.

Maledicta sata melio prouenientia.

Lactuca.

ser

ſer Lattich, Gallicè creſpue. Alia capitata, Knopf Lattich Germa. Gallis laictue teſtue, Plinio Laconica & Seſsilis ꝙ inſtar braſsicæ capitatæ, in capitis aut mali formam extuberet, Gallicè lactuos empõmes & blanches. Tertij generis eſt rotunda, à foliorum rotunditate & latitudine. THRA. Sed qua ratione tam lætas paras lactucas, & quando ſeris? MAR. Ad finem Februarij, aut initio Martij ſeritur, vt poſsit Aprili vel Maio transferri. Calidioribus regionibus, vt Palladius tradit, etiam Ianuario ſeritur, vel Decembri, vt planta Februario transferatur. Certum autem, toto anno eam benè ſeri, ſi locus ſit lætus, ſtercoratus & irriguus. Antequam pangatur, radices eius reſecandæ æqualiter & liquido ſimo liniendæ, vel quæ iam pactæ ſunt nudatæ letamen accipiant. Amant ſolum ſubactum, pingue, humidum, ſtercoratum. Inter has herba nata manu euellenda, non ſarculo. Latior fit, ſi rapa ponatur, vel cùm producere incipient caulem, eo leniter inciſo gleba prematur, aut teſta. Candidã fieri, ſi fluminis arena vel littoris frequẽter ſpargatur in medias, & collectis ipſæ folijs alligentur: Teneram & candidã, ſi biduũ antequã vellatur eius comæ colligentur: Seſsilẽ verò fieri, nec caulem promere, ſed conuolutis vnà folijs,

in globum extuberare, vel in orbē circumagi, ſi tranſlatæ radix, vbi in palmi altitudinem adoleuerit, ablaqueata bubulo fimo recenti oblinatur, & aggere congeſto rigetur, dumque ad incrementum peruenit, erumpens germen acie ferri præſcindatur, demum teſta fictilis non picata imponatur, ne in longitudinem, ſed latitudinem augmētum capeſſat. Suauiores, quæ coërcitis caulibus reſtibili pullulatu prodierint, quę, quò minus in caulem proſiliant, cùm incrementum aliquod acceperint, teſtula alióue ponduſculo deprimātur, vt in latitudinem ſe diffundant. Si vitio loci vel temporis vel ſeminis lactuca dureſcit, planta eius auulſa & denuò poſita teneritudinem conſequitur. Multis ſeminibus condita naſcetur, ſi caprini vel ouini ſtercoris baccam ſubula ſubtiliter excauaueris, & in ea ſemen lactucæ, naſturtij, ocymi, erucæ, apij, raphani immiſeris, & tūc inuolutam fimo baccam terra optimè culta breui ſcrobe demerſeris, ſubſtratoque molli letamine leniter aqua rigaueris. Apium nititur in radicem, cætera ſemina in ſummo, lactuca pariter mergente proſiliunt, ſingulorum ſapore ſeruato. Conſtantinus tradit lactucam humidum & frigidum eſſe holus, & ſitim extinguens ac ſomnificum, coctam magis alere, coitum com-

cõprimere, quare Pythagorici Eunuchion appellant, ſemper lactucæ meliorem ſuccũ præbẽt, & plus alunt autumnales, quia ſucco carent, minus nutriunt. Intubum vel intubus, quod in propinquo, non multum figura diſtat à lactuca, vulgò cichorium hortenſe, Germani & vulgus Endiuiam, Itali & Galli Cicoriam appellant. Seritur ſicut & alia hortẽſia Martio, amat humores & ſolutam terrã, ſed planior area huic apparetur, ne radices terra fugiente nudentur. Quatuor foliorum transferatur ad locum ſtercoratum, quę autem Kal. Iulijs ſerũtur, ſemen ferunt, pòſt non producunt ſemen. Quæ hyemi ſeruiet, ſeritur mẽſe Octobri in locis apricis. Nunc vt ad hyberna ſeruetur acetaria, cũ folia ſua fuderit, ea velut in orbem circumacta, ſummatim tenui ligamento vinciuntur, & fictili vaſculo hærente ſemper quo alimentum ſugant radice, conduntur: Ita & candorem & teneritudinẽ ſummam contrahũt, & magnam amaritudinis partem exuunt. Aiunt album fieri, ſi conſperſum prius per dies aliquot fuerit, & imbribus ſuper arena irrigatũ. Sic ergo & incremento proficientes intybi hybernant, donec ad vſum promãtur. Alij leuiori ſumptu contenti, terra duntaxat obruunt: alij ſtramẽtis tantũ tegunt. Iam verò nuſquam

Eunuchiõ.

Intubum.

Endiuia.

Cicorium.

non inualuit hæc hyemandi ratio. THRA. *Brassica.* Et brassicam nobis rusticis notam in hoc tam nitido horto video. MAR. Eámne habebit hortus, quam omnibus oleribus nosti à Catone præferri? eiusque miras vires & vsurpationes describente. Atqui vulgaribus illis hunc locum peculiarem tribuimus, veluti brassicę, betę, intybo, cepis, rapis, napis, porris, daucis, & radicibus, allio, pastinacæ. Nobiliores in suam classem distinximus, & prout cuiusque natura fert solum. Brassica vulgò caulis dicitur, Græcè κραμβὴ, Gallicè choux, Italicè caule, Ger. koil. Veteres plura genera fecerunt & hodiè sunt: Vnũ grandibus & latis foliis, caule magno, tonsili cymarũ luxuria. Hæc vulgaris est noticiæ, quę gratior hybernis temporibus gelu indurata iusculis aut lardo incoquitur. Cymosum etiã cacumẽ subferuefactum acetarijs subministratur, oleo, saleque suffusum. *Selinoeis.* Secundum genus crispo folio, à similitudine apij selinoeidem atque apiariam vulgò crispum caulẽ vocant. *Crispus caulis.* Tertiũ genus propriè Crambe minutis caulibus, tenuiorib. foliis, leuis, tenera, tenui succo. *Crambe.* Quartum genus additur sessile, folio & capite patulo, vulgus Cabutos caules, quasi capitatos, Ger. Kappes, Gallis choux cabuz, veteres Tritianã brassicam vocasse videntur, cùm in capitis figurã *Sessilis caulis.* *Cabiti caules.*

extu-

extuberãtur. * Hæc in Germania potiſsimũ abundantia nobilis. Eſt quã Allobrogicam appellant vel Sabaudicam, alijs dulcior, frigoris impatiens, Gal. choux de ſauoie. Item patula quædam, criſpa, rugoſoq́; folio, ſed nigriore, Itali negrecaules vocant, Latinè nigra braſsica, ex genere, quem vulgo rubrum caulem nominant, veterib. Marucina braſsica. Sunt & alia genera à locis nomina mutuantia, vtpote Aricina Cumana. Braſsicæ poſitionem optimam eſſe poſt Idus Apriles frigidis & pluuijs regionibus, ſæpiùs ſarrita & ſtercorata melius conualeſcit, pleniorisque incrementi, & colliculum facit & Cymam. Nonnulli à Kal. Martijs deponunt, ſed maior pars eius in Cymam proſilit, nec poſtea hybernum caulem amplum facit, cùm eſt ſemel deſecta. Poſsis tamen & maximos caules bis transferre, quòd ſi facias, plus & ſeminis & incrementi reddit: Nam ſic exuberat ſemine, vt non minore prouentu feratur, quam raparum ad oleum exprimendum. Braſsica toto anno poteſt ſolo credi, plurimum tamẽ circa Martium ſeritur pro regionis cœliq́ue temperatura, à ſatu intra dies decem ſe demonſtrat, niſi ſemina, quę ſolo mandantur, ſint exucca: vetus enim eius ſemen degenerat in rapam, & contrà ex raporum braſsica.

Folia hortẽ in orbẽ glomerantur exterius calloſa & per ambitũ rugata, multis intus carinarũ voluminibus, extremis ſemper interiorá complectentibus.

Loco salso seri feliciter traditur: Quare nitrum vel cinerem aspergere conuenit, idq; etiam erucas necat. Transfertur in Iunio maximè vbi sex foliorum erit, & cœlũ pluuium fuerit, ita vt radix eius liquido fimo prius illita & inuoluta tribus algæ teniolis pangatur. Capitati diligentior cura. Serenda in Martio plenilunio, vt sit duabus lunis in terra, & in Maio replantanda duorum pedum distantia. Si in repastinato seres, ac terram fugientes colliculos seces, à terraq; proceritate luxuriosa attollentes se exaggerãdo aliam accumules, ita, ne plus quàm cacumen emineat, tritianum vocatur. Nam vt conuolutis folijs, extuberet in globum, translata brassica terra aggeranda, vt folia tantum emineant, idq; iterum faciendum. Omni eius generi pruinæ plurimum suauitatis afferunt. Vineæ, quibus brassicæ nascuntur, languidius vinum creare tradunt, & brassica vinum corrumpi. THRAS. Perge amabo reliquam hanc olerũ culturam explicare. MAR. In proximo vides Spinaciam à spiculis (vt nosti) seminis dictam, Itali, Galli & Germani appellationem eãdem retinent: veteribus alijs Seutlomalachus, alijs atriplex putatur appellata, licet sint qui existimẽt recentiorem, illis tamen non dissimilem & cultu & natura. Seritur sicut superio-

Spinacia.
Seutloma-lachus.
Atriplex.

periora Martio, Aprili & deinceps vsque ad Septembrē, si rigari posit, exit septem diebus à Satu. Transferri eam non est necessarium. Semen statim cùm seritur obruēdum, herbæ vellendæ. Nullum solū respuit, quocunq; puenit lætissimè. Subinde resecatur, quia pullulare non cessat. Coquitur citra aquam, cùm magnam vim aquæ inter coquendum emittat, ac veluti proprio contēta iure alienum respuit. Ligula subinde percussum abacto lentore versatur, deinde in manuales globos expressa penitus sanie redactum, patinis in oleo vel butyro frigitur, addito quo magis palatum titillet omphacio vel acerbarum vuarum melligine. Pergo culinarias herbas ordine, vt vides explicare. Sequitur acetosa, quæ Italicè nomen latinum retinet, alij rombice. & Lapatio, Gallis Oxella quasi Oxalis, Germanis Surick ab acore dicitur, veteres videntur Rumicem ac Lapathium vocasse, tametsi genera plura, Romanum quod vocant nobilius colore & forma ab alio differens, nos & satiuo & syluestri vtimur, inditum iuribus & acetarijs magnam habet gratiam, atq; è syluestribus hoc solum melius, cùm omnia syluestria ferè & folijs minora & caulibus succoque acriora. Seritur sicut alia olera & sponte etiam in lætioribus

Acetosa.

Rumex.

Lapathiū.

pratis & hortis prouenit. Cuminum, Coriandrum terram postulant benè subactam cui letamen admisceatur, serûtur verna satione, sata herbis purgentur. Cuminum κύμινον & Græcis alijsque linguis plerisq; vocatum. Maledictis seri creditum, vt copiosius exeat, & qui serunt precentur, vt exeat.

Cuminum

Corandrũ. Coriandrum κόριον ἢ κορίαννον Græcis, reliquis ferè eadem nomen clatura, quæ Latinis, à veteri semine facilius exisse proditum.

Apium Selinum. Apium, quod vulgò Petroselinũ & apium hortense, σέλινον κηπῶδες, atque etiam πετροσέλινον Græcis dicitur. Itali apio domestico & Petrosello vocant. Galli Persildu gardin. Germani Peterssillie vel Peterlin: ab æquinoctio verno seritur semine paululum in pila pulsato. AEquinoctium autem est, quando Sol in vniuerso terrarum orbe diẽ noctibus adæquat, eo scilicet tempore, quo Sol dux & auctor cæterorum luminum, mens mundi & temperatio Arietem ac Libram ingreditur. E veteri semine celerius exiere putatur quinquagesimo à satu, & cùm ocyssimè quadragesimo die emergit, omniumque difficilimum nascitur. Satum calcetur pedibus. Semel satum pluribus annis durat, aqua lætatur. Fœniculum quod Græci μάραθρον: Itali Fenochio, Germani Fenchel: Galli Fenoil vel fenouil,

Petroselinum.

Fœniculũ.

Anisum.

nouil. Seritur primo vere, loco aprico modicè saxoso, vel etiam qualicunque: semel satum restibili fertilitate prouenit. *Anethum.*
Anisum ἄνισον pluribus linguis notum: sicut Cuminum & Coriandrum terram benè subactam postulat, cui tamen admiscea-
tur: Anethum ἄνηθον, Gallis & Italis ferè nomen retinet, Germanis Dil, omnem cœli statum patitur, sed tepidiore gaudet: si imbre non irrigetur, rarius serendum. Sunt qui semen non obruant, existimantes aues non attingere: prouenit etiam sponte fœniculi more. Cerofolium, vt alij Chærefolia, nonnulli χαιρόφυλλον, alij rursus γιγ- *Cerofoliū.*
γίδιον: Germani Kerbel: Itali Gingidia, Galli Cerfueil vocant. Agrum lætum, humidum, & stercoratum desiderat, ijsdem temporibus seritur locis frigidis. Eo- *Beta.*
dem mense Beta seminatur, & si possit per totam æstatem seri sicut & Spinacia, vernaculum holus. Græci τεῦλον: Italicè bietola, Germanicè Beett, alias Mangelt. Nulli hortensium folia maiora, adeò, vt culus ratione arboris incrementum capessat. Beta dicta, quòd literæ β Græcæ figuram referat, dum semine turget, vt Columella testatur. Duo eius genera, candida & nigra, cultus ferè eadem ratio. Seritur sicut Brassica, Rumex, radicula,

men-

mense Martio, atque Aprili, aut Maio prima satione. Sunt qui optimè semen betæ seri existiment, dum punicum malum floret, potest tamen seri tota æstate, sicut Lactuca brassica & pleraque alia. Semen betæ vetus melius prouenire, sicut & apij, nasturtij, cunilæ, origani, coriandri: etsi in alijs noua præstant. Sexto die nascitur æstate, hyeme decimo. Agrum amat putrem, lætum, humidum. Transfertur cùm quinque folia fecerit, æstate, si riguus hortus. Si siccaneus autumno, cùm pluuiæ recesserint, disponi debet, vt & de brassica dictum, quamuis alijs quoque temporibus sata proueniat. Cùm transfertur, radicem recenti fimo perlinendam tradunt. Peculiare in Beta, quod non tota vno anno gignitur, sed aliquid sequente, aliquid tertio anno: Itaque è copia seminis exigua pullulat. Latitudo acquiritur & candor si cùm cœperit colorem trahere, priusquam in caulem exit lapis latior vel testa, vel ponduſculum imponatur, vt superius de Lactuca dictum, eo quasi onere coercita, in foliorum amplitudinem se diffundit. Nasturtium, Græcis κάρδαμον, Italis Nasturtio & agretto, Gallis Cresson de gardin, Germanis kers, seritur & vere & autumno, quinto die nascitur, cæteris herbis

Veteri semine quæ serantur.

Nasturtiũ.

bis ſuccum adimit, miſta ſatis frigora contemnit, quare tam hyeme quàm æſtate prouenit. Cum lactuca ſi ſeratur, egregiè prouenit. Humorem amat, ſi tamen deſit non curat. Aquatilibus locis ſponte prouenit, vt apud Padelbornam oppido Vueſtphaliæ in ipſo fluuio copiosè naſcitur, quare ſunt qui Naſturtium aquaticum hoc appellẽt: Olim Siſimbrium vocatum. Rami in aquis cùm conſenuerint etiã candicantib. capillamentis articulatim confibrãtur. Papauer ſatiuũ, μήκων ἥμερος fertur melius erumpere, vbi Sarmenta combuſta fuerint, ſiccis locis & calidis cum alijs oleribus ſeritur. Sinapi τὸ νάπυ ϗ σύναπις etſi Athenæus neget Atticorum aliquem σύναπι dixiſſe. Germanicè ſenff, Italicè ſenape, Gall. ſeneue & moſtarde, aliud album, aliud nigrum, autumno melius ſeritur etiam Martio. Quo ſemel cõſita, vix licet liberare, locum, quia ſemen caducum protinus viret. Terram amat congeſtitiam. THRA. Raphanos elegantes habere te video. MAR. Non ita feliciter hoc tempore, vt ſolent prouenire, nam cùm ſolem & locum apricum poſtulent. huc in loca vmbroſiora conſeruerũt hortulani mei. Cura eius eſt, vt terra ſtercorata & ſubacta, ſoliq; expoſita obruatur, ſimũ aiũt quidam radicem odiſſe, atq; palea contentũ. Poſt vbi ali-

Siſimbriũ.

Siſimbriũ. aquaticũ.

Papauer.

Sinapi.

Raphanus & radix.

bi aliquod incrementum cœperit, aggeritur. Nam si super terram emerserit, dura & fungosa fiat. Radix per excellentiam dicitur, quòd cæteras magnitudine superet. Nã Plinius ad Erfordiam Germaniæ se vidisse comprobat, ad puerorum infantium magnitudinem prouenire. Seritur bis anno, Februario aut Martio luna decrescente, ne nimium folijs luxuriet, cùm vernum fructũ expectamus, digitorum quatuor distantia: & Augusto, cùm maturius, & hæc satio melior habetur. Quæ à solstitio seruntur, semen non ferunt, sicut & alia hortensia. Tertio die à satu prosilire solet, & ex hybernis celerrimè exit, latere potius fructum parit. Calidis locis austrinis atque serenis temporibus celerius in caulem attollitur, semenque promit. Folia eius subinde calcanda, sic radix ipsa augescit, alioqui in folia luxuriat, & augmentum non in radicem, sed in folia vertit, quæ etiam liquescere Theophrastus scribit, folium quò leuius, hoc mitior & suauior raphanus, frigus etiam adiuuare traditur. Radice terreno operta, sequenti anno germinat tellure abiecta: nam & crescere & durare ad æstatem vsque valet. Semen habet in siliquis. Tradunt dulces nasci si semina mullo vel passarum succo macerentur. Dulcescit & frigore, vt rapum.

Raphani magnitudo.

Sal-

Salsugine amāritudo tollitur. Quare salsis aquis ali & irrigādos volunt raphanos. Cocti dulcescunt, & in raporum vicem transeunt, Iciunis vomitum cient. Viti inimicus & dentibus. Venenis prēsumptus resistit raphanus. Summo cibo spiritum elidit, ructus laxat, vrinas eijcit. Postremò cibo deiectionem alui molitur, summoque cibo suspendunt illata ne sidant. Græcis ῥηφανὶς & ῥάφανος, Italis raphano & radice, Gallis pefort, raue raneuel. Germanicè retich. THRAS. Est & aliud genᵘ, vulgus Merrettich vocat, existimo esse eam, quam Romani Armaraciam appellant, auctore Dioscoride, & hæc vulgò apud Romanos Ramaracia appellatur priore litera transposita. MAR. Rectè quidem, sed hæc fronde copiosior, quàm corpore, folia superiori raphano non dissimilia, nisi quod acuta magis & lōgiora, radice graciliora, quare non desunt, qui negant esse Armaraciam, Sed id disputēt medici. Theophrastus plura genera raphani cōmemorat. Summā hoc raphani genus habet acrimoniā, etiam Sinapium superans, & acrymas edentib. excitare solet. Seritur & plantatur, radice in plura frusta cōcisa pulchrè pullulat ac renascitur: Nā si hoc raphani genus vnà cum herba reuellatur, radicisque extremū resecetur, & per minutas parti-

Merrettich.

Armaracia.

ticu-

ticulas terræ conseratur, reliquũ cum herba impunè in terram reponitur. THRA. Et-

Rapa. iámne rapa hic seris? nostræ arbitrabar hoc esse curę. Ea nos à solstitio & plerunq; resectis segetibus serere solemus, & hominibus & pecudib. cibum. MAR. Rectè quidem, & nos iam Maio serimus, riguis locis alibi citius, alicubi à solstitio in Iulio seritur. Varij sunt generis, quędam rotundæ radicis, nõnullarum radix in longitudinem procurrit, quales Bingij & in Bauaria gratissimi saporis proueniunt, quædam in humani capitis magnitudinem & centum librarum põdus augescunt, minora tamẽ gratiora, fructum è latere parit, calidis locis celerius prodit, Solum putre ac solutum desiderant. Est & rapum satiuum alterius generis, quod in siliquis semen fert, oleo extundendo vsurpatum Germanis, de quo alias dictum, Græcè γογγύλη & γογγύλης, Gallicè raue, Italicè rapo, Germanicè Ruben. Et aliud insuper syl-

Rapunculus. uestre genus Rapunculum vocant cubitali altitudine, frutiçosum, cacuminb. lene, hoc verno tẽpore priusquam in scapũ attollitur, acetarijs miscetur, eruta radice cũ suis folijs,

Napi. atq; hanc sylueſtrẽ esse rapã existimãt. Naps quoq; βυνίας Græcè, Gallicè nauet, Germanicè stockruben, Italicè napo inter rapa numerari poterit: nã rapa mutãtur in napos in

alio

lio ſolo per biēnium ſata, alio verò napus
ranſit in rapum, vt Palladius ſcribit. Varro
radit è ſemine braſsicæ vetere ſato naſci
apa, & contrà è raporum braſsicam. Qui
& ipſi riguo, putri, ſolutoque ſolo protu-
berant, quamuis deuexo & ſabuloſo gra-
iores cibo naſcantur, eiuſdem prope cul-
uræ. Seruntur in Martio, alibi ante atq; et-
am Auguſto, ſiccam, tenuem, ſabuloſam-
que humum amat, etſi pro loci proprietate
commutatur, vt iam dictum: Nam alio ſo-
o rapa biennio ſata conuertũtur in napos.
Paſtinaca, σαφυλῖνος Græcè, in alijs linguis *Paſtinaca.*
erè Latinum retinet nomen, cartilaginei
generis, ſatiua in cibum vtilis, loco pingui
& ſoluto, altiusq; effoſſo atq; paſtinato læ-
atur, vt robur & augmentum anguſtia nõ
nterpelletur. Seritur ſemine & radice vere
atq; autũno. Radix paſtinacæ pollice craſ-
ſior dodrantalis extẽditur. THRAS. Et Ca *Carota.*
otas habet hic hortꝰ radice rubẽtes? MAR.
Habet? Siſer σίσαρον, Galli cheruille, Germa *Siſer.*
ni querlin, Itali ſiſero vocant, noſſe te pu-
to. Plin. ſcribit Tiberiũ allectum huius cibi
præſtantia, quotannis ſiſera ex Germania
deportanda curaſſe, nempe ex Gelduba ca
ſtello in Rheni ripa ſito. Frigidis locis dele-
ctatur. Seritur ante Kal. Martias, alijs Septẽ
bre: Tertiã & optimã ſationẽ eſſe in Augu-

Daucus.

sto contendunt quidam. Est & daucus δαῦκος pastinacæ species, Itali dauco, Galli carote sauage, Germani vvurtzel. Sunt qui putent buxini coloris radices, Germaniæ frequentes. Seruntur Martio. Cõmune est rapis, radicib. pastinacis, ac daucis, cepis, porro, vt calcatis herbis premãtur aut prẹcidãtur, vt capita generent ampliora. Porri duo

Porrum.

genera, Capitatum πράσον, & sectiuum, cui frondentem comam solo tenus amputant. Capitatum Græcè κεφαλωτὸν, Itali porro capitato, Germani Lauch, Galli pourreau vocãt. Sectile πρισὸν Grẹcis, Germanis Schnitlauch appellatum: præter assiduam sarritionem & stercorationé id irrigari debet quoties demetitur. Semen calidis locis Ianuario vel Februario seritur, frigidiorib. Martio, cuius incrementum vt maius fiat, raris linteolis grana complura colligantur, atq; ita obruũtur. Sed vt magis in caput extuberet, cùm radices agit surculo leuiter comprehensum subleuẽt, vt à terra modo quodam suspensum, quod spacij vacuũ subter inuenerit capitis vastitate cogatur implere, excisis foliis & radicibus transplãtatur supposita tegula, dum in vnum descendere nequeunt, in latum crescunt. Porrũ læto solo gaudet, odit rigua, verno tempore satũ autumno trãsferri debet, vt capite grãdescat,

sarcu

sarculis circumfodiatur assiduè & comprehensum alleuetur. Si dum trãsfertur capiti stylo vel arundine citra ferrum puncto cucumeris semen in medium inseras, mirũ in modum fertur grandescere. Sunt qui rapi semen inserant pro cucumere. Vt porrum, vel apium maximũ nascatur in stercore caprino excauato, atq; ita plantato: Nã tenera germina semel cõpressa ita nascunt, vt vni plantæ vicem referant, idq; compertũ Hyeronimus Cordanus scribit. Non olebunt porros qui cuminũ p̃gustauerint. Decimo octauo à satu die prorumpit, bimatum perfert. Anniculum solo foliatu contentũ magis in frondẽ luxuriat, bimum p̃silit in caulem longũ intus cauũ multis in vertice floribus in orbẽ cõglomeratis. Cepa fęminini & cepe neutri generis dicit, Gręcis κρόμμυον, Italis cipella, Gallicè oignon, vicina porro. Et huius genera duo, capitatum, q̃ in caput extuberat: Et fissile, q̃ citra caput totũ in frondẽ luxuriat, sæpiusq; reconditur vt porrũ, qua de causa semine seritur, nõ deponitur. Februario vel martio seritur sereno & placido cœlo, luna decrescente. Terram pinguẽ postulat, benè subactã, irriguã, taq; proscindi solum iubet Colum. vt hyemis gelicidijs putrescat, deinde stercorari.

Cepa.

Capitatũ cepe.

mox bidentibus per fossum in areas dispo-
ni, vulsis herbis, omnibusq; deletis radici-
Fissile cepe bus seri. Fissilis dicitur, quòd inferiore par-
te findatur: Nam hyeme relinquitur cú sua
coma iners, vere folia detrahuntur, & alia
subnascuntur ijsdem diuisuris. Capita autẽ
ponuntur etsi caudas ipsorum & extremi-
tates auferas, magnæ euadent. Diebus vi-
ginti ante plantationem terrã fodito & sic-
cato, vt omni humiditate priuetur, & sic
plantato, & multo maiores erunt, Capitula
autumno seruntur, & semine & radice co-
alescunt sicut cętera capitata. Si semina ve-
lis colligere, cum virẽtia caulem cęperint
excitare, tum humilibus canteriolis rigor
conseruandus stilorum, scapique leuibus
adminiculis veluti iugatæ vites fulciantur,
alioqui thalli ventis agitati prosternuntur,
semenque excutiunt. Quod legendum est
antequam nigrum colorem præ se ferat, si-
quidem & colore integritatem fatetur, ni-
gritiaque maturitatis index. Si verò non in
semen, sed in caput colligi velis folia, radi-
ce tenus vellantur, sic succus ad inferiora
cogetur. Cepe enim omnium olerum lu-
næ damna non sentit, viresque contrarias
habet. Reuirescit luna decedente, contrà
inarescit adolescente. Sunt, qui tradunt,
si minuente luna serantur tenues & acrio-
res

res fieri, si crescente robustas, saporis humecti. Cepa rubra acriora albis. Seruantur optimè in paleis hordeaceis incorrupta, si prius in calidam aquam demersa, mox insolata, donec penitus siccescãt. Fumo quoque suspensa durare creduntur vulgo.

Allium.

Propter vicinitatem cum cepis de Allio dicere pergo, Græcè σκόροδον, Italicè aglio, Germanicè Knobloich, Gallicè ail, vel aulx. Id fronde viret cepitia, sed non caua, tereti caule, in cacumine flores in globum circumaguntur, in quo semen emicat. Allium & semine & radice coalescit, sicut & cepe, ac cętera capitata. Seritur vulgare Allium mense Februario aut Martio, pro cœli lociqúe temperatura, sicut cepe, appetit liratim seri sulcis semipedali spatio, separatis & nucleis non alto dorso lirarum impressis, interuacante quatuor digitorum mensura. Deinde cum ternas fibras emiserint spicę, siue cum tria folia iam eruperint, sarriri debent, grandescunt quo sæpius id factum fuerit. Sed quò vastiora capita fiant, antequam caulem faciant viridem, comam omnem intorquere & humi prosternere conuenit. Vt grandescant bulbi crebo calcandum. Octobri mense fiunt cohærentium spicarum diuortia, eæque liratim seri debent arearum puluino impa-

cto, quo minus infestentur hyemis aquis. Aiunt odorem extingui, si betę radix in pruinis tosta superedatur, vt ex Menandro testatur Plinius. THRASYB. Quæ isthæc herba, quæ ita in altum assurgit, vt baculi vice scapus esse possit, & foliis tam amplis ac circinatæ rotunditatis, floribus cum rosa certantibus? MAR. Malua hortensis hæc est. μαλάχη Græcè dicta, Germanicè Peppel, Italicè & Gallicè ferè nomen retinet Latinum. THRASYB. Illáne, quam Horatius canit salubrem corpori, Hesiodo etiam & Martiali celebrata? MAR. Illa ipsa. Mirum etiam hoc habet, quòd folia cum sole circumagantur, ita, vt solarij vice esse possit, sole etiam non aperto horas indicans foliorum conuersione, id quod humoris detractioni acceptum ferunt Physici. In Aphrica septimo mense arboreścere ac baculorum præbere vsum scribit Plinius. Seritur cùm alias, tum Octobri mense aut in autumno maximè vt occursu hyemis ab incremento altitudinis reprimatur. Delectatur loco pingui & humido letamine. Trãsferuntur plantæ eius cum ceperint folia habere quatuor aut quinque. Melius comprehendit quæ tenera est, maior enim trãslata languet. Vtimur & holerum vice & in ace-

Malua.

Solaria herba.

acetarijs. Sapor melior si non transferatur. Rara ponenda est, ne citò in caulem erigatur, in medio glebulas constituere oportet, aut lapillos. Sárculo delectatur assiduo Solum vbi seritur pingue facit. Grandioré malopem Columella vocat ab emolliendo malachem. Est & syluestris. THARS. Portulacam miror an seras cum sponte passim nascatur. *MAR.* Hanc Græci ἀνδράχνην, Latini portulacam, apud Italos nomen retinet propriè Latinũ, Gallis & Germanis por chelle, & burtzelen. Seritur in hortis, cultaque latius vagatur, & in vitib. sponte prouenit. Semen nigrum in herbaceis calycib. colligitur. THRAS. Buglossum βούγλωσσον quasi lingua bubula, Germ. Ochsenzung vel Burretsth. Gal. borache Ital. borache, hæccine quam video flore ceruleo speciosoque caule pedali ac ramoso. MAR. Buglossum hodie officinis borago dicitur, tametsi floris similitudine nonnihil differunt, & reuera diuersa sunt buglossum & borago. Nam boraginem vulgarem quidam buglossum minus vocant, maius verò buglossum, quod circium Dioscorides appellasse putatur, verùm buglossum vtriusque flores acetarijs insperguntur ac vino, quòd animi voluptates augeat, quare εὐφροσυνή dicitur & folia quotidianis obsoniorũ

Malope.

Portulaca

Buglossũ.

Borago.

viribus innatant. Seritur circa Martium semelque sata sponte prouenit. Quamquam etiam sylueſtris sit. THRAS. Perge de fragis differere, quæ hîc mira fœcunditate aſpectuque gratiſsimo prouenire cultu vt apparet adiuta. MAR. Maximè. nam transplantatione ſylueſtris fragariæ & in horum areasque tranſpoſita fœliciter fructum fert duobus aut tribus annis, eam tum demum quaſi effœtam transferimus aut ſylueſtrem ſubſtituimus atque ita bifera ſit & vere & autumno frugifera. Quanquam autẽ opacis locis ſponte proueniat quaſi aliarũ plantarum vmbra gaudere videatur, tamen in hortorum coloniam aſsita aprico ſolo & cultura lætatur, fructumque miniſtrat vberiorem. Humi ſpargitur ſine caule multis à radice pediculis, quorum alij flore candido, alij trigemino comantur folio per ambitum ſerrato, fraga, hoc eſt, fructum gerũt rubentem & colore & ſapore gratiſsimo. Germ. Erdbern, Ga. freſes vocant. Eſt & frutex altius ſurgens quaſi flagellis laſciuiens, qui fructum fragis ſimilem fert. Dioſcorides rubum Idæum appellare videtur, quòd in Ida monte copioſe proueniat ſic dicta. Non, vti alius rubus, ſpinis horrens, ſed tener ac ſurculoſus folijs colore ſubcinericijs. Mora fert rubra ſed pallidiora fragis dulci

Rubus Idæus.

dulci guſtu. Græcè βάτον ἰδαῖον & χόμαρον vocant, Germa. **Imberen** Gall. framboſas. THRAS. Quis nam frutex ille binûm cubitorum? MAR. Vulgo liquiricia dicitur, Plin. glicerrhyzon appellant Græcis, γλυκύῤῥιζα dicitur. Italicè Regolitia, Gallis reclisse, Germanice **Claritz oder Sußholtz**/ Vocatur & dulcis radix. THRASYB. Eam non arbitror hiſce regionibus prouenire, ad mœnum frẽquentem eſſe audio, quonã pacto collatur audire geſtio? nam radicem habet dulcore, à quo nomen habet, commendabiliorem. MAR. Plantatur ſarmentis vt lupulus, gaudet ſolo non craſſo, ſed leuiore & aprico. Carpitur Septembri. *Glycerriza.*

THRASYBVL. Ecquid de Ribis, putásne veteribus notam fuiſſe hanc ſtirpem? MAR. Quam ribis noſtra ætas vocat, Germani **Sant Johans Perle**/ quòd circa ſolſtitium rubicundis & maturis baccis ornetur, quæ ſapore acidulo æſtuantem ſtomachũ refrigerant, ſitim reſtinguunt, maximè quæ febricitantes excruciare ſoles. Salgamarij ſaccaro vel melle condiunt ad totius anni vſum. Veteribus putatur ignota fuiſſe, vulgaris nunc planta ſepiendis hortorum puluinis camerisque tegendis idonea, facilis cultura, niſi quòd pergulis & *Ribes.*

topiarijs operosis flexibilis. THRASY. Cũ lupuli mentionem feceris, num & vos vrbanis hortis colitis eum fruticem, qui rusticis prædijs familiaris? Nam apud nos sunt, qui non vulgarem ex eo quæstum faciant.
MAR. Tu igitur edissere nobis, qua arte colatur. THRAS. Plantatur stramentis vti vitis, quod & tu de glyceriza paulo antè dixisti, idque in autũno, vel si glacies hyberna metuatur, in Martio: Sarmenta reciduntur à radicibus etiam afflictis, & in terram merguntur, ac pingui fimo terraque obruuntur, quasi cumulis aggestis atque sic cõdita per hyemem relinquuntur. Vere terra foditur sarculo non ligone atque aggeratur purgaturque inutilibus herbis ac stirpibus. Circa Maium pali defiguntur, quibus scandendo circumuoluitur, vnde reptitius lupus dicitur. Quicquid supra florem sarmẽti emicat, id resecari solet. Circa Septembrẽ aut ad finem Augusti flores decerpũtur ad ceruisiæ temperaturam. A messe lupili stramenta ad terram reciduntur, terraque rursum in tumulos aggerata fimo operitur.
Vere stramenta è fimo collecta auferũtur, terra runcatur, colituque vt diximus. Cacumina & surculi, qui primum è terra circa Aprilem erumpunt, decerpi solent grati acetarijs, & prodest ne nimium luxurietur.

At age tu ad explicationem horti tui reuertere. Heus quam elegantes Melones, Pepones, Cucumeres atque cucurbitæ, horum culturam nobis aperias. MAR. Melones à malorum figura quasi pomeos appellarũt quidam. Sunt è genere cucumerum, è quo & Pepones, qui Pompons Gallicè dicũtur. Cucumis satiuus σίκυος ἥμερος Italicè cocomero & cedruolo, Germanicè & Gallicè cocũbre. In pepones & melopepones degenerat figura & magnitudine tantũ dissidens, cùm magnitodine excessere pepones, cùm verò rotundi ex malo & pepone melopepones vocantur. Totum genus hoc Melones appellarunt scriptores aliquot. Græci omnia tam cucumerum, quàm melopeponum genera Pepones nominant ac Melones. Etsi sunt, qui Melones à Peponibus distinguant, neque inter eruditos de his nominibus satis conuenit, neque quid veteres per pepones & melopepones intellexerint, certò affirmari potest. Pepones serpũt longius flagellis reptantibus, frondibus scabris, flore luteo, Estur cùm maturuit cum voluptate. Genus quod dulcedinem repræsentat Sucrinos appellant. Melopepones in Campania primùm geniti putantur, mali cotonei effigie. Non pendent hi, sed humi rotundãtur. Maturi à pediculo recedũt. Cucumeres

Melones.

Cucumer. vel Cucumis.

Pepones.

Pompons.

Melopepones.

Sucrini.

Melopepones.

cumeres alij Citrini à colore flauo cùm maturuerint, vocantur & Citruli, vel Citreoli, in longum crescunt, maculisque citreorũ instar distinguuntur. Alij marini, rotundi, Cucussæ marinæ Italicè. Semẽ eius vescum antequàm maturuerit. Conciditur in iuscula, non multum forma distans à melone. Est & cucumer rotunditate immensa, modij instar, Messores Itali frusta secum ferunt siti sedandæ. Seritur totum hoc genus mẽse Martio, rarius distent inter se semina pedibus duobus, locis riguis & fimo subactis vel pastinatis maximè arenis. Mulso vel lacte per triduum maceranda semina, & tum iam siccata ponenda. Hinc suaues efficiuntur. Odorati fiunt Melones, si eorum semina multis diebus rosarum folijs immergantur. Cucumeres longos & teneros fieri, si aquam in patente vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales fiunt. Aquam amant, adeò, vt dissecti ad eas adrepant: Si pendeant, aut si quid obstet, curuãtur, veluti si oleum opponatur, quod vehementer odêre. In fistula flore demisso, in longitudinem immensam crescunt. Hyemem oderũt, sicut & Cucurbitæ, cui similis propè natura, nam & floribus, folijs, reptantibusque flagellis conuenit. Sed hæc in scandendo procacior, incre

Cucumeres grandiores.

Cucurbitæ.

mento

mento pernici pergulas opacans, & parietum aſpera in tectum vſque conſcendens ſublimitatis natura auida, dependente à tenui pediculo enormi ponderis fructu, coloris herbacei, pyri figura turbinato. Quãuis vbi defloruit, ea quoque prouenit effigie qua cogitur, ſiue in caput, ſiue in lagenam, aut aliam formam. Tradunt nouem pedum longitudine naſci, rotundæ etiam in vſum vaſorum excreſcunt. Cortex muſteo tener, inueterato durus, qua carne prius exinanita peregrè proficiſcentes vrceorum vice frequentius vtuntur, in eo potũ cõdentes, quo in itinere ſitim leuent. Cucurbitæ, quæ æſtate in cibo vſurpantur, diuerſæ ſunt formæ, alia enim rotunda, alia longa, alia ſeſsilis, & quanquam forma diuerſa, vis tamen eadẽ, ſiquidem forma fingitur arte, creſcit qua cogitur forma plerũque Draconis intorti forma. Et alia reptantibus flagellis ſcandit in altũ, vires ſine adminiculo nõ ſunt, velocitas pernix leui vmbra pergulas atque vmbracula operiens, vt diximꝰ. Græcis dicta καλοκύνθα Italis Zucca, germanis **Kuirbiſch oder fleſchen/** Gallis vne courge. Semina quæ collo propinqora proceriores pariunt cuburbitas, quæ in medio rotundas, quę lateribus craſſas breuioresque ac ſeſsiles, vt Palladius teſtatur. *Cucuſa Zucca.*

Tam

Tam cucurbitę,quàm cucumeres grandiores pariunt,si semina inuersa ponas capitib⁹ Columella auctore. Solũ amat humidũ, pingue,stercoratũ,solutũ,fimo iuuatur plurimum & rigatione. Quæ tamẽ sine multa rigatione cõualuit,fructũ iucũdioris saporis præbet. Copiã aquæ nacta minorẽ curã desiderat.Sesquipedali altitudine sulci fodiẽdi sunt, & tertia pars stramẽtis inditis tegenda,mox stercorata terra vsq; in dimidium sulcũ aggeranda,positisq; seminib.tam diu aqua præbẽda,donec enascãtur, vbi cõualescere cęperit,adiecta humo incremẽta eorũ prosequẽda,donec sulc⁹ coæquetur. Rari⁹ serũt, vti distẽt inter se semina pedib. duob.Erũpit post sextũ aut septimũ diẽ.Quę sicco solo ponũtur, diligẽter riganda,quare in fictilib.aquã apponunt inditis fascijs,q̃ humorẽ ministrẽt. Vbi adoleuerint adminiculis fulciẽdæ. Cibis gratiores: quæ lõgiores.Cauendũ ne mulier admittatur,vbi cucurbitæ cõsitę,nã eius cõtactu langueſcũt. Quæ seruantur ad semina,vsq; ad hyemem in sua vite dependeãt,deinde sublatæ in sole ponãtur aut fumo:alioqui semina putrefacta pereunt.Recentes durabũt,si in sinceram albi vini fecẽ picatis dolijs demergantur, aut suspendantur in cado acetũ continente,ita tamẽ ne cõtingat acetũ, Colecynthis

this syluestris etiã cucurbita dicitur. THRA. Quid sibi vult carduus pubescens? MAR. Nũcubiin Columella tuo Cinarę mentionẽ fieri legisti, præsertim in carminibus de hortorum cultu, cùm inquit:

Colecynthis

Carduus satiuus.

Hispida ponatur Cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat. &c.

Athenęus ad finem secundi libri dipnosophist. è Sophocle:

Κύνεος ἄχανθα πάντα πληθύει γαῖαν.

Carduus est olitorum mangonio altilis, heroum mensis in delitijs habitus, qui, vt vides, compactilibus spicis squammatim coagmentatis constat, in quibus orbiculata & pyramidalis facies exterior viresçit. Græci σκόλιμον & κίναρον vocãt. Latini strobilum, quod sit ipse echinus vel capitulum nuci pineæ simile. Gal. alticocalum appellant ab articulo Arabũ al & cocalos, qui nucleus est pineæ nucis, deinde corrupto articuloartichault vulgò appellatur, Italicè cardo & cardiosse, Ger. partim Gallico vocabulo partim strobeldorn. A Colu. cinara appellata plãta, ꝙ dũ colitur cinerib. maximè gaudeat. Semẽ commodius circa Martium seritur, eiusq; plãta circa Nouemb. deprimitur, vt vere suos fœtus largiatur multo cinere stercorãdo, vere sata vix eodẽ anno fructum dabit. Cauendum ne semina inuersa pan-

Strobilus.

Artichault

pangantur, nam sic incuruæ pumilęq́; fient cinaræ. Terram stercoratam & solutam diligit, & in pingui melius prouenit. Palladi⁹ quoque addit crescente luna semina in paratis areis spacio semipedis discreta non altè imprimi, sed tribus digitis comprehẽsa, donec ad primos articulos terra procedat, demergi ac leuiter obrui rigariq́ue frequẽter, si ęstas interueniat, nam ita fructum pleniorem educabunt. Cùm adoleuerint herbis assiduè liberentur & cinere, vt diximus, stercorabuntur. Tradunt spinis carituram, si seminum capita prius lapidis attrita retũdantur. Dulces prouenient, si in lacte semina macerentur. A talpis & muribus defendere plantam oportet, vel catorum vel mustelarum domitarum prędidio, vt Ruell. docet. Athenæus Cinaræ caulem cactum κάκτον, qui humi procumbit, qui verò in rectũ subuehitur, pernica vocari tradit. THRAS. Age, quæ isthæc est herba, quæ veluti capillamentis erumpit, flore suppurpurea ac pallescente, ceruleiq́ue calycis, in quo flãmea croci stamina? MAR. Crocus est, Græcè κρόκος, quod nomen & Italicè ac Gallicè retinet. THRA. Valeat igitur Corycũ atq; Sicilia, Cyrenaq́ue: vnde ad nos tanto pretio adportatur. MAR. Imò & in Germania prima apud Vangiones Nemetumq́ue Spiram,

Cactus. κάκτος

Pernica. πέρνικα.

Crocus.

ram,& aliquot alijs regionibus feliciter pro uenit:& odore ac temperamento cũ quolibet certans externo. Seritur in Martio,radicis bulbo.Nã radicem habet bulbulosam ac capitatam instar lilij,porri,aut scillæ. Cõstantinus tradit viuiradicibus plantari,cùm florem abiecerit:Florem autem prius remittit,quàm folia.Bulbi autem,vel radices croci sic crescunt sub terra, vt ad nonam quotannis sobolem decerpi aliqua portio possit. Quibusdam locis septimo aut octauo anno transfertur in locum benè subactum atque ita degenerans reuocatur. Regionibus Rhenensibus tertio anno vellitur & exiccatur vsque ad Augustum, postea extrema membrana ablata in terram reponitur, ad semissem pedis dispositis singulis capitibus.Optimum quod pinguissimum,& breuibus capillis:pessimum squalidũ, & quod situm & cariem redolet, odore subacuto: Iuxta semitas & fontes exire lætissimũ, quãdo calcari gaudet & atteri pedibus,pereundoque prouenire creditur. Viret bruma. Colligitur autumno, vbi bonum colorem nactæ, detractis à medio flore capillis cuspide, & triduo quatriduóue resiccatis,summa pars purgatur,& si quid adhæserit albi, detrahitur,conditurque vasis benè obturatis.Sunt qui putent in vmbra siccandũ. Se-

plasiorū imposturis adulteratur, recremento intrito aut sapa, quā sublinūt addētes argenti spumā aut plúbaginē póderis augēdi causa. Vitiū proditur, ꝙ in eo pulueres inter currūt & defrutū vel sapa subolet. Probatio sinceri, vt īposita manu crepet, velut i fragile: Dilutū aūt cedit: Vel, si manu ad os, plata leniter faciē oculosq; mordeat. Quapropter optimū fuerit recēs, fragrāti odore, colore aureo, manus fricātis inficiēs, in reuolutione oblongū, in frangendo lentū. In martio purgandū solū, & siue vellatur, siue non vellatur, nihilominus aliæ herbæ seri poterunt vsq; ad Augustū. Optimè interim portulaca, petroselinum, ac similes herbæ eodem loco producuntur. Atque tum solum cùm florere incipit, alijs herbis repurgandum: nam autumno circa Septēbrem aut Octobrem florent. THRA. Rosmarini magna hîc copia, præcipuum horti ornamentum, neque cibis negligenda herba. MAR. De Rosmarini cura, quia sic iubes, pauca adijciam. Sunt qui putent esse, quem Græci λιβανότιδα dicunt, quòd thuris propè odorem spiret, alijs ferè linguis nomen retinet Latinum. Vsum præbet & voluptatis, & culinæ. Theophrastus & fertilem & sterilem describit. Plantatur ferè è surculis è cacumine decerptis in Aprili, cū

Romarinus.

expo-

exponi ſolent. Mulierũ parergis varię formæ ſurculis ducũtur, modò currũ, modò pauones, & alias effigies fingẽtes. Aſperioribus locis delectatur. In capitibus vmbellæ geſtãtur plenę ſeminis cãdidi & rotũdi, Cachrym dicũt. Floret bis anno, vere & autũno. Carpitur flos à Maio ad Septẽbrẽ, & ꝓdeſt ſubinde decerpere, ne nimiũ luxuriet. In Narrabonẽſi Gallia ſponte ꝓuenit adeò copioſè, vt ad ſocũ vix alio ligno vtãt. Hyemereponit in hypogeis, & ſub vernũ tẽpus reddit hortis, atq; hic cũ primũ ꝓmũt vitare oportet ſolẽ Martiũ, & paulatim cœlo primũ vmbroſo cõmittere. Sunt, q ſtipulis fimoq; equino veluti tugurijs cingãt, atq; in hortis relinquãt. Saluia Græcis ἐλελίσφακος, alijs nationib. ferè Latinũ nomẽ vſurpatur, herba cuius natura nullis hortis ignota, ſeritur ſemine & ſurculis circa Martium locis aſperis & qu buſl bet: olitores lixiuij cinere munire ſolẽt fruticẽ vt lętius ꝓueniat, ſemel ſata diu durat. Proxima huic Menta Græcè ἡδύοσμος, Ger. Mynt, Ital. Gallisq; retinet Latinũ nomẽ, ſeritur coliturque eadem diciplina, qua ſaluia tã apricis, quã humidis locis gaudet, quare iuxta fontes cõmodè ponitur. Si ſemina defecerĩt, licet de nouellis ſylueſtre mentaſtrum colligere atque inuerſis cacuminibus ponere: quæ

Cachrys.

Saluia.

Menta.

res feritatem detrahit, & semel sata plurib. annis restibuli fertilitate durat. Pimpinella quæ vulgo dicitur, eam Græci τράγιον vocant, quod nomen & Latini retinuerunt, a cetarijs vsurpata & remedijs varijs. Et hæc semel sata durabilis est locis apricis simul & opacis, pluribus locis citra culturam erumpit: Sunt qui elatinē pampinariam putent, an rectè, viderint illi. Hyssopus, Græcè ὕσσωπος, idemq́; nomen pluribus linguis Europæ retinet, herba & ipsa olitorijs hortis nota, locum postulat apricum non admodū tamen pinguem, & stercoratum. Seritur semine & plantis, vbi semel prẹhenderit viuacior esse solet, quàm vt hyemen reformidet. Satureia quæ & cunila Columellæ dicitur, thymo non multum dissimilis θύμβρα Aeginethæ, Italicè Coniella, Sauoreggia et Thymbre, Gallicè Sauoreie, sarietta. Ger. **Kunel zwibel hịsop** locis asperis gracilibusque nascitur, seriturq́; vt præcedentes plantæ. In proximo est, quæ vulgo Basilica & Italis & Germanis atque Gallis vocatur, Græcis ὤκυμον, quo nomine & Latinis ocymum dicitur, herba passim in viridarijs ædiumq́; fenestris odoris gratia exposita etiam in cibis vsum præbet. Seritur semine, Martio & Aprili, gaudet apricis: duo grana simul ponuntur. Basilica meridiana rigatur aqua

Pimpinella.

Elatine.

Hyssopus.

Satureia.

Cunila.

Thymbra.

Basilica.

aqua, reliquæ herbæ & matutina & vespertina: transplantaturq; Maio. Theophrastus tradit ocymum maledictis satum lętius prouenire. Amaracus eiusdem propè vsus aliâs maiorana & Germanis & Italis vocata, Gallis mariolaiene & Thyn vocatur, græcis σύμψιχον Dioscoridi & Paulo Aeginethæ: Et hæc ob odoris sauitatem fictilibus atq; hortis seruatur. Seritur semine in Martio tribus aut 4. granis dimidij pedis distantia, Maio transplantatur quando incipit esse grandior vt & Basilica. Thymus his affinis græcisque θύμος, quod nomen alijs Europę linguis prope cõmune, petrosis tenuibusque & apricis lætatur non etiam pinguibus & stercoratis, & semine & planta prosilit, imò & flore, vt Theoph. testatur. Hæ iam dictæ tres herbæ semine producuntur seruntur*q*ue curiosius vel fictilibus vel horto rum areis. Hactenus ferè edules descripsimus, quæ in maiore vsu: & quia posteriores etiam spiramentorum gratia colũtur, subijciemus & reliquas plantas, quæ odore & visu voluptatem præbent suis, vt iubes, areolis distinctæ hortumque ornant, & pleriſq; alijs vsibus accommodantur. De Rosmarini cultura superius facta mentio. Verùm ab ijs, quæ ante pedes positæ, ordiar. Lauendula hæc & lauanda dicta, quæ areas cingit,

Maiorana

Voluptariæ herbæ & coronariæ.

Lauẽdula.

lauanda.

Græcis ψευδονάρδον vocari putant, vulgo paſsim nomen retinet. Naſcitur locis aſperis & apricis, ſeritur ſurculis, transferturq;. Spicatur in Iunio & deinceps Iulio in ſchopas componitur odoris gratia, flores percolantur odoratarum aquarum gratia. *Amaranthus.* Amaranthus, quē aliqui Helichryſon ἑλίχρυσον, alij χρυσάνθεμον exiſtimāt, etſi odore careat, aſpectu tamē gratiſsimo cōmendatur hortis. Galli ob coloris gratiam vel coccū quoduis ſiue ſaturatum ſiue dilutum nitore vincentem paſſeuolutum vocāt, Hetruſci fior velluto, quia cum holoſerico coccineo, quod Carmeſinū vocant, coloris prę-ſtantia certat. Gaudet decerpi atq; hoc lætius prouenit, floresq; madefacti reuiuiſcūt: fictilibus ſeruari ſolet. Amaranthus dicitur quòd non marceſcat. THRAS. Sequitur *Cypreſſus.* Cypariſſus. MAR. Cypreſsū vulgo vocant: Plinius putatur χαμαικυπάρισσον quaſi pumilam cypreſſum, alij Santoniā atque abrotanum fœminam eſſe exiſtimant. Germanis **Cypreßen** Gallis Cyprez vocatur vernaculis, Colitur in hortis paſsim annua regermi-*Myrtus.* natione fruticans. Myrtus Græcè μυρσίνη, Italis myrto, Germanis **welſche Heydelberr/** Gallis meurte, Oleæ folijs non multū diſsimilibus ſed minoribus, anguſta fronde perpetua ſeriatim diſpoſita, vt vides, baccis nigris

gris perpetua coma viret, foliis punicæ æmulis. Seritur ligno, ramis & semine, sed terra iugiter accumulanda, dum germinantes ramuli roborentur, alij baccis seminaria ponunt, quas leuiter tunsas inuolutasq; fossulis obruunt: melius fruticabunt, si in caput figantur, gaudet iugi repurgatu, ita in proceritatem adolescit ad textile masculorum opus vtilis. Rigari humana vel ouilla vrina desiderat. Succi natura præcipuam habet admirationem in myrto quando ex vna omnium vini oleiq; genera fiunt. Cato docuit vinum fieri è myrto siccata vsque in ariditatem, atq; ita mulso indita, si non siccẽ tur baccæ, oleum gigni. Myrtides ipsæ myrti baccæ, myrtitęq; & myrsynites vinum à Dioscoride traditur qua arte fiat. Tria genera tradidisse Catonẽ Plinius author: candidã, nigrã & coniugalẽ. Gaudet littoribus Seruij testimonio: In Italia p̃sertim maritimis locis frequens etiã sponte proueniens. THRAS. Heus quã speciosi Cariophyli atque odoratu suauissimo. Verè dixeris, neq; Solomonẽ in suo magnificẽtiæ splendore ad huius floris nitorem aspirare potuisse, alius cocco rutilat, alius saturata nitet purpura, alius niueo blãdit candore, alius verniculato & vario arridet aspectu, miror veterib. harum nullam mentionẽ feciſſe. MAR. Non

Myrtides.

cariophyli

Vettonica Betonica. desunt, qui Vettonicã aut Betonicã altilem existimẽt, herbarios autem radicib. Betonicę cariophylum adegisse vel factis stylo foraminibus inseruisse, quo iucundum odorẽ flores alliciant, atq; sic ex betonica syluestri mansuetã, & ex minus odora odoratissimã redditã. Vettonicã aliqui nominant ab Hispanis Vetonibus populis, vt ferũt inuentam. Sunt qui œnanthẽ existimant, nam floret cũ vite, alij graminis ἀγρώστεως speciẽ esse. Solum amat apricũ & tepidum & solis illustratu lætatur. Semine rarius seritur crebri⁹ surculis, vti de Rosmarino dixim⁹. Sed herbarij ineunte autumno sobolẽ à radice copiosã eruunt & patulis fictilibus, aut cophinis aut cadorum turbinibus pangunt in terra fimo putri saturata, & cũ hyemis gelicidia pręmunt, recõdũt sub tecta locis à frigoribus tutis. Cumq; serenat cœlum, solq; feruidus illuxerit, reuocant in apertum. Et cùm incesserit pluuia, aliquantisper madescere sinunt. Sæpè in hypogeis & cellis totam fruticare visum hyeme, loci tepore fauente. Nonnulli in areis ramulos radice vulsos figunt: & per hyemis frigora letamine muniunt, quò possint ab iniuria frigoris vindicari. Contingit eandem herbam vno anno candidum, & alio purpureum parere, & tertio colorum varietate pro-

Oenanthe.

promiſcuum. THRAS. En roſarũ varia genera labyrintho diſtincta & topiarijs, nũ & ſemine alũtur an ſurculo & trãſplantatiõe? MAR. Roſę, quę Græcè ῥόδα τα dicuntur, cę teris ferè linguis patria vox retinetur. hę variè plantãtur, Alij viua radice integras trãsferũt: alij euulſas vnà cũ radicib. palmari altitudine, conciduntq; tũ ipſas radices, tum quicquid ex ijs enatũ, omniaq; ſegmẽta plãtant cubiti diſtantia. Quidam coronas odoris gratia plicatas plantãt. Semine deſitum eſt ſeri, cùm alioqui poſſet. Serius enim ita prouenit, fruticibus igitur per ſurculos pedales diſponitur. Sed ante Cal. Martias, & interputari oportet, hoc modo culta multis annis durat. Seri nec pingui, nec argilloſo ſolo, nec riguo poſtulat, contenta ruderibus, proprieque ruderatum agrum amat. Foditur altius, quàm fruges: leuius, quàm vites. Roſa naſcitur ſpina verius, quàm frutice, in rubo quoque veniens. Germinat prima incluſa granato cortice, quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato paulatim dehiſcens rubeſcit, & ſeſe pandit in calycis medio cõplexa luteos apices. Plinius varia genera commemorat, Mileſia ardentiſsimo colore, Alabandica albicãtibus foliis, Spermonia viliſsima, Damaſcenæ albæ diſtillandis aquis vſurpantur. Dif- *Roſa.*

ferunt foliorum multitudine, aſperitate, leuore, colore, odore. Sunt, quæ quina tantùm folia, aliæ centifolia, neque odore, neque ſpecie probabiles. Odoris inditium ſcabricia corticis, vt Plinius tradit. Sunt pallidulæ, quas incarnatas & ꝓuinciales appellant. Hæ latiſsimè fruticant ſemel plantatę, gratiſsimi odoris. Roſaria Februario menſe cõſerũtur, q̃ ſulco breuiſsimo aut ſcrobib. ponenda ſunt, vel virgultis, vel etiã ſemine.

les & incarnatæ ro ſæ.

Seminaro ſarum.

Semina roſarũ, vt ſcribit Palladius, nõ ſunt medij floſculi aurei coloris, quos roſę ferũt ſed baccas nutriũt, quas in breuiſsimi pyri formã turbinatas ac ſemine turgentes poſt vindemiã reddũt maturas. quarũ maturitas ex colore fuſco, & mollitie æſtimat̃. Semel plantatæ diu durant, atq; emortuæ etiã veteres nouellas emittunt. Si plantarum indigus voluerit quis ex paucis habere copioſa, quaternũ digitorũ vel circiter gemmantes ſurculos cum ſuis ſarmẽtulis excidere, & in modum propaginis ſternere, ſtercoratu rigationibuſq; tueri debet. Vbi anniculi ſũt pedis ſpacio inter ſe diſtinctos trãſferre, luxuriantemq́; materiã omnem adimere, & crebris defoſsionib. exhilarare. Roſaria putari volunt, nã reſecatione fieri criſpiores, quę alioqui ſimplices futurę. Vſtione quo-

ne quoque proficere. Transſatione, vt vitis optimè ociſsimeq; prouenit, ſurculis quaternûm digitorũ longitudine aut ampliore poſt Vergiliarum occaſum ſata, dein per Fauonium tranſlata, pedalibus interuallis crebrò circumfoſſa. Antiqua roſaria in Februario circumfodiuntur ſarculis, & aridi-tas reciditur, & quæ rara ſunt, ducta virgarum propagine reparantur. Vt quinque di uerſos colores habeas roſarum vno ſtipite, eo tempore, quo gemmæ turgere incipiũt, ſuila ſubter genicula deorſum terebrato, ſtipitem aut ramum, & mox excoctũ berſilino ligno colorem panno indito foramini, & ad eundem modum alia ſtipitis parte viridem colorem, atque alio flauum, & ſic deinceps alios, quos velis colores, poſteà foramina fimo bubulo & limo terráue pingui obducito. Si roſam temperius habere voles, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, & aqua calida bis rigabis in die, atque ſic etiam Ianuario roſas habere poſſe Democritus promiſit. Roſas nondum patefactas ſeruabis, ſi in canna viridi ſtãte fiſſa recludas, vt fiſſuram coire patiaris. eoque tempore recidas cannam, quo roſas viridis habere velis. Aliqui olla rudi cõditas ac benè munitas ſub dio obruũt, ac ita reſeruãt. vita vigorque roſis manet, quæ amurca, ſic

sic merguntur, vt humor extet. Si ind esinẽter habere velis, singulis mensibus plantato ac stercorato, & semper habebis, vt Didymus tradit. Vt duplicem florem ferant rosæ, atque similes plures, è granis seminis duo aut tria in culmum indas, atque sic terra obruas. Si allium iuxta rosas plantaueris, odoratiores erunt. Maximè autem sicco loco plantatæ odoratiores fiunt. Refert cœli temperies. Quibusdam annis minus odorata prouenit. Rosam candorem contrahere, quæ sulphuris nidore suffiatur, cùm dehiscẽs in folia cępit euolui. Inter omnia rosarum genera maximè commendantur odore & gratia, quæ vocantur incarnatæ & prouinciales. Rosaceum oleum etiam Homero Troianis temporibus vsurpatum. Et aceto rosaceo hodie plurimus vsus. Lilium rosæ nobilitate proximum propter odorẽ & candorem eximium: Græci vocant κρίνον & λείριον. Itali giglio. Gallis flein de lis, Germanis Lilien. Græci perhibent è Iunonis lacte natum, respersa terra. Februario mense liliorum bulbi ponuntur, vel lilia iam ante habita sarrimus summa diligentia, ne oculos circa radicem nascẽtes, & minores bulbulos sauciemus: qui à matre distracti, atq; in alios ordines digesti noua lilieta formabunt. Sicut & rosæ, ita & lilia, odoratiora sunt

Incarnatæ rosæ.

Lilium.

sunt locis siccis consita. Lilia, vt & rosæ semel satæ diu durant. Est & rubens lilium, alibi hominum ingenijs factum. Nam si liliorum scapi arescentes in fumo suspendãtur, & nudantibus se nodulis deinde in fece vini nigri mense Martio macerẽtur, ita, vt colorem accipiant, moxque in scrobiculis serantur vini fece circumfusa, purpurea nasci. Viola Græca nomenclatura est ἴον: Viola nigra & purpurea, ἴον μέλαν καὶ ἴον πωρφυρῶν, Italis viola porporea, & viola mammola, Gallis violetes, violets de martz & caresme, Germ. Fiolen. Hæc etsi vulgo sylvestris circa sepes & muros proueniat: est tamẽ altilis etiam, sicut cætera olera, seriturq; plantis sicut holus. Sunt varia violarum genera & colore etiam distincta. Sed eadem ferè disciplina. THRAS. De oleribꝰ, voluptuarijsque plantis iam abundè mihi satisfactũ. De tertia, nempè medicarum, quas hîc quasdã videor, aliquid edisseras: nam & medicas tibi hortus tuus præbere videtur. MAR. Naturę placuit remedia quibuslibet malis vulgo exposita esse, sed fraudes hominum ingeniorumque capturæ officinas inuenêre, in quibus venalis hominum vita, vlceriq; paruo medicina à rubro mari atq; ex India petitur, cũ vera remedia pauperrimus quisq; quotidie cœnitet. Nam si ex hortis petatur medi-

Viola.

Medica planta.

medicina, nulla artiũ vilior erit. Nosti quid Cato tuus, & quot remedia Brassicæ quotidiano oleri tribuat. THRASYB. Memini, nam & se familiamque ex horto curare cõsueuisse traditum. Sed quænam isthæc herba caule longiusculo, foliis in cacumine subnigris, oblongis atq; serratis? nimè fallit iudicium, consiliginem esse dixero, cui radicula pecoribus mederi solemus. MAR. Maximè. Veratrum ais, Græcis ἐλλέβορος, etsi
Veratrum duplex est, aliud albũ, quod Germani Nyswvurtz, vvranckraut vocant: aliud nigrum, kristvvurtz quod circa Natalem Christi floreat. Itali, Galli, & Hispani ferè Græcum retinent nomen. Radicem huius plantæ pecoribus & iumentis vel in auriculã, vel pectori inserunt, quoties pulmaria & alijs quibusdam morbis laborant. Columella con-
Consiligo. siliginem appellasse creditur. Hortensis nõ nisi sata prouenit, duratq; diu, amat loca frigida & aspera. Non procul est & alia herba remedijs ac medicina nobilis Angelica,
Angelica. Græcis μόρρις creditur appellata: & Latinis myrrhis sit nec ne, herbarijs iudicãdum relinquo. Italis, Germanis & Gallis Angelica dicitur, eius radix, quia pestilentiæ resistit, & alijs pluribus facultatibus prędita in hortis colitur, semelq; sata restibilis durat, prouenit & montanis locis syluestris, floret Iulio

ſio & Auguſto. Huc pertinet & Helenium *Helenium*
λένιον, Italis Enula, alias Enela, Germanis A- *Enula.*
ant, Gallis aulne. Hæc quoque valetudinis
conſeruandę gratia certis remedijs colitur
n hortis, ac propagine pangitur radicis
gratia, prouenit & montanis, vmbroſis &
iccis locis. Aeſtate radix eruitur, & conci-
à ſiccatur: hodie enula campana dicitur, *Enula cã-*
lore eſt luteo, folio verbaſci, ſed albican- *pana.*
e & altera parte lanuginoſo. Abſinthium *Abſinthiũ.*
tſi paſsim ſponte ꝓfiliat, tamen hoc, quod
ides, Seriphiũ dicitur: vel, vt alij ponticũ,
oſtri Romanũ vocant Romſche vvermut,
talis aſſenſo, Galli aluine & abſince, id hor
is colitur apud nos, credituŕque efficaci⁹.
abinam ſiue Sauinam, quã colimus in hor
s, ad varios vſus etiam iumentorum labo- *Sabina.*
antium remedijs, Græcè βραθυς dicitur.
Germanicè Scuenboum. Italicè nomen re-
net Latinum. Gallicè Sauiniera vel Saui-
ier, folijs cupreſsi ac Iuniperi, perpetuò
irentibus. Eſt duorum generum, altera
maricæ ſimilis, altera cupreſſo. Arbor
latum magis diffuſa, quàm procera,
accas fert. Autumno colligi poſſunt fru-
tus vel alio quouis tempore. THRASYB.
t videmus hortos varijs vitijs, & beſtijs
aſtari, aduerſus hæc quónam remedio vte
s? MAR. De vitijs ſoli curandis & aridita-

te

te nimia, atque humiditate sarcienda initiò dixim⁹. Quod ad bestiolas attinet, quæ herbis nocere solent, inter eas præcipuè sunt erucę, limaces, talpę, sorices, culices, atq; formicæ. Sunt, qui tradant; si fuligine semina misceantur, aut ante sationem succo herbę sedi, vel semper viui macerentur, nihil sic medicatis nocere erucas. Item erucę arboribus aut oleribus non hærebunt, si rorę aquæ perfuderis, in qua vitigineus cinis maduerit. Adde fasciculis allij, sine capitibus per horti spacia combustis, eo nidore vinci erucas. Nasci prohibẽtur, si circa arborum olerúmue crura bitumẽ & sulphur ignem non expertum accendas. Idem de lixiuio è ficulneo cinere traditum. Formicas frugũ aceruos non attingere nec etiam plantas, si creta circumscribantur, vel cinerẽ cochlearum crematuram in foramen mittas. Atq; etiam si aliquæ captę crementur, odore fugantur. Si oleo Cyrenaico lasere perfusum cuniculis aspergitur prorsus extingui tradunt. Arbores nõ attingere, si caudices lupinis amaris, vel bitumine ex olea aspergas. Erucas conuenit excutere ab herbis vel vesper vel manè, cùm adhuc torpent. Item aqua cũ anetho per horti spacia, cũ infrixit diffũdenda, & erucę necabũtur. Proditum est, si cicer circũferatur, erucas non nasci, ꝙ si iã

aduersus erucas remedium.

Contra erucas.

nata

natæ, succum absinthij decoctum funden-
dum. Bubulum stercus suffitũ culices per- *Culices.*
sequitur, etiam sulphure abiguntur: spon-
gia quoq; aceto imbuta conuolutaq́; culi-
cum agmina, cùm appenditur, ad se trahit.
Item ventriculum ouis recenter occisi non
elotum, sed cum suis sordibus spacio, quo
blattæ, aliæúe bestiolæ abundant, non altè,
sed superficie tenus operire oportet, post
biduum inuenies omnia animalia ipsa ven-
trem compleuisse, id iterum atque tertiò fa
ciendum, vt extinguantur. De talpis fugã- *Talpæ vt*
dis vel necandis tradit Græcus Sotion, Nu- *fugentur.*
cem vel aliud pomi genus eiusdem solidi-
tatis perforandum, atque ibi paleas & ce-
driam cum sulphure sufficienter includen.
da, & omnes aditus paruulos, ac reliqua spi
ramenta talparum, ne fumus exeat, obstru-
enda, reseruato vno tantùm foramine, in
cuius aditu nux recisa sic ponenda, vt ab v-
na parte possit flatus accipi, quo cedriæ ac
sulphuris odorem diffundat, sic impletis fu
no cuniculis talpas perimi. Talpis quoque
capiendis decipula paratur. Tumulo recẽ-
ti furcula imponitur, quæ ligurioso cõmis-
sã, atq; sic fisso, vt tanquàm vagina aliud li-
gnum instar cultri excipere possit, huic iun
gitur in cuniculis lignũ quasi lingula, quæ

foris clauicula tẽditur, vbi talpa lingulam calcauerit, quasi forcipe excipitur. Mures capiuntur, si amurca spissa patinæ infundatur, & in domo nocte posita huic appropinquantes adhærebunt. Item helleboro nigro caseus mistus vel panis, vel polenta vel adeps mures necat. Acro acetum succo iusquiani mistum fertur olerum pulices perdere, si spargas. Bestias nullas nocere, si fluuiales cancros, plurimos vel mortuos in fictili aqua mergas, & sub dio ponas, vt decem diebus sub sole vaporentur, postea herbas perfundas. Sed nimis diu te remoror in hoc malè culto horto holerario: si libet, pomarium ingrediemur vicinũ. THR. Non detrectabo, etiamsi hîc florum herbarumque & color, & odor, & sepimentum denique ipsum suis veluti aulcis viridantibus cinctum, me non inuitũ retinet. MAR. Singuli horti suas habent & sepes & fossas nimirum vt & à pecorib., & hominibus nocturnis tuti, id quod initiò indicauimus vbi de sepiendis hortis agemus. TH. Omnia bellè vndecunq; arridենt. Pape, quàm nitidus, quamq́; eleganter consitus locus! Alcinoi pomarium me intueri videor, arboribusq́; ipsis partim alueolato scacatoq́; ordine, partim in quincũcem directis, qui, quemcunq; ordinẽ spectaueris, rectus es-

Mures capiẽdi ratio

Pulices olerum.

De pomario.

Scacatus & alueo latus ordo.

Cyri te ſolertiam ſuperaſſe apparet: Lyſander ſi in hunc veniſſet hortum, longè maori admiratione adduci potuiſſet, quàm n Cyri hortis. MARIVS. Certè ſplendorem regium neque ambio, neque conatus ſum exprimere, ſed qualemcunque induſtriam diligentis hortulani æmulatus ɔro noſtribus opibus (vt dicitur) mœnia :ōdimus. Ipſe magna ex parte metitus ſum ɔos ordines, plurimæ quoque arbores mea nanu vel inſitæ, vel plantatæ: Veteres ænulatus, quos pomariorum hortorumque colendorum Philoſophiam religiosè :xercuiſſe conſtat, adeò, vt exiſtimem arɔores ſyluasque tanquam ſummum homini munus datum. Siquidem præter honeſtam voluptatem, quam illę nobis præbent, :tiam alias innumeras vtilitates ex ijs à boɔorum omnium largitore conceſſas fatei oportet. Ac primùm homini alimentum & cibi ac potus, deinde harum fronde mol ior ſpecus, libro veſtis, vt Plinij verbis vtar, tq; hæ vtilitates etiam Ethnicis celebratę, ɔobis aũt verum Deũ agnoſcẽtibus, cui oẽs reaturas homini in dominium datas acceɔtas referre conuenit, altiorẽ & reconditã nagis cõtemplationem ſacra philoſophia ũbminiſtrat. Nam antequã hominem creaet Deus, de victu & veſtitu, puidere volẽs,

Quincuncialis ordo

Arborum donum.

produxerat de humo lignum pulchrum visu & suaue ad edendum, lignumque vitę in medio pomarij. Deinde arborem condidit ad sciendum bonum & malum, nimirum, vt Adam haberet signum certum cultus & reuerentiæ erga Deum, vbi tanquam in tẽplo Dominus Adæ concionatus fuit, atque ipse, si in innocentia perstitisset, Adam post refectiõem ex arbore vitæ prædicasset Deũ cum suis posteris, & gratias egisset pro tradito creaturarum dominio super terram, vt canit propheticus psaltes. Id aũt, ꝙ nobis ad tantum bonum diuina benignitate concessum posteritas impia in idololatriã vertit, arbores & lucos gentilium dijs consecrans. THRAS. Theologizare mihi videris. MAR. Certe id hîc maximè cõuenit, nimirũ creatorem in creaturis agnoscere, & per visibilia æternam beneficentissimam largitoris potentiam, bonitatem, ac diuinitatẽ cõtemplari, ac prędicare decet. Verùm de his aliâs. Arborum autem vsus, vt dixi, haud dubiè & voluptatem & vtilitatem nobis præbet. Quare hęc rei rusticę pars nequaquàm negligenda: siquidem Columella virgultarum arborumque curã inter præcipuas rei Rusticæ functiones esse tradidit: cui sententiæ Poeta succinit.

Lignũ vitæ Arbor boni et mali sua

Hactc-

Hactenus aruorum cultus & sidera cœli:
Nunc te Bacche canam.

THRAS. Amabò igitur te, ediſſeras nobis arborum plantandarum cõſeruandarumque rationem. MAR. Conſideamus igitur ſub opaca hac vite, quæ & vinum & vmbrã prębet iucũdiſsimè. THRAS. Placet. MAR. Arborum ſpecies diuerſæ & multiformes. Aut enim ſponte, aut ſemine, aut ab radice proueniunt, quod ſubdit idem Poeta: *Arborum ſpecies.*

Pars etenim poſito ſurgunt de ſemine.
Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſylua.

Aliæ ſponte ſua proueniunt, plurimæ ſatæ naſcuntur. At eę, quę non ope humana, ſed ſylueſtres & feræ gignuntur, ſui cuiuſq; ingenij ſemina gerunt. Verùm quibus labor adhibetur, magis ſunt aptæ frugibus. Rurſus quædam ſunt, quæ ſemper virent, neq; hyeme etiam folia deflua habentes, à Conſtantino enumerantur palma, citrium, lentiſcus, laurus, olea, cupreſſus, ſiliqua, pinus, ilex, buxus, mirtus, cedrus, iuniperus. Externas arbores indocilesque naſci alibi, quàm vbi cœpêre, noſtroque cœlo incognitas relinquimus. *Arbores ſemper virentes.*

De eo genere primùm dicemus, quod nobis alimenta præbet. Idque tripartito diuiditur. Nã vel arbor è ſurculo naſcitur vt olea, vel frutex vt palma campeſtris: vel tertium, quod nec arborem, nec fruti- *Arborum fructifera rum partitio.*

cem dixeris, vt est vitis. THRASYBVL. De singulorum disciplina audire gestio. Nam artis non vulgaris existimo & herbarios hortos, pomiferasque arbores, ac vineas tam scitè conserere. Mira industria vsus mihi videris, quòd vitibus oleas, ficus, amygdalas, prȩcocia interseueris, pomariũ quoque sepimento fossaque à vinea, & vtrunque ab horto herbario fossis ac sepimentis secluseris. MAR. Sic exposcere videbatur vsus, ne familia in vno occupata in alium irrumperet nobis inuitis. Primùm, si libet, de earum cultura differemus, quæ alimenta nobis præbent: pòst etiam syluestrium syluarumque conserendarum disciplinam meam explicabo. Principio, vt Columella noster testatur, idem locus & vineæ & pomario conuenit, vti etiam hîc cõiuncta vides, & si accliuis & montosus atq; inæqualis vineis magis congruat, quàm pomario. Locus igitur pomarium constituere volenti idoneus deligendus, solumque fȩcundum, & æquale atque apricum. Eo autem delecto eundem munire oportet, vti suprà de hortorum sepimentis dictum, vt à pecorum hominumq; iniuria tutus sit. Nã & si calcatio & fimus pecorum non inutilis esset arboribus, tamen, si vel à pecorib. prȩrodantur, vel atterãtur, vel p̃fringantur antequam

tequã adoleuerint, facilè corrũpuntur. Locum igitur munitũ conſerere volẽs in pomarij vſum, ſcrobes ante annũ fodiat, ita ſole & pluuia macerabũtur, &, quod poſt poſueris, citò comprehẽdet. Sed, ſi quo anno ſcrobes feceris, etiam ſemina ponere velis, minimum ante duos mẽſes ſcrobes fodito, poſtea ſtramentis eas cõpleto & incendito. Quò latiores patẽtioresq́; ſcrobes feceris, eò lætiores vberioresq́; erunt fructus. Scrobos clibano ſimilis erit, imus q̃ ſummus patentior, vt laxius radices euagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq́; æſtate vaporis per anguſtum os terræ admittant. Tum etiã cliuoſis locis terra, quæ in eum congeſta, non abluitur. In diſponendis arboribus arbuſtisq́;, ac vineis quincuncialis, ſiue reticulata alueolataq́;, & ſcacaria ſymmetria ordinumq́; ratio vulgata neceſſaria, non perflatu modò vtilis, verũ & aſpectu grata, quocunq; modo intueare, in ordinẽ ſe porrigẽte verſa, quod huc quoq; prodeſt, vt terræ ſuccum ęqualiter trahant arbores. THRA. Id iam paſsim video arboratores obſeruare, vt è ſeminarijs plantas transferentes, ita ſtellatim decuſſare norint ordines, vt in quamcunque te verſes partem, rectam ſemper ſeriẽ videas, nuſquã obliquante proſpectu. MAR. Quincuncialis ordinis duplicẽ

ratiõem obſeruaui, alteram quadrã, quaſi alueolatam & ſcacariam, ab alueorum luſoriorum pictura formam mutuantem: alteram reticulatam, non in quadras, vt prior, ſed in rhombos diſpoſita vitreis feneſtris ſimiles, & retibus. Vnumquemque ordinem ſuo generi relinquere conuenit, ne à valentioribus infirmę opprimantur. Arbores paribus interuallis ſerendę, vt cùm creuerint, ſpacium habeant, quò ramos extendãt. Nã ſi ſpiſsè nimis poſueris, neq; infrà quicquã ſerere poteris, nec ſic ipſæ fructuoſę erunt, niſi eas interraſeris. Itaque placet Palladio minimùm tricenos pedes relinqui. Generatim diſponere arbores vtilius, vt inter maiores minores interponantur, ne aliæ alijs veluti luminibus & ſtillicidio officiant, ita tamen, ne imbecillę à valentioribus premantur, vt pote quæ nec magnitudine, nec viribus ſint pares, neque pariter creſcant. Punicas & myrtos denſius ſeri in pedibus tantũ nouenis: Malos amplius paulò, magis etiã pyros. Sed ſunt varia genera, magis etiam amygdalas & ficus. Et quoniam pleriſque arboribus natura, familiaritas, & amicitia, atque Sympathia intercedit, vt illæ vicinæ iungantur, vt vitis cum olea, punicę cũ myrto: Ediuersò diſiungendas, quibus natura mutuum odium, quale eſt viti cum corylo &

Sympathia arborum.

lo & lauro. Sunt quædam, quæ veluti coniugio binæ amant seri, qualis est castaneus. *Stillicidia arborum.*

Plurimum etiam stillicidia, quæ quibusdã grauia sunt, nocent, pini enim, quercus & ilicis ponderosissima. Addo vmbram officere quarundam arborum, veluti iuglandis grauis & noxia etiam humano capiti, & pini necat germina, ventis tamen vtraque resistit. Melius igitur in margine pomarij cõstituentur, vt inferius vberius dicetur. De loco atque ordine fortè satis: Plantandi serẽdiq; rationem expectas, vt pergam explicare. THRA. Quodnã tempus existimatur magis plantandis & inserendis arboribus idoneum? MAR. Plantationis tempus cùm primis idoneum autumnale tradit Florentinus. Natura igitur tum circa inferiora magis operatur, sicut verno tempore circa superiora: Quare insitio verno cõuenit, plantatio autumnali tempori atque hyemali: Siquidem per totam hyemem plantæ rigãtur, atque ideo statim post Pleiadum occasum plantandum, vsque ad solstitium hyemale. Vere plantanda, quæ autumno prætermissa. Quocunque tempore fiat, curandum, vt post meridiem ab occasu æquinoctiali flante vento fiat, luna decrescente ac sicca. Mirum in modum augeri vbertatem: effectusq; eius obseruatione tali Plin. tradit:

Vmbræ arborum.

Plantandi tempus.

Insitionis tempus.

Temporis in plantando ratio.

Lunaratio

dit:Si enim augeſcēte luna arbor plātetur, vehementer augeſcit:Si decreſcēte, humilis quidē, verùm robuſtior erit arbor. TH. *Genera plantandarum arborum et inſitionum.* Sed ſuntnè varia genera plantādi ſerēdiq;? MAR.Maximè:aut enim inſitione, aut ſemine proueniut, aut plantis radicis,aut ,ppagine,aut auulſione,ſtolonib.,& talea,emplaſtratione,& inoculatione: Quędā pluribus generib.ſeruntur,quędā omnib. Apud Babylonios folia arborū ſeri,atq; ita arborem prouenire traditur. De inſitiōe primū, pòſt dereliquis dicetur generib. *Inſitiōum genera.* Sunt qui trib. generibus inſitionem cōplecti putant, aut enim ſub cortice, aut in trunco conſciſſo, aut emplaſtro. Primum encentriſmon,hoc eſt, inſitionem: ſecundum emphylliſmon, quaſi infoliatiōem:tertium enophthalmiſmum vocant, noſtri inoculationem. *Quæ inter corticem et lignum.* Quæ dēſiori ſunt cortice, atq; è terra copioſum ſugunt humorem, ſub cortice melius inſeruntur, quales ſunt ficus,ceraſus,olea. Quę autem tenui cortice cinguntur, pauciore humore contentæ, & foris exuccæ, tanquam humor relicto cortice in interiorem medullam ſe recipiat, quales citrea,malus, vitis,& aliæ cōplures, fiſſo ligni medio ſurculi infiguntur. *Quæ fiſſo ligno inſerā tur.* Inſeruntur autem aliæ alijs arboribus felicius: nam ficus rectiùs moro inſeritur & platano, morus caſtaneæ & fa- *Quæ quibus inſerā tur.*

go,

go, malo, pyro ſylueſtri, terebintho, vlmo, albæ populo, quo coniugio candida naſci mora proditum: Eidem trunco inſeruntur pyra, cydonia, meſpila, ſorba: pyrus inſeritur punicæ, malo, cotoneo, moro, amygdalæ: Si pyri ſurculi moro figantur, rubra pyra creabuntur: malus inſeritur omni pyraſtri generi, ſalici, populo. Eadem cotonei coitu fęcundata poma dabit, quę Gręci melimela vocãt: Similiter & pruno adigitur, ſed initio platani cõſortio rubra mala producit. Meſpilus ſi ſpinis inſeratur, planta augeſcit, trũco exiguo manẽte: pino ſi inſeratur meſpilus, fructum edet dulcem, at non durabilẽ. Perſica in ſpina inſita grandiores profert fructus, atq; etiam fago: Amygdali & Perſici ſurculi ſi cum gemmis coniuncti inſerantur in pruno, fructus carnem Perſici & nucleos amygdali proferet. Nux in arbutum ſolam inſeri vult, cæterarum ferè ſocietatẽ horret. Punica varijs arborum adulterijs gaudet, vt ſalicis, lauri, fraxini, damaſcenæ, pruni & amygdalæ, quibus omnib. miſceri lætatur: Damaſcena ſylueſtri pyro cuiuſcunq; generis, cotoneę, malo & pomo impacta coaleſcit, Caſtanea iuglandi, fago infixa comprehendit, Ceraſus nec perſici nec terebinthi reſpuit hoſpitiũ, nec cõtrà ceraſi terebinthus & perſic⁹, Cotonea oxyacãthæ conſor-

Pyra, vt rubra prouenient & poma.

Perſici carom amygdali nucleo.

consortium non aspernatur, Myrtus salici inseritur, & prunus damascene & thasię nuci, hoc est, amygdalæ, Citria malus cùm vestiatur tenui libro, vix subter cutem recipit aduenam surculum, id eò in nutritione parentis sinu potius alitur. Insitam cerasο vitē vuas vere ferre promittit Florentinus, eandemque oleæ impactam fructum producere, qui vtriusque parentis adoptione elęostaphylos dicitur. In summa inserūtur nouellæ arbores, quibus succus in cortice, si maior est, circa radicē melius inseretur, vbi cortex & lignum beneficio soli adhærentis humescit. Inserere igitur volēs siue in trūco siue inter corticē & lignū, surculos quærat ex arbore feraci, tenera, nodisque crebra, eque nouello germine, nisi vetustæ arbori inserendum sit, huic enim robustiores cōueniunt, aliâs nouelli meliores, qui iā semel atq; iterum fructum feliciter reddiderunt. Sumendi autem ab ea arboris parte, quę Aquilonem, alijs placet, quæ orientem æstiuum spectat, potius quā quę vmbris tegatur. Virgil. è cacumine seri vetat, meliusque ex humeris arborum peti: breuiter, surculi seu calami sint prægnantes, hoc est, germinatione turgentes, de nouo nati, leues, integro libro, benè & celeriter comprehendentes. Nouelli, nempe anniculi, quod indicat

Elæostaphyli.

Surculi, quales deligendi ad inserendū.

dicat internodium seu geniculum, singulorum annorum incrementum distinguēs. *Internodia.*

Porrò surculi nō omnium stirpium ijsdem partibus petuntur: nam vitibus ficisq; media sicciora, & summa parte conceptus, ideò illinc surculi petuntur, oleis circa medias succus, inde & surculi cacumina sitiūt: facilimè coalescunt, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia eiusdē horæ germinationem succorumque societatem habent. Surculos finiente luna decem dies ante insitionem legendos volunt. Causam addit Constantinus, quod necesse sit surculum emarcescere modicè, vt melio ab hospite recipiatur. *Tēpus inserendi.* Verno tempore insitio facienda, nempè à Martio, cùm iam gēmæ turgere incipiunt, nondum tamen florentes, licet pyrum vel florentem inserere liceat, atque in Maium protendere insitionem. Insitioni imber vtilis, infoliationi inutilis. Olea, cuius diutissimè oculi parturiūt, minimumq; succi habent sub cortice, qui nimius insitis nocet, quare in Maio vsq; Iunium Florentinus inserendas docet. Columella circa æquinoctium vernum vsque in Idus Apriles oleam inserendam tradit. *De modo inserendi.* Estque insitio facienda luna crescēte, post meridiem ac sine vento austro. Quæsito inuētoq; idoneo surculo, paratāq; acuta falce,

aut

aut cultello bona acie, ſurculus infrà eius anni internodium tribus aut quatuor digitis, hoc eſt, tanto interuallo præcidendus, vt cuſpidem inſerendã præbere queat, vtq; extremum, ſiue id verticillum, ſeu geniculum voces, quod proximi anni incrementum indicat. Eam ſurculi partẽ, quę infra internodiũ, vt diximus, ſalua medulla inſtar calami ſcriptorij ab vtraq; parte in cuſpidẽ exacuatur, ita vt lignum ligno, cortex cortici committi poſsit. Quo facto, ſi trunco inſerere velis, eundẽ prius mediũ acuto ferro findito, ita vt fiſſura trium ſit digitorum aut circiter, atq; vt huc cuſpidem deraſam in commiſſuram mittere commodè queas, cuneum præparatũ habeas vel ferreum, vel è ligno duriuſculo, oſſeum Plinius mauult. Cuneus ab vna parte planus, ab altera conuexus erit, cùm inter corticem inſerere velis, & ſurculum ab ea parte, qua truncũ cõtingit, abraſum eſſe cõuenit, vt diximus, ne tamen medulla lædatur, altera parte exteriore ſolo libro ablato, quem prius in fiſſurã vel trunci, vel inter corticem & lignum imprimas tantiſper, dum ſurculus cortice tenus cum cortice trunci committatur. Sunt qui trianguli modo cuſpidem exacuãt, ita vt duæ partes nudatæ cortice, tertia tecta maneat: Eo modo bini ſurculi mittuntur in eundem

Verticillũ Geniculũ.

eundem truncũ è regione ab vtraq; fiſſuræ parte, atqui vnum tantùm inſerere ſurculũ pręſtare putatur. Vbi ſurculum in foramen, quod cuneo factum demiſeris, cuneũ velli. to. Sed hîc opus diligenti libraměto. Quare vtraque manu deprimendum calamum vel ſurculum putant periti hortulani, ne vel faſcia corticis rumpatur, vel calamus lędatur, aut inæqualiter ſubducto cuneo mergatur. Quare aliqui prælig are ſolẽt marginem, & poſtea cuneum figunt, continente vinculo libertatẽ dehiſcendi. Validius demiſſos tardius ferre, forti⁹ durare: cõtrariũ ediuerſo, ne dehiſcat nimium rima, laxeq; capiat, aut ne parum exprimat, aut cõpreſſum necet. Ceraſos libro dempto findi ad inſerẽdum, hæ ſolæ etiam poſt brumam inſerũtur. Demiſsis ſurculis vimine arborem aſtringito, poſtea paleato luto benè ſubacto plagam oblinito, & ſpacium, quod eſt inter ſurculos vſque eò, vt duobus digitis inſita extent, ſupra lutum muſcum imponito, & ita alligato, ne pluuia dilabatur, aut vento & calore lędatur, is modus & veteribus & noſtris temporib⁹ obſeruatus: Licet Columellæ ætate, vt è ſcriptis eius apparet, non niſi inter lignũ & corticem inſeri ſolitũ, quòd priſci truncum findere metuerẽt, vt Plinius teſtatur, mox inforare arborem, atque

Veteres truncum findere metuebant.

atque ipsi medullæ inserre calamum ausi, tandem etiam findere cępisse. Cato argillæ vel cretæ arenam fimumque bubulum admisceri, atque ita ad lentorem subigi iubet, idque interponi & circumlini plagæ. Inseruntur, & inuersi surculi, cùm id agitur, vt minor altitudo in latitudinem se fundat.

Inuersi surculi insitio

Inserere optimum proximum terra, si patiatur trunci nodorumq; ratio, & eminere calamos non amplius sex digitis Plinius vult. Si pusillã arborem inserere voles, iuxta terram abscindito, ita vt sesquipedem à terra extet. Cùm abscideris, plagam diligẽter leuato. Calami vel surculi si longius perferendi, rapo infixos optimè custodire succum creduntur, seruarique inter duos imbrices iuxta riuos vel piscinas vtrinq; terra obstructos. THRAS. De Emplastratione et inoculatione, hoc est, enophthalmismo atque infoliatione, quam ἐμφυλλεισμὸν vocatis, audire gestio, quo genere iam hos, qui nouis moribus fauent, vti video. MAR. Hoc genus non pridem repertum, sed & apud veteres tam Græcos, quàm Latinos vsurpatum reperimus, cùm gemma exiguo cortice exempta in aliam arborem pari spatio delibratam inserimus, quod genus Columel. ait agricolas vocare emplastrationem vel inoculationem. Et ante Colum. Theophr.

Calami quomodo seruẽtur diutius.

De Emplastratione, & inoculatione.

in

n ſuis libris de cauſis plantarum inoculādi
atiōem prodidit. Plinius monedulam, in-
quit condētem ſemina in theſauros cauer-
narum eiuſdem rei præbere cauſam, atque
hinc nata inoculatio ſutorię ſimili fiſtula a-
periendi in arbore oculum cortice exciſo,
ſemenque includendi eadem fiſtula ſubla-
tum ex alia. Hoc autem inſitionis genus æ-
ſtiuo tempore circa ſolſtitium optimè vſur
pari Col. teſtatur, & noſtri hortulani idem
fatentur. Didymus tamen ſe feliciter idem
genus vſurpaſſe circa æquinoctium vernū
proditur. Et cùm ſit ſubtiliſsimū non omni
arborum generi idoneum eſt, ſed quæ hu-
midum ſuccoſumque & validum librū ha-
bent, quales ſunt olea, perſicus, ficus: hæc
enim lactis plurimum mittit, & corticé ro-
buſtum habet. Ex arbore, de qua inſerere
velis, nouellos & nitidos ramos eligito, in
ijſdemque obſeruabis gemmam, quæ ger-
minis certam ſpem præbere videatur, eam
duobus digitis quadratis circūſignato, vt
gemma media ſit, & ita acuto ſcalpello cir-
cundato, delibratoque diligenter, ne gem-
mam lędas, ſcutulamque eximito. Poſtea
item alterius arboris, quam emplaſtaturus
es, & nitidiſsimum ramū eligito, & cuiuſ-
dam ſpatij corticem circumcidito, materi-
amque delibrato, deinde in eam partem,

quam nudaueris, præparatum emplastrum aptato, ita vt alteri delibratæ parti conueniat, sic compage densata, vt cicatrici locus non detur, & statim vnitas fiat, non humorem, non afflatum recipiens. Curandum, vt lignum integrum inuiolatumq; seruetur, & vt cortices crassitudine pares sint. Vbi ita hæc feceris, circa gemmam benè alligato, cauetoque ne lædas ipsum germen: Deinde commissuras & vincula luto oblinito, spatio relicto, vt gemma libera vinculo nõ vrgeatur. Arboris autem insitæ sobolem & ramos superiores præcidito, ne qd sit, quo possit succus auocari, aut ne cui magis, quã insito, seruiat. Post vnum & viginti dies soluito emplastrum, & reperies externi seminis gemmam mirã in arboris alienæ membrum transisse. Licere etiam infoliationem citra oculum in alteram trunci partem facere docet Didymus. Aliud genus insitionis Columella refert: Gallica terebra medulla tenus aut ad corticem alterum vsque arborem perforandã, plaga interius leniter inclinata, educto autem omni scobe, vitem, vel ramum præstantioris vitis non ab antiqua matre decisum ad modum foraminis impressi extremum corticem delibratum, succidum tamen & humentem strictè imprimendum vna aut duabus gemmis solis relictis

Gallica terebra insitionis genus.

lictis, pòst argilla & muſco locum diligenter operiendũ, terræq; committendum: Ita & vites in vlmo inſeri poſſe commiſſas. Sic ſarmentũ viuet tum è veteri parente nutritũ, tum viti, quæ ipſum ſuſcipit, coalitũ. Intra annos duos ſarmẽtum immiſsũ coalitũ poſt cicatricem inductam deciditur, & trũcus vitis, in quo inſitio facta, quãtum ſupra terebrationẽ extat, ſerra deſecatur, atq; ſarmẽtum inſitũ deinceps præcipua vitis pars erit. Id noſtrates aliqui in fago nouella hominis craſsitudine pſtanti ligno, eaq; reſecta terebrataq; experti, pyri ac mali ramos inſeruerunt humidæ telluri cõmittentes in Martio, atq; ſequentis anni eodẽ menſe exempto fagino trũco, eundẽ inter foramina & ſurculos ſerra diuidunt, atq; ſingulos ſurculos cũ ſuo trũco in ſolũ pingue ac frugiferũ mittunt. Sunt, q inſitionis genus nouum, aliud nõ multũ ſuperiori diſsimile iactant, cuius tñ Africanus meminit apud Cõſtantinũ, quod in perſico compertum, nempe ſalicis ramum brachij craſsitudine ſolidum, longum cubitis duobus aut amplius, terebrari iubent in medio, & plantã perſici in eodem loco, in quo conſiſtit, ſpoliatã ramis ſolo capite relicto per ipsũ ſaligni manubrij foramẽ induci, tunc eundem ſalicis ramũ terræ capite vtroq; demerſo, in arcus

Alius inſitionis modus

similitudinem debere curuari, foramen luto, musco, vinculis stringi: Anno deinde exacto, vbi infra medullam salicis caput plantæ cohæserit, vt vnitas sit ex duobus mista corporibus, plantam subtercidi atque trãsferri, & terram aggerare, quæ arcum salicis cum persici cacumine possit operire: hinc persici poma sine ossibus nasci. Hoc genus locis humidis conuenit: & salices aquationibus adiuuãdæ, vt natura ligni vigeat. Propagationum genera Plinius commonstrat duo: pri⁹, ramo ab arbore depresso, in scorbem quatuor pedum quoquò, & post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum. Quas si longius ferre libeat, in qualis statim aut fictilibus defodere propagines aptissimum, vt in ijs transferantur. Alterum genus luxuriosius radices in ipsa arbore sollicitando, traiectis per vasa fictilia, vel qualos ramis terraq; compactis, atque hoc blandimento impetratis radicib. inter poma ipsa & cacumina (in summa enim cacumina hoc modo petũtur audac ingenio) arborẽ aliam longe à tellure faciendi eodẽ, quo suprà biennij spatio abscissa propagine & cum qualis illis sata: sic seri sabinam herbam, & Rosmarinum propagine & auulsione. Colu. tradit rationẽ, qua surculos omnis generis in quaslibet arbo-

Propagationum genera.

res inſerere queas. THRAS. Et auulſione ſe-
runtur quædam. Ipſe ramum mori ex arbo *Auulſione quæ ſeran tur.*
re auulſum, & extremum paululum mal-
leo contuſum in terram defodi, & in arbo-
rem excreuit: idem in pomis & pyris obſer- *Stolonũ plantatio.*
uatum aiunt. MAR. Benè mones, idque na-
tura commonſtrauit, vt auulſi ex arbore ſto
lones viuant. Quo in genere & cùm par-
ui ſunt, auelluntur, partemque aliquam è
matris quoque corpore auferunt ſecum
fimbriato corpore. Hoc modo plantantur
punicæ, coryli, mali, ſorbi, meſpili, pruni, fi-
ci, imprimisque vites, nonnumquam & ce-
raſi, zizyphon, myrtus. Plantantur & ramis
ic talea, amygdalus, pyrus, morus, citoreũ,
olea, cotonea, hedera, zizyphum: Et hæc *Talearum plãtatio.*
tranſplantata meliora redduntur. Plinius
ait, ſurculos abſciſſos primùm ſepis cauſa
fieri conſueuiſſe, ſambucis, cotoneo & ru-
bis depactis: mox & culturæ, vt populis, al-
nis ſalici, quæ & inuerſo ſurculo ſeritur.
ſam eæ ibi diſponuntur, vbi libeat eas eſſe.
Obſeruandum, vt taleæ è feracibus fiant ar
boribus, ne curuæ, ne ſcabræ, aut bifurcæ,
néue tenuiores, quàm vt manum impleant,
ne minores pedalibus, vt illibato cortice,
atque vt ſectura inferior ponatur ſemper
eo, quod erit ab radice, accumuleturque
germinatio terra, donec robur planta ca-

piat, vt Plinius tradit. TH. Restat è semine serēdi disciplina. MAR. E semine natura, vt idem Plinius tradit, cōserere docuit, raptim auium fame deuorato semine, & alui tepore madido abiectoq; in arborū lecticis, sæpeq; translato in corticum rimas: Vnde videmus platanum in lauro, laurum in ceraso nasci, & cerasum in salice. E semine plurimę seruntur arbores, quæq; sua sponte è decidente semine, & non aliter proueniūt, vt castaneę, nuces, iuglādes. Columella feraciores tradit esse, quæ seminibus, quā quę plantis ponuntur, aut ramis. Quędam in arboribus seri postulant, terram recusant, cùm suā sedem non habeant, in aliena viuunt. Semine plurimùm plantantur nuces, amygdalæ, pistaceon, castaneę, damascenū, prunus, strobylus, palma, cupressus, laurus, malꝰ, pyrus, acer, abies, cerasus, pinus, chrysomela, præcocia: plantatæ tamen meliores reddduntur. Quædam ex his, & insitione, & alijs modis propagantur. Nam experientia compertū nuces, & terebinthū inseri, quod & Demageron tradit: neq; vno modo semina seruntur, vt suis locis dicetur. Alia macerātur antè, alia idem non postulant, quædam macerantur triduo aqua mulsa, inde autūno terra obruuntur vsque in Martium, atque tum seruntur. Nuces solùm liquido fimo pridie mace-

Semine plantata.

Plantationis, & serēdi varij modi diuersorum seminum.

Maceratio plantādorum.

macerant, alij aqua mulsa madefaciunt, in eaque noctem solùm patiuntur, ne germen extinguat mellis mordacitas. Alia inuersis cacuminibus sursum spectantibus seruntur, vt castanea: alia deorsum, vt amygdalę: quanquam hæc non semper obseruentur, cùm & decidua, & quæ ab auibus temerè mittuntur, omnium felicissimè proueniãt.

Cacuminũ ratio in plantando

THRAS. Mihi vehementer placent seminaria, quæ hisce regionibus vsurpantur: horum curandorum modum commonstres. MAR. Seminarij cura nequaquã prætermittenda, in quo, veluti viuario, nouellę educantur arborum fœtus. Et, quia nutricẽ sæpè indulgentiorem esse conuenit, quàm matrem, solum idoneum eligendum, nempe siccum succosumq;, bipalio subactũ, aduenis hospitale, & quàm similimum terræ, in quam transferendũ. Semina nõ prorsus nuda, sed parte carnis suæ contecta seri solent, atq; ita etiam diutius seruantur humore naturali seruato. Seruntur spacio pedis, aut circiter, distãtia. Post bienniũ transferũtur. Et quia radices semina alti' agunt, flecti eas conuenit, vt latius magis, quã altius, expandantur. Vbi adoleuerint, in serũtur surculis: sic enim prẹstat, quàm q̃ rubis, aut syluestrib. Ante omnia elapidatum, munitumque ad incursum etiã gallinacei generis, q̃ mini-

De seminario arborũ

Caudices è seminib. præstare syluestrib. & rubis.

minimè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Interuallo sesquipedum seri, ne inter se contingant & noceant. Præter alia vitia etiam verminosa fiunt, ideo sarriri conuenit sepius, herbasque velli. Præterea semina ipsa fruticantia supputare ac falcem pati consuescere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad solem recipiendum, atque integi culmo ad frigora arcenda: Sic pyrorũ malorumq; semina nutriri, sic pineas, nuces, sic cupressos semine satas, & ipsas minimis id granis cóstat, vt vix perspici quædam possint. Leniter rigatur à solis occasu in trinis diebus, vt æqualiter bibat, donec erumpat. Et Zizypha grano seruntur, & nuces, & amygdalæ, atq; castaneæ, laurus, cerasus, pistacia, malus, palma, pyrus, acer, abies, pruni, & alia pleraque. In transferendo obseruandum ante omnia, vt in similem terram mittãtur, aut meliorem, nec è tepidis & præcocibus in frigidos, aut serotinos situs, vt neque contrà ex his in illos. Præfodere scrobes antè, si fieri possit tãtò, donec pingui cespite obducantur. Mago ante annum fieri iubet, vt solem pluuiasque combibant, aut si conditio largita non sit, ignes in medio fieri ante menses duos, nec nisi post imbres in his seri. Altitudinem eorum in argilloso, aut duro solo

De translatione seminariorũ.

trium

trium cubitorum in quamque partem, in prunis, palmo amplius, vt imprimis caminata fossura ore compressiore sint. Nigra verò terra duo cubita, & palmam quadratis angulis, non altiores quino semipede esse debere, nec latiores duobus pedibus, nusquam verò sesquipede minus alto: quoniam in humido solo ad vicina aquæ perueniat: Altius demittendæ eæ, quæ summa tellure gaudent, vt fraxinus, & olea. Hęc similia quaternos oportet pedes demitti, cęteras sat est, si ternos altitudinis effecerint. Aliqui lapides rotundos subijciunt, propter humorem & continẽdum & transmittendum, alij glaream substernunt. Maiores arbores ad septentrionem atq; occidẽtem, minores ad Orientem atq; Austrum ponendæ. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt, alij cùm annum impleat: Cato crassiorem quinque digitis non omisit. Idem ait, quod & Virgilius monuit, attinere, meridianam cæli partẽ signare in cortice, vt translata in ijsdem, & assuetis statueretur oris atq; cardinibus, neq; Aquilonię meridianis appositæ solib. finderentur, & algerent meridianę Aquilonib. Quod è diuerso affectant quidam in vite, ficoq́; permutantes in contrarium: Densiora enim ita fieri folia, magisque

Meridiana pars in arbore, quæ transferetur, notanda.

protegere fructũ, & minus amittere, ficũque sic etiam scansilem fieri. Non negligendum eque, ne radices mora inarescãt, néue à Septentrionibus aut ab ea cœli parte vsq; ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certè non aduerse ijs vẽtis radices præbeantur, propter quod emoriũtur ignaris causæ agricolis. Cato omnes ventos & imbres in tota translatione damnauit. Quare plurimum proderit terræ, in qua vixerit, radicibus cohærere, ac totas cespite circumligari: cùm ob id Cato corbib⁹ transferri iubeat: vtiliſsimum ſummam terram ſubdi. Arborem ſic collocandam, vt media ſit totius ſerobis. Radicũ magna cura, vt exemptæ appareant, non auulſæ. TH. Iam ad ſingulas arbores progrediendum. MAR. Inter omnes ſtirpes, arboreſque primum locum ſibi vitis vẽdicare iure optimo debet, cùm nullum genus agriculturæ fructuoſius vite: Idq; non ſolùm fructus gratia ac generoſitate, ſed etiam facilitate, per quã omni penè regione, & omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali vel præfrigida, curæ mortalium reſpondet, tamq; felix campis, quã collibus prouenit, & in dẽſa non minus, quàm reſoluta, ſæpè etiam in gracili atq; pingui terra, ſiccaq; & vliginoſa: alibi in petris ipſis feliciſsimè fœcunda, q⁹ teſta-

Vitis.

teſtatur Rhenus, & Moſella. Tũ ſola maximè vtranq; patitur intemperiẽ cœli, vel ſub axe frigido, æſtiuo, ꝓcelloſoq;. TH. Excellens haud dubiè munus vitis. Sed quẽ exiſtimas primũ vineę colendę auctorẽ? Vulgus in Liberum patrẽ originem huius culturæ reijcit. MAR. Nos ſacris oraculis edocti, vineam primùm à Noë Patriarcha mox à diluuio coli cęptam credimus, fortè etiã ante ea tempora vitis fuerit, licet cultã fuiſſe nõ conſtet. Baccho aũt falsò Ethnici hanc inuentionem, ſicut alia pleraq;, tribuũt. Noe aũt non modò Liberum, ſed etiam Saturnũ atq; Vranum multis ſęculis antecеſsit. TH. Idq; veriſimilius. Sed cognoſcere vellẽ, an cultus vinearũ locupletet patrẽfamiliâs magis, q̃ aliarum frugũ. MAR. De hac re ſanè non exigua apud auctores pugna. Et ſunt qui pratorũ, ſeminarijq; agri, ac ſyluarum poſſeſsionem prę ferre videantur vineis: attamen interim non deſunt è grauiſsimis veterũ auctorib. q affirmẽt, vinearũ reditum eſſe vberrimum, idq; declarare veterem illã vinearum felicitatẽ, cuius meminerunt M. Cato, & Terentius Varro, ac Colum. nempe, ſingula iugera vinearum ſexcentas vrnas vini præbuiſſe, & Senecæ ager, in quo ſingula iugera culleos octonos reddidiſſe cõpertũ, alibi iugeratim cẽtenas amphoras cũm

Inuentio vitis.

Vineæ prouẽtus vberrimus.

cùm frumentarius ager aut pascuus, aut syl ua, si centenos sestertios in singula iugera efficiant, optimè domino consulere videantur. THRAS. Atqui impensam & curam magnam vitis postulat, multaque incidunt, quæ fertilitatem impediant, modò pruina, modò carbunculatio & gelicidia. A prima autem germinatione vsque ad quintũ No. Maias, qui dies vltimus est decretorius vitibus, gelicidium metuitur, atque huic periculo exemptis, iterum vis maior impendet, quæ nullo nõ anno stragem infert, ac simul vredine ab æstu Caniculæ, aut aquæ cœlestis inopia vuæ sæpè retorrescũt, aut nimia pluuia crudescunt, alijsque innumeris incommodis obnoxię vites, prouentum reddunt deteriorem. MAR. Sic est: Sed eadem etiam in agro frumentario accidere poterunt. Siquidem & hîc impensæ requirũtur, & calamitas sæpè colonum perdit. Nã, cùm omne genus ruris, nisi diligenti cura sciteq; exerceatur, fructuosum esse nõ possit, tum maximè vineæ culturam requirunt diligentem: res enim est infirma & iniuriæ impatiens. In vinea igitur deligenda iudicio opus est, & loci regionisque natura, & cœli clementia considerãda. Plerique vineta conferunt nulla diligentia: deinde nõ ita enutriunt, vt antè conualescant, quã re-

Frumẽtarius ager cum vinea collocatus

Dies decretorius vitibus.

torre-

torreſcant,& ſi fortè adoleſcant, negligen ter colunt: Alij non referre putant, quem locum conſerant,& nonnunquam deterri mam agri partem tribuũt vineis, quaſi huic tribuenda ſtirpi, quæ nihil aliud ferre poſ-ſet:Nonnulli fructum ſolùm præſentem v-berrimum conſectantur,nec prouident de futuro. Atq; ſic fit,vt querantur,non reſpõ dere vineta labori & impenſis, cùm per in-ſcitiam,vel negligentiã perdiderint. Quod ſi diligenter colatur,nihil vtilius conuenire ruſtico, quàm vitẽ colere, Columella mul-tis argumentis contendit. THRA. Non re-pugno vitem fructuoſam eſſe, vbi loca ſunt vineis,& non ita frumentis idonea: alioqui exiſtimarem frumenti culturam & expedi-tiorem,ſimpliciorem, & magis colonũ lo-cupletare. MAR. Certè,quod ad expeditã attinet culturam & quæſtus vbertatem, vi-neam veteres frumentario agro prætule-rũt. Siquidem Columella auctor eſt, Siſer-nã ſcribere, ſatis ad iugera octo vnũ homi-nẽ,&,vt maximæ impenſæ,tantũ ſeptẽ iuge ra nõ excedere vnius vnitoris operã. De ꝓ uentu antè dictũ. THR. Immo hodiè vnus vinitor vix tribus iugeribus ſufficere pote-rit. Sed ne ordinem ſuſceptæ narrationis interrumpam, perge de vitium ἀμπελώνων viniferarum cultura diſſerere. MAR. Vine-

Vinea cultura expedita.

arum

Vinifera vitis. arum ἀμπελώνων οἰνοφόρων cultura, vti & vitium genera diuersa, neque certo numero

Vitium genera. complecti queant, quippe, totidē penè genera, quot agri. Ab Homero Maroneum, & Pramnium celebratur vinum: Virgilius Rheticis, alij Amineis, Nomentanis, Creticis, Corsicis laudem præbent. Nos de vulgaribus & vernaculis pauca indicabimus. In Italia iam celebrātur Corsicę, Romanæ, Mamertinæ, & Lauremitanæ circa Messanam in Sicilia. In Gallia Bellenses, & Aure-

Germania serò vineas colere cœpit. lianenses vineæ. Germania serò vineas colere cępit: nam Varro suo tempore Gallos & Germanos oleas & vites nondum habuisse tradit. Sed hoc tempore Rhenus, Necarus, Męnus, Mosella, & Danubius cum quibuslibet alijs regionibus vinearum celebritate certant. TH. Video varijs modis disponi vineas: aliter in Italia, aliter in Germania, aliter in Gallia, & apud singulas nationes nō vbiq; eodem modo. MAR. maximè. Nam vitem quinq; modis disponi post Columel. docuit Plinius. Aut enim sparsis per terram palmitibus impunè serpunt vites, aut per se nullius ope fultæ stant erectæ, aut admini-

Characatæ vites. culo annituntur, quod alij pedamentum, alij ridicā, alij χάρακα vocāt, vnde Characatæ vites, aut pedatæ, id est, pedamento af-

Pedatæ vites. fixæ simplici iugo, quod canterium appellant,

pellant, porriguntur, cùm scilicet, duobus palis transuersæ incumbunt, quod iugum & Liuius appellat: aut quadruplici iugo sustinentur, quæ à cauis ædium compluuiis compluuiatæ dicuntur: alij cameratas faciunt, & sic ducunt, vt vmbras præbeant topiario opere & pergularum instar, quæ & topiariæ vites vocãtur: alij ad parietes in fastigiũ subducunt: itẽ iugatę vites ἐπιζεύγμασι, cũ perticis duab. aut plurib. fixis aliç sup alias alligantur, in quib. vites cõiungũtur, & quasi iugum faciẽtes: nonnulli arboribus iungunt, qp in Lombardia vulgare, vt vlmis, salicibus, atq; fraxinis maritentur vites, & feliciſsimè proueniũt: non tamen omnes arbores amat vitis: nam corylũ odit, item laurum, raphanum & brasicam: at populum, vlmum, salicem, ficum, oleam admittit. Iugatæ plus aeris recipiunt, & altius fructum ferunt, æqualiusq; concoquunt, sed difficilior cultus, atque hæc ita constituuntur, vt arari possint, eoque vbertatem maiorem consequũtur, quod sæpius & minore impensa colãtur. Quæ in terram proiectæ, multum, sed non bonæ notæ, vinum faciunt, vt scribit Columella. THRASYB. Agè iam de cultura pauca. MAR. Primùm de solo & pastinatione, pòst de seręda, deque putanda vite dicam. Principio aduertendum

Canteriũ.
Compluuia vites.
Camerata vites.
Topiaria vites.
Iugatæ vites.
Arbores amica & inimica viti.
Cultura vitis.

Culturæ vitis.

tendum præcipuè, non omnem vitem omni loco cõuenire, neque idem vinum producere, adeò aeris qualitas ad vitem confert: deinde, non omne solum, siquidem viti ponendæ rudem agrum eligendum Columella censet potius, si sit facultas, quàm vbi fuerit seges vel arbustum: nam de vinetis, quæ longo situ exoleuerunt, inter omnes constat pessima esse, si referere velimus quod solũ id radicibus sit impeditum, neq; dum virus amiserit & cariem illam vetustatis, quibus hebetata veluti venenis humus torpeat. Quapropter syluestris ager præcipuè eligendus, qui etiam si frutetis atq; arboribus sit obsessus, facilè extricatur. Si rudis terra desit, proximum est vacuum arboribus aruum. Si nec hoc sit, rarissimum arbustum, vel oliuetũ. Vltima conditio restibilis vineæ, vt dixi, vnde si necessitas cogat, priꝰ quidquid est residuę vitis, extirpari debet: deinde totum solum ficco fimo, aut alterius generis recentissimo stercorari atq; ita conuerti, & diligentissimè refossas omnes radices in summum regeri & comburi. Inde humus consideranda, si sit facilis & resoluta modicè: probatur etiam soluta glarea calculosusque ager, & mobili lapide, si tamen hæc pingui glebæ permista: nam eadem ieiuna maximè culpantur.

Ager & solũ viti colẽdæ idoneũ.

Densa

Denſa magis Cereri, rariſſima quæq; Lyæo.

Denſam deprehendas, ſi effoſſam in eundē locum regeſta ſuperet: ſi minus implet foſſam, rara. Silicem viti amicum agricolarum tradit conſenſus, maximè, cui ſuperimpoſitum eſt modicum terreni: quia frigidus & tenax humoris non patitur æſtiuis feruoribus ſitire radices. Quinetiam lapides diſponendos Columella præcipit iuxta diuerſa latera foſſarum, qui tamen quinque libraſū pondus non excedant: hos & aquas, hyemis, & vapores æſtatis propulſare radicibus Virgilius notauit:

Terra quæ dēſa quæq; rara.

Lapidū in vinea ratio.

Aut lapidē bibulū, aut ſquallentes in fode conchas.

Sic videmus feliciſsimè vitem alere colles Rhenēſes fiſsilium lapidum, ac nobiliſsima vina pferre. Atqui lapides in ſuperficie terræ abijciendi: nam eſtate adurunt à ſole calefacti, & hyeme refrigerant, contrariū ijs, quę in fundo ſunt. Pręcipuè montium ima, quæ à verticibus defluentem humum receperunt, vel etiam valles, quę fluuiorum illuuie & inundationibus concreuerunt aptas vineis exiſtimant. Nequc reſpuenda creta terra, etſi per ſe ipſa creta, qua vtuntur figuli, inimica ſit. Ieiunus autem ſabulo ager, ſalſus, atque amarus, ſiticuloſusq; viti non conuenit: nigrum tamen & rutilum ſabulonem, qui ſit humidæ terræ permiſtus, nō

improbant quidam. Adde neque nimis calidum ſolum, nimisq́; frigidum, neque ſiccum nimis vel humidum, neque rarum ſupra modum aut denſum, quod cœleſtes aquas non ſorbeat, conuenire, nam id facilimè perrumpitur, rimasq́; præbet, quibus ſol ad radices penetret: raram ſupra modum, velut per infundibulum tranſmittentẽ imbres, & ſole ac vento penitus ſiccari: Grauem terram vix vlla cultura vincibilem: leuem vix vlla ſuſtineri: pinguiſsimã luxuria, tenuem ieiunio laborare. Quare opus temperaméto inter has inæqualitates, quod in corporib. quoq; noſtris deſideratur, quorum bona valetudo calidi & frigidi, humidi & ſicci, denſi & rari certo modo continetur. Nec tamen hoc temperamentum in terra, quæ vineis deſtinatur, pari momento libratum eſſe debere exiſtimatur, ſed in alteram partem tantùm propenſius, vt calidior ſit terra quàm frigidior, ſiccior quã humidior, rarior quàm denſior, maximè ſi ſuffragetur cœli ſtatus. Quam regionem vineæ ſpectare debeant, vetus eſt diſſenſio: alij ſolis ortum, alij occaſum, alij ſeptentrionem probant, Vergilius occaſum improbat: Sũt qui præcipuam poſitionem meridianã malint. In vniuerſum videtur optimũ, vt frigidis regionibus meridiano ſubijciantur vineta,

Temperatura qualitatum.

Quam cœli regiõem ſpectare debeant vites.

neta, tepidis Orienti obuertantur, feruentibus locis, vt Aegypto & Numidia, vni septentrioni rectius opponétur. Plinius vites Aquilonem, palmites meridiẽ spectare vult. Solo idoneo, & ad cœli spatium conueniente parato, terra diligenter fodienda, ster coranda, herbæ & inutiles stirpes euellendæ, amouendæq; ne reuiuiscant, & vitium semina corrumpant, aut fossorem remorẽtur. THRA. Antequam ad pastinationem pergas, cuperem audire quo pacto vitis cõseratur, & quo potissimum tempore id cõueniat. MAR. Prius de tempore, pòst modum conserendi indicabo. Vitis cõseritur vel vere, vel autumno, è Virgilij præcepto. Vere melius, si aut pluuius aut frigidus cęli status est, aut ager pinguis atq; campestris & vliginosa planicies: Autumno si sicca, si calida ast aeris qualitas, si exilis atq; aridus campus, si macer præruptúsue collis: Vernæq; positionis dies ferè quadraginta ab Idibus Februarijs vsq; in æquinoctiũ tradit Colu. Et rursus autumnali ab Idibus Octobris in Calen. Decembres. Cassianus apud Constantinum consulit experientia edoctus in locis irriguis autumno potius plantationem faciendam cùm folia defluxerint, & sarmenta post vindemiam ab onere & racemorum grauitate liberata, firmataque,

De tempore conserendæ vitis.

nec dum à glacie læsa sint: nam tum citius terræ coalescat, natura, videlicet, tunc radices magis enutriente. Inserendi tempus ex Cal. Nouembris in Cal. Iunias Columella traditur extendisse quosdam, quo ad posse custodiri gemmam siue surculum affirmat. Sed id illi non probari quin magis tepentibus iam dieb. post hyemem, cùm & gemmam & corticem naturaliter mouent, nec frigus ingruit, quod possit aut surculũ insitum, aut fissuræ plagã inurere: Permittit tamen festinantibus autumno vitem inserere, quia non dissimilis est eius aeris qualitas vernæ. Deligenda dies tepida, silensque à ventis. Surculus teres, solidi corporis, nec fungosæ medullæ, crebris gemmis, & breuibus internodijs, calamus non amplius tribus digitis alleuetur æqualiter ex ea parte, qua raditur, Fissura subacto luto linit, muscoq; inducto ligatur. Notandos surculos, qui ad meridiem steterint, idque Virgilius notans inquit:

Inserendi ratio.

Surculi quales requirendi.

Regio surculorũ notanda.

Quin etiam cœli regionem in cortice signant,
Vt quæ quoque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit.

Quod & de alijs arboribus dictum. Satio-

Sationis vitis genera viuiradix.

nis autem duo genera, nempe viuiradicis, hoc est, in surculo radicem habẽtis: aut malleoli, id est, sarmenti (sic quidquid est inuti-

inutile à vite deputatú appellant) qui quoniam vtrinque capitulatus à duro, hoc eſt, adulto vitis ramo, à mallei ſimilitudine malleoli nomen accepit, reſecem aliqui appellant, & ànumero gemmarum modò bigẽmem, modò trigemmem: Qui ſi intortus & ſine calce (ſic craſsioré extremitatis partem appellant) arriperetur, ſagitta dicebatur, hoc eſt, extrema ſurculi pars, quod ſerendi genus expeditius putatur. Cùm propagandæ vitis tria genera tradat Columel. vnum, quo virga edita à matre ſolo cómittatur: alterum, quo ipſa mater proſternitur atque in plures palos per ſuas virgas diuidi tur, tertium, quo vitis ſcinditur in duas partes vel tres, ſi diuerſis ordinibus adducẽda eſt. laudatur & propaginis ratio, cùm in terram vitis caput immergebatur, ex quo mergus dicitur, nec prius à matrice abſcindebatur, quã radices egiſſet, licet hoc interdum procul à terra tentarent fictilibus vaſculis terra refertis vitis apicem intercludẽtes, vt prorſus mirum videretur tam procul à ſolo radices agere, quemadmodum Plinius perquàm ſecurum putat. Cùm verò in arbuſto (ita vites arboribus maritatas vocant vinitores) ad proximas arbores trahuntur, traduces nuncupantur: at ſi breuiores palmites ſarmento iungerentur inter

Malleolus. Reſex.

Mergus.

Arbuſtum Maritatæ vites.

Traduces.

Funeta. se, à funium similitudine funeta dicta sunt.

Palmitũ genera. Duo quoque palmitum genera Veteres annotârunt, pampinarium, qui è duro exiens in proximum annũ materiam promittit. Quod si supra cicatricem sit, fructuarium vocant, custos verò est nouellus palmes non longior tribus gemmis, si vitis luxuriarit, proximo anno materiam, hoc est, inutile sarmentum præbiturus. Vt autem ad viuiradices reuertamur, has præstare ijs, quæ à sarmento: quòd confestim augmentum habeant, vtpote, quæ semel radices egerunt. Viuiradices solo spisso & repastinato seruntur scrobe ternorum pedũ: malleolus tenero & soluto solo. In arido solo neque viuiradix, neque malleolus iustò seritur. Siccus tractus & calidus autumno seri postulat, frigidus & humidus veris exitu, pluuio tractu rariores, sicco densiores poni. Seminarium vitis quomodo faciendum docet Palladius. Sarmenta verò radicationem expectant: sed & transplantatio melio rem fructum facit. Et viuiradices quidem secundo anno, aut citius, fructum reddũt. Plantæ verò, quæ sarmento seruntur, vix tertio quartóue anno, quanquàm aliquoties etiam citius. Didymus apud Constantinum docet, quo pacto facilè ac citò viuiradices transplantentur, nempe, à vigorosa vite

Pampinarius.

Fructuarius.

Seminarium vitis.

De sarmẽtis & viuiradicibus plantandis,

sa vite, hoc est, decennali & deinceps, sarmẽ tum quàm longissimum & generosissimũ eligendum ex inferioribus partibus, hoc est, ad pedalem vsque altitudinem à terra, idque prostratum in scrobem pedali altitudine effossam defodiendum, longitudine tãta, vt quatuor oculos suscipere possit, tot enim terra obruere conuenit, sic tamen, vt post obrutos quatuor oculos, qui adhuc in summo supersunt, non plures sint, quàm duo, aut tres ad summum. Quod si longius sit sarmentum, vt ad secundam defossionem sufficiat, duas viuiradices ex vna faciendas, atque eodem modo defodiendas ac obruendas: viuiradicis vnius non oportere duos palos vestire, sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda.

Sarmenta quæ et vnde sumenda.

Sarmenta autem pangenda sumere oportet à vitibus, quando perfectum fructum reddunt, & quæ frugiferæ multisque oculis præditæ, ac nulla clade affectæ, easque notare cõuenit, atq; ex his plãtas deligere, nõ quidem è nouellis vitibus, quæ sunt infirmæ, sed quæ in summo vigore existunt.

Sarmenta quomodo seruentur.

Sarmẽta non è summis, neq; ex imis partib. sumenda, sed è media vite, sarmentum rotundum, leue, solidum, oculis densum, nouasq; gẽmas plurimas habens. Statim vt ablata plantentur: coalescit enim citius terræ

recens sectum. Si dilatione indigeat, statim & sublata sarmenta in terram defodito, aut soluta aut laxè reuincta. Quod si diutius seruare oportet, in dolio humorem nō habente deponātur, terra substrata, & rursus iniecta, vt vndiquaq; terra fruantur, doliū diligenter luto obliniendum, vt neq; vento neq; aere inspiretur: hoc enim modo ad duos menses illæsa manere poterunt. Quæ aridiora facta, in aquam per diem & noctē coniecta plantato. Duo sarmēta simul pāgenda, vt si vnum defecerit, aliud supersit: quod si vtrunq; adoleuerit, quod debilius tollēdum. Non esse mixtas aut diuersæ stirpis vites plantādas simul, maximè albas nigris non iungendas, sed seperari præcipit Columella. Cauendum, ne sarmenta ante plantationem germen emittant: nec retorsum malleolum ponendū, multis argumentis idem contendit: Constantinus obliquū plantandum, quod citius obliquum radices agat. Apponendi tres aut quatuor lapides, & mox aggere obruendi, ita vt cū ster core æqualiter conculcentur: nam lapides prohibent, ne terræ nimia amplitudo illabatur, & radices refrigerant, vt suprà dictū. Summæ sarmentorum partes stercore bubulo præliniendæ propter vermiculos. Quod ad lōgitudinem pertinet, si crebras gem-

Vites mixtas non esse plantādas.

gemmas habeat malleolus, breuior faciendus: si raras, longior: attamẽ nec maior pede, nec minor dodrante, & hic, ne per summa terræ sitiat æstatibus, ille ne depressus altius cùm adoleuerit, exemptionem difficilem præbeat. Sed hęc in plano: nam in cliuosis, vbi terra decurrit, potest palmipedalis deponi, vt Columellæ verbis vtar. Scrobes vitis plantandæ non minus quatuor pedum fodiendos Florentinus censet: nam in superficie plantatæ, citius senescunt, cùm propter alimenti inopiam, tum propter solis feruorem: nam in tantum, hoc est, quatuor pedes, Sol penetrare putatur: licet sint qui trium pedum fossionem sufficere existiment. Scrobes vitium non admodũ profundas: arborum profundiores faciendas Virgilius canit. Quæ autem arboribus maritandæ, spatio trium cubitorum ab arbore plãtandę: deinde vbi probè coaluerint, vt iã idonea sit arbori vniendę, id quod è crassitudine iudicatur, totam prostratam & defossã arbori adiũgito pedis spatio ab arboris radice, reliquo palmite libero relicto, et oculos relictos vngue adẽptos excęcato, relicto vno tantũ aut altero, vt id liberius augescat, quod vbi auctũ fuerit, sensim arbori adiungere oportet, vt in ea conqescat. Arboris aũt ea pars diligenter putetur, & qd-

Sarmenti longitudo.

quid circa radicẽ, auferatur, vt Florentinus teſtatur. Arbores, quãtum fieri poteſt, in Orientẽ et Occidentẽ extẽdantur. Arbores ipſas perinde atq; vites circũfodere, ac ſtercorare mediocriter oportet. In bona terra permittendum, vt arbores in ſublime creſcant: in exili verò minimè, ſed exſcindẽdæ pedibus octonis, ne omnis terræ vis in ipſas arbores inſumatur. A conſitione omnib. menſibus fodiendum, curandumq́; ne herba naſcatur. Præcipuè autẽ à Calen. Martijs vſque Octobris, trigeſimo quoque die fodere nouellas oportet, herbamq́; extirpare, maximè autẽ gramina, q̃ niſi manu eligantur, & in ſummum reijciantur, quantulacũque parte obruta ſunt, reuiuiſcunt, & vitiũ ſemina ita perurunt, vt ſcabra atque retorrida efficiãt: foſsionẽ autem quò crebrior, hoc plus prodeſſe. Vbi variari vua cœperit, tertia foſſura faciẽda: & cũ iam matureſcit, ante meridiẽ priusq̃ calere incipit, & cũ deſierit poſt meridiẽ fodito, puluereq́; excitato: ea res & à ſole, & nebula vuã defendet. E Virgilij ſententia ſingulis menſib. fodiendæ, herbęq́; extirpandę. Pleriq́; totam ęſtatẽ fodiendã vitẽ poſt ſingulos rores: alij vetant gemmantẽ fodiendã, decuti enim oculos, ſatisque eſſe vineam ter anno confodi ab Aequinoctio verno ad Vergiliarũ & Canis

Cura à cõſitione vitis De fodiendo, paſtinando, & ſtercorãdo

nis exortum: Quidam à vindemia antebrumam,& ab Idib. Aprilis, antequam concipiat:deinde priusquam florere incipiat: itẽ ante feruentes horas dici fodiendas. Alicubi vbi vites pastinarunt, non statim obruũt, sed fossas per totam hyemem sinunt:in pluuiosis verò regionibus citius obruunt, occlusis per terram radicibus,& obstructis influxionis vijs: Et alij quidem profundiorẽ fossam,alij altitudine pedali,perfectas verò supra fossuram stercorant bubulo, aut ouillo,aut suillo stercore,aut aliorum pecorũ. *Stercus vitib.idoneũ.* Columbinum calidissimum est, & ad celerem germinationem vitium idoneum,verũ ad vini bonitatem incommodum. Stercus non ipsi trunco vitis inijciendum, sed paulò longius ab eo, quò etiam radices longius excurrẽtes participes fiant, & ne stercus nudis radicibus aceruatim inuectum ipsas adurat. *Stercus nõ ad truncũ.* Si stercus desit,paleæ fabaceæ,aliorumq; leguminũ id sarcire possunt,quæ vitib.etiã contra glaciẽ prosunt, & reptilibus aduersãtur. *Fabacearũ palearũ vsus.* Vinatia etiã stercus faciũt, eiusq; vsũ præbẽt:Præstãtissima est vrina vetus. *Vrinæ efficaces.* Anniculas & biẽnes,atq; deinceps ad quinquenniũ,mediocriter fodere & stercorare oportet iuxta proportionẽ, in terra arenosa præstãtior stercoratio ex ouillo & caprino stercore,terrãq; hoc modo fodere oportet,

tet, vt terra, quæ est supernè in profundum mittatur, & quę infernè, seorsim feratur: sic enim quæ sicca est, superna humiditate lætatur, humida & densata superna caliditate laxatur. Cauēdū, ne in vineis sint cauitates, sed vt æquetur solum. Vbi circumfoderis, & vites primo anno comprehenderint, radices in superficie falce acuta resecādæ, siquidem vitis vndiquaque radices agere solita radicationem in profundum impedit. Vites iam duorum annorum pastinabimus, & circumfodiemus altitudine duorū pedū, latitudine trinûm è Socionis sententia. In arboraceis vitibus etiam radices arbores ingredientes exscindemus, ne à robustioribus infirmiores opprimantur. Quapter spacium inter vitis & arboris plantas relinquendum. Multa fossio vbertatis caussā præbet. Cauendum ne stirpes fossione lædantur. Item fodere oportet, antequā germen producatur, cùm enim simul cum racemorum generatione & germen nascatur, qui post effusum germen foderit, multum fructus decutit, & perdit per motum, quare citius fodere præstat. Ablaqueatio ab Idibus Octobris inchoanda, vt ante brumam ablaqueatā habeas. Post brumam ablaqueationem circumfodito: ante æquinoctium vernum ablaqueationē adæqua-

Ablaqueatio.

æquato: post Id. Apriles terram ad vitem aggerato. Aestate sæpissimè occato. Post Id. Octobris vti dictum, priusquam frigus inuadat, vitis ablaqueanda, quod opus adopertas ostendit æstiuas radiculas, easq; prudens agricola ferro recidit: quas si patiaris conualescere, inferiores deficiunt, atq; euenit, vt vinea summa parte terreni radices agat, quæ & frigore infestentur & calorib. Quare quidquid intra sesquipedem est, recidendum, ita, ne matrem lædas. Ablaquearе oportet, omnib. autumnis primo quinquennio, dum vitis adolescat, vbi trunculi adoleuerint ferè triennio intermittendus est operis labor. Arbusto nihil eiusmodi potest aptè finiri, quoniam inæqualitas arborum nõ patitur operis iusta compræhendi. Vites arboresq; quò citius ablaqueaueris, erunt valentiores: sed quæcunque in cliuis positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt à superiore secundum codicem latiusculi fiant, ab inferiori puluinuli altiores excitentur, quò plus aquæ limiq́ue contineant. Vinea vetus neque ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant neque aranda, ne radices abrumpantur. Bidentibus sæpè & altè fodito æqualiter & palea & stercore, vel palea conspergito solũ ante brumã, vel cùm circũ vitẽ istã ablaqueaueris, stercorato. Ab-

to. Ablaqueationem sequitur putatio, vt vitis ad virgulam vnam reuocetur, eaque recidatur, duabus gemmis iuxta terram relictis: quæ putatio non debet fieri iuxta articulum, ne reformidet oculus, sed medio ferè internodio ea plaga obliqua falce fit, ne si transuersa fuerit, cicatrix superincidentẽ cœlestem aquam contineat: sed nec ad eam partem, quà est gemma, verùm ad posteriorem declinatur, vt in terram potius deuexa, quàm in germen delachrymet: nam defluens humor cæcat oculum, nec patitur frõdescere. Putandi Columella duo tempora tradit, veris & autumni: & frigidis locis vernam conuenire putationem: apricis, vbi molles hyemes, optimam & maximè naturalem autumnalem putationem, quo tempore diuina quadam lege & æterna fructũ cum fronde stirpes deponant. Neque tamẽ angusta putatione coercenda semina, nisi admodum inualida sint, neque vtique recidenda, sed primo anno, quo posita, frequẽtibus fossionibus, omnibusq; mensibus, dũ frondent, pampinationibus adiuuanda, vt robur accipiant. Putandi tempus Pamphilus apud Constantinum definit à mense Februario aut Martio inchoandum, nempe à 15. Februarij vsq; ad vigesimũ martij: Quosdam tradit à vindemia vitẽ, à sarmenti one-

Putatio.

re alle-

re alleuandam censere, ne velut vere lachry mans alimentum amittat: quanquam autumno putata vere citius germinet, & si frigus & pruina incidat, aduratur. Quapropter præstaret frigidis regionibus præsecare & non perfectè putare, hoc est cõspicuos oculos & sarmenta permittere: rursum autem vere putare necessarium. Plaga fiat ferramentis acutissimis, vt leuis sit, ne aqua in vite consistere possit, vitem corrumpens vermesq; generans, qui materiam exedant. Plagæ rotundæ fiant: nam sic celerius cicatricem ducunt. Plinius obliquas vult fieri, vt facilè decidant imbres. Sarmenta lata, vetera, malè nata, contorta præscindito: nouella & fructuaria, & interdum sobolem idoneam, si superficies parum valebit, submittito, brachiaq; conseruato. Putationem quàm celerrimè perficere oportet. Ab Idibus Decembris ad Idus Ianuarij vitem non tangendam ferro, siquidem Columella testatur bruma non putandam vineam. Cùm vitis putatur, inter duas gemmas secanda: nam si iuxta gemmas secueris, laborabit. Cicatrix semper deorsum spectabit, ita neq; aqua, neque sole lædetur. In agro crasso plures gemmas, in exili pauciores. Brachiũ quotannis longum, non tamen totum tollendum. Inchoanda putatio non manè, sed quando

quando & pruina à sole dissoluta est, & sarmenta tepefacta. Malleolorum primi anni incrementa, ne nimium luxurient, neque nimium coerceantur, media ratio tenenda vt neque solotenus malleolum recidamus, nec rursus in longiorem materiam prouocemus, sed, annotato superioris anni pollice, super ipsam commissuram veteris sarmenti vnam vel duas gemmas relinquere oportet, ex quibus germinet. Putationem rursus sequitur cura pedandæ vineę. Et cõuenit, teneram vineam non tam vehementi palo aut ridica, sed modico potius adminiculo quiescere. Dum nouella est vinea, quã mollissimè liganda est vel vimine salicis, vlmi, genistę, iunci, aut vluæ, aut denique stramінis. Posteriora vincula præstare putãtur: nam vimen cùm inaruit, penetrat, & corticem lædit. Est & herba, quam Siculi à vincendis vitibus ἀμπελοδεσμὸν appellant. Pedamenta, & pali, ac ridicę, vocantur sustentacula vitium: Plinius optima commemorat salicis, roboris, oleæ, arundinis, iuniperi, cupressi, sambuci. Alibi idem Castanea, inquit, omnibus pedamentis præfertur, cùm ob facilitatem tractatus, tum perdurandi peruicaciam, regerminatione cædua vel salice lentior: reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur. Saluberrima in iugo a-

De pedãda vinea.

De palis perticis, et vinculis.

Pedamẽta.

go arundo durat annis quinis. Cùm breues palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, funeta dicuntur. Pampinatio & putatio eiusdem experientiæ est. Pampinationem bis anno vsurpandam, nimirum, vt extrema superfluorum surculorum cum pampinis resecentur. Verna Plinio in confesso est ab Idibus Maij intra dies decem vtique antequam florere incipiat (nam circa solstitium, & vitis, & triticum duo nobilissimi frutices, florent) & eam infra iugum fieri: de sequenti variæ sententiæ. Cùm defloruerit aliqui pampinandum putant, alij sub ipsa maturitate. Superflua germina adhuc tenera auferẽda, vt viti respiratio detur. Pãpinare autem per mediũ oportet citra molestiam, id notat Virg.

Funeta.
Pãpinatio

Vitis quando floreat.

Ac, dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris, & dum se lætus ad auras
Palmus agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes.

Vineam autem quàm benè putare, tam diligenter pampinare vtile est: nam & materiæ, quæ fructum habent, melius conualescunt, & putatio sequentis anni expeditius, tum etiam vitis minus cicatricosa fit: quoniã, quod viride & tenerũ decerpitur, protinus conualescit. Super hæc quoq; melius

vuæ matureſcunt. Ante dies decem, quàm vinea florere incipit, pampinatam habeto, quicquid ſuperuacuũ, tollito, quod in cacumine aut brachijs enatum: decerpito dũtaxat, quę vuam non habent: cacumina virgarum, ne luxurienter, demutilato. Vuas, quę meridiem aut occidentem ſpectant, ne perurantur, ſuo pampino tegito. A recenti vite plus germinum auferendum, vt ne grauetur. Poſtquam verò feruor ſolis hebeſcere incipit, folia auferre oportet, quo omnes racemi à ſole concaleſcant, & percocti matureſcãt: cũ verò adhuc floret vitis, fodi debet. In vitibus recens plantatis ſimul vt germen emiſerint, poſtquam defloruerint ſuperfluum circa germen auferendum leniter & citra violentiam, vt diximus. Vites, quæ fructum patefaciunt ob foliorũ denſitatem, triginta diebus ante vindemiam purgare oportet, folijs ex obliquo & à lateribus detractis, quo inſpirantes venti vitẽ refrigerent. Verùm folia in ſummitate relinquenda ſunt, quæ aduerſus vehementem æſtus feruorem defendant, foliq; vitibus in ſummo incumbenti vmbram obijciãt: ſi tamen crebriores imbres in autumno & intumeſcentes valdè augeſcant, etiam circa verticem folia tollenda ſunt. THRA. Magnam curam vitium narras. MAR. Diligenter vinito-

nitorem crebrò vineam circumire, perticas erigere, iuga æquare oportet. THRA. Vnũ addas, maturitatis indicium: nam audio, neque festinandum intempestiuè, neque maturitatem prorogari sine iactura. MAR. Rectè mones. Nam ante maturitatem legentes tenue parumq́; durabile vinum reddunt. Et tardantes vitem non solùm lædũt vltra tempus gestantem onus, sed etiam si grando & glacies oboriatur, iniuriæ expositum vinum habent. Democritus tradit sex tantùm dies & non amplius vuam maturam permanere. Maturitatis igitur signa in vuis non è visu solùm, sed etiam è gustu: etsi gustum fallere Columella censet. At si vinacia, quæ acinis cælantur, iam refuscata, vt non amplius viridia pelluceant, sed propemodum nigrescant, siquidem colorem vinaceis nulla res afferre potest, vuam maturam significat: alij acinos premunt, & siquidem vinaceus exilierit nudus citra omnem caruncule complexum, maturas ad vindemiam indicant, si verò prosilierit carnem secum trahens, immaturas esse. Alij sic experiuntur: E denso racemo vnum acinum eximunt, & pòst racemum contemplantur, qui si non mutetur, maturitatis indicium esse. Vindemiare oportet Luna in Cancro existente,

Vindemia

Maturitatis indicia

aut in Leone, aut in Libra, aut Scorpione, aut Capricorno, aut Aquario, & eadē sub terra. TH. Num arte aliqua citius matureſcunt vuę? MAR. Plinius tradit aceto acri & vrina vetuſta radices madefaciēdas, atque eo luto obruendas, ac ſæpè fodiēdas, ſi fructum non maturent. THR. Vuæ quo pacto ſeruari traduntur? MAR. Vuæ durant aliæ penſili concamerata nodo, aliæ ſua tātùm continentur anima ollis fictilibus & inſuper dolijs incluſæ ſtipatæ vinaceis circumſudantibus. Palladius rationem oſtendit, qua ſeruentur etiam in vite vſq; ad ver. THRASYB. Sed amabò, de frugiferarum pomarij tui arborum diſciplina ſigillatim diſſerere non graueris. MAR. Inter arbores frugiferas à vite primum omnium locum ſibi vendicat Olea, vt Columella teſtatur, ἐλαῖα ἥμερος Græcè dicta, ex omnibus ſtirpibus minimam impenſam deſiderat, cū vitis contrà maximam accuratiſsimamque poſtulet. Et quanquam non cōtinuis annis fructum afferat, ſed ferè altero tantum, eximia tamen eius ratio, quòd leui cultura ſuſtinetur, & cùm ſe non induit, vix vllam impenſam flagitat, &, ſi quam flagitet, eam copia fructuum compenſat. Cùm autem oleę magnus & ſecurus ſit prouentus, & in magnum tempus conſeruetur, vitæque plurimis

Vuas ſeruandi ratio.

Olea.

mis necessitatibus congruat, plurimũ huic arbori diligentiæ adhibendum. Amat locum neque depressum neque arduum, sed cliuos potius, qualis in Italia Sabinorum, et Betica ferè tota, vt Colum. scribit, in ijs enim excellens solis ardor ventorum flatu refrigeratur, & optimum oleum producit, planis locis contrà. nam in oleis cælum, solumq; plurimum referre, Plin. tradit. Aerẽ calidum & siccum postulat: quare in Lybia ac Sicilia, & Betica, & Italiæ quibusdam locis, prẹsertim Campania feliciter prouenit. Cẹli statum neque perferuidum, atque gelidum patitur: quare Septentrionali colle æstuosis locis, frigidis meridiano gaudet. Existimant vltra miliarium sexagesimum à mari aut non viuere, aut non esse feracem. Solum aptissimum, cui glarea subest, si suppposita creta sabulo admista est: nec minus pbabile, vbi pinguis sabulo est. Sed & dẽsior terra, si viuida & læta est, cõmodè arborem hanc recipit. Creta ex toto repudianda, magis etiam scaturiginosum solùm, & in quo semper vligo consistit, sicut & ager sabulo macer, & nuda glarea. Possunt tamen in agro frumentario seri, vbi vel arbutus steterat, aut ilex. Quercui vehemẽter inmica: nam si quercetum in vicino sit, non solùm non feret, sed fugiet, introrsumq; se

in fundum abijciet: vel excisa radices noxias oliueto relinquit, quarum virus enecat oleam. Idem de cerro, & esculo quidã tradunt: nam vbi illæ effossæ, oleam, si seratur, emori. Ad eundem modum si lambendo capra contigerit interire Plinius testatur. Contrà oleæ & vitis magna cõcordia, proditumque, oleã, si viti inseratur, vuas simul & oliuas proferre, fructusq; vuolea, id est, ἐλαιοσάφυλος vocatur. Serendarum olearum varia ratio. Nonnulli crassiores ramos arboribus adimunt, & ex ijs quàm recentissimas taleas serra præcidunt, quæ binûm cubitorum proceritatem impleant, dein in rectum cõstitutas obruunt: Alij soboles cum caudice serunt: Alij residem caudici plantulã decisis falce capitibus & brachijs in truncum redigunt, & terræ fossæ circa Arcturi ortum defigunt: culturæ seminariũ faciunt plerique, vel plantarium, idq; libero cœlo terreno modicè valido, sed succoso, solo resoluto, quale est ferè nigræ terræ. Huc ramos nouellos, proceros, nitidos, manubrij crassitudine, feraces, non è trũco, sed è brachijs nouisq; ramos enatos arborib. ademptos in taleas recisos, ita, vt corticem nõ lædant, mittũt. Taleæ sesquipedales serra precidũtur, atq; earum plagæ vtraq; parte falce leuantur, & rubrica notãtur, vt sit quemadmo-

Plantariũ olearum.

admodum in arbore ſteterat ramus, & ita parte ima terram & cacumine cœlũ ſpectãs deponatur: ſic celeriore proficiunt incremento, celerioremq; fructum largiuntur. Nam ſi inuerſa ponatur, difficulter cõprehendet, aut ſterilis erit. Quare in rectũ conſtitutas adobruũt. Oportet enim talearũ capita & imas partes miſto fimo cum cinere oblinire, & ita totas eas immergere, vt putris terra quatuor digitis ſuperueniat. Siquidem aut totã immergi oportebit, aut partẽ alteram humari, & partem alteram ſolo ſupereminere: Nõ enim quę prorſus obruuntur, ſed quæ duntaxat altera parte extant, rubrica notari deſiderant. Didymus depangendam in terram, vt quatuor digitorũ altitudine emineat, deinde ſcrobem excauandam ad commodã imbrium ſuſceptionem. Atque hæc ratio plantandi per ramos Didymo magis probatur. Cùm plãtatio fit, locum repurgare oportet ab omni alterius generis frutice, & ſcrobes ſic effodiantur, vt à ventis, ſole, ac imbribus terra friabilior reddatur, & plantæ radicem facilius agere queant. Si feſtinetur, duobus menſibus antè, aut vno ſaltem, ſarmenta & arundinem, &, quæ facilè comburuntur, in ſcrobibus ad multos dies exuremus. Sint ſcrobes altitudine trium cubitorum aut circiter:

citer: distent scrobes cubitis quadraginta, quò trũci perflari possint. Primo anno maximè sarriri, postero, & sequentib. annis, cũ iam radiculæ seminum cõualuerint, rastris excoli debent. Biennio à putatione abstinendum. Tertio anno singulis binos ramulos relinqui, & frequenter sarriri conuenit seminarium. Quarto anno è duob. ramis infirmior amputandus. Sic exultę quinquẽnio habiles sunt arbusculę trãslationi. Trãslationi aptior truncus, qui brachij crassitudinem habet, exiguus supra scrobem emineat, lętius enim frondet. Antequàm transferatur, rubrica aut alio signo notetur ea pars, quæ meridiem spectat, vt eodem modo deponatur. Oportet solum scrobis prius fodere bidẽtibus, ac deinde terram aratro subactam immittere, hordeiq; semina substernere. Si in scrobibus aqua, ea exhaurienda, deinde ingerendi minuti lapides, depositisq; seminib. latera scrobis circumcidenda, & aliquid stercoris interponendũ. Post solstitium, cùm terra æstatib. hiat, curandũ, ne sol per rimas ad radices penetret. Ab æquinoctio autumnali arbores ablaqueãdę, ita vt si in cliuo sit olea, incilia excitentur, q̃ limosam aquã à codice deducãt. Omnis soboles, quę ex vna stirpe nata, quotannis extirpanda. Stercus autumno inijciendum, vt

permi-

permistum hyeme radices oleæ calefaciat. Amurca valentib. infundenda. Muscus ferramento resecandus, alioqui fructum non feret. Quinetiã plurimis annis interpositis putandum oliuetum. Vetus enim prouerb. Qui arat oliuetum, rogare fructũ, qui stercorat exorare, qui cædat cogere. Putatio autem facienda autumno fructu ablato. In olea interdum vnus ramus reliquis lætior, quem ni rescideris, tota arbor tristabitur. Inseritur etiam olea oleastro maximè inter corticã & emplastrationẽ, alij in radicibus inserunt, & vbi compræhenderint, cum aliqua radice euellunt & transferũt more plãtarum. Ex oleis, quę crasso cortice sunt iuxta corticem inserũtur. Tempus serendi ab æquinoctio verno, alij vigesimo secundo Maij, vsque Cal. Iunij. Maturitatis & legendæ oleæ indicium, quando maior pars dimidij fructus nigrescere incipit, idq́; cœlo sereno, quantò maturior bacca, tantò pinguior succus. Ex olea duplex fructus, oleũ & Amurca. Oleæ minores ad oleum, maiores ad escam parantur. Olearum vindemia, ars maior oleum, quàm musta temperandi. Ex eadem oliua differunt succi. Primum omniũ cruda gratissimo sapore. Prima vnda præli laudatissima, ac deinde per diminutionem. Quantò maturior bacca,

Prouerbiũ de Olea.

Oleæ inserendæ, & maturitatis tempus.

tantò pinguior ſuccus, minusque gratus.

Olei ætas. Vetuſtas oleo tædium affert, non item vt vino, plurimumque ætatis annuę eſt. Oleum optimum Venafrinum & Licinianum. Inter Iſtriæ & Beticæ certamẽ par. Vicina bonitas prouincijs, excepto Africę ſolo frugifero. Oleam, quam manu tangere poſsis, è terra aut ſcalis legere oportet potius, quàm decutere, auctore Varrone, ꝙ ea, quæ vapulauit, inareſcit, nec dat tãtum olei, quàm manu ſtricta, melior ea, quæ digitis nudis legitur, quàm illa, quæ cum digitalibus. Vn-

Lex oliuãtium. de oliuantium lex antiquiſsima, Oleam ne ſtringito, néue verberato. Quę manu tangi non poterunt, ita quati debẽt, vt arundine potius, quàm pertica feriantur. Augetur oleum ab arcturi exortu ad decimumſextũ Calẽ. Octob. pòſt nuclei creſcunt & caro. Olea alia ad cibum eligitur, alia vt eliqueſcat, & corpus non ſolum intus, ſed etiã extrinſecus vngat. Itaq; dominum non ſolũ ad balneas, ſed & gymnaſium, & quocunq; ſequitur, vt ſcribit Varro. De qua fit oleũ è terra legenda, & ſi inquinata, lauãda. Siccari triduo ſatis. Si gelent frigora, 4. die primenda. Primus quiſq; aceruus demittatur per ſcreas & vaſa olearia ad trapetẽ, in qua eam terant molæ oleariæ è duro & aſpero lapide. Olea lecta ſi nimus diu fuerit in aceruo

ceruo, caldore fraceſit, & oleum fœtidum fit. Oleo conficiundo molę vtiliores, quàm canalis & ſolea. Molæ quàm facilimam patiuntur adminiſtrationem: quoniã pro magnitudine baccarum vel ſubmitti, vel leuari poſſunt, ne nucleus, qui ſaporem olei vitiat, confringatur. Torcularia præcipuè cellęque oleariæ calidæ eſſe debent, quia cõmodius omnis liquor ſoluitur: Vapore & frigore magis conſtringitur. Cumque calore ſit opus, poſitione cœli & declinatiõe id procurandum, ita non opus eſt ignibus aut flãmis, quòd fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur. Propterea torcular debet à meridiana parte illuſtrari, ne opus ſit lucernam adhibere prementib. De legib. oleæ legendæ locandęq; Cato præcipit: de condituris Oliuarum Columella. Sed lõgius eſſet hæc omnia commemorare hoc tempore. THRAS. Agè verò, nunc de arboribus pomiferis ſe ndis curandisq; aliquid memora: nam earum arborum vulgatior apud nos vſus. MAR. Pomum μῆλον: Varro dictum putat pomum, quaſi ποτικὸν, quia potu ac ſiccitatibus indigeat. Sunt, qui poma & nuces ſic diſtinguãt, vt pomũ ſit quidquid foris eſculentum & intus durum: nuces contrà. Pomũ quidẽ generali ſignificatione, quæcunq; Græcis ὀπωρα dicta com-

De malo ac pomo.

complectitur, velut perſica, cotanea, pyra, quod & Iureconſulto placet: hoc tamẽ loco de pomis & malis vulgari modo loquimur. De malis cotoneis, malisque granatis, de tuberibus, & Zizyphis ſuo loco dicetur. Sunt autem malorũ genera varia ſpecie figuraúe, ne dicam ſaporibus ſuccisq; totics permiſta, vt enumerari vix queant. Olim in precio erant Septiana rotun ditate inſignia, item Martiana, Claudiana, Mantiana, Appiaria, ab inuentoribus: Quædam à patria, vt Camerina, & Græcula: Quædam à Colore, rubella, ſanguinea, ſerica, aurea: Ex figura orbiculata, ſeptiana: A ſapore, meli mela, & mellea: A celeritate miteſcẽdi, muſtea: Gemella quòd nunquã ſingula in fœtu: A mammarum ſimilitudine, orthomaſtica: à conditione caſtrati ſeminis, ſpadonea A ſolijs Belgemela: Pannucea, quę rugis celeriter marceſcunt: pulmonea ſtolidè tumeſcentia: Cato addit Quiriana, & conditiua, ſcantiana; item puſilla, quæ petilia. Alia alijs cauſis appellata, & ſuæ quoq; regioni quaſi peculiaria: Malus Aſſyria, quæ ſola apud Aſſyrios naſcitur, omnibus horis pomifera, alijs cadentibus, alijs matureſcentibus. In Gallia Capendua principatũ tenent gratiſsimi ſaporis, & in tanta ſuauitate mini mè fugacia, colore cùm maturuerint luteo.

Malorum genera.

Malus Aſſyria.

Carpẽdua.

Sunt &

Sunt & paſsipoma Gallis, &, q̃ Rabaudica vocant, nobilitate præcipua in Belgica. Germanis præter exotica celebrantur Diſteliana & Paradiſiaca: Imprimis & colore aureo parteq; rubente, ac magnitudine, pariq; ſaporis gratia commendantur Poſtellana apud Vbios. Sed de generibus ſatis. Omnia ferè eandem ſerendi habent rationem, niſi quòd Perſica, limonia, præcocia cotonea, citria, quæ Dioſcoride in malorum genere referuntur, diligentiorem diſciplinam, vti pòſt dicetur, requirũt. Nam & ſemine proueniunt, & inſitione. Seminarij modum Cato deſcribit. Seruntur autem mala Februario vel Martio: ſi calida & ſicca regio, Octobri ac Nouembri. Felicius proueniunt ferè omnium malorum genera inſitione nouellarum arborũ & inoculatione, modo, quo ſuprà diximus circa Martium vel Aprilem, vel eo tempore, cùm ſuccus eſt in cortice: Et emplaſtratione inſeri circa ſolſtitium æſtiuum, tametſi ſint, qui poſt æquinoctium vernum non infeliciter vſurpatam tradant, vt ſuprà diximus, vbi de emplaſtratione & inſitione locuti. Malus vulgo inſeritur ſylueſtri malo aut rubo. Prius trãſlato in ſeminarium, ac poſtero anno præciſo, vt circiter pedali menſura ſupra terram extet, ei ſurculum, quem voles è malo nouellum, vti ſupra

Paſsipoma Rabaudica.

Diſtelina.

Paradiſiaca.

Poſtellana

De ſerendis malis.

Seminariũ pomorum.

prà de ſurculis retulimus, inſeras. Palladius in pyro, in ſpino, pruno, ſorbo, perſico, platano, populo, ſalice, ac denique in omni genere, quo pyrus inſeri poſſe aſſeuerat: verũ in tantis locorum diuerſitatibus certus omnibus modus præſcribi non poteſt. Quare nos, quæ vulgari obſeruatione, & ex aliorum ſcriptis hauſimus, commemoramus. Sunt qui malum veterum more in pyrum ſylueſtrem, vel malum cotoneum ſerãt, gigniq́ue ex malo pulcherrima, quæ vocantur melimela. In platanum ſi ſeratur, rubicũda fieri mala, item in dameſcena ritè inſeruntur mali, quod ſi inſerantur, incitrum ferè ſemper fructum ferre Diophanes tradit. Solum amat hæc arbor pingue & lętũ, cui humorem non tam rigatio, quàm natura ſuppeditat. Montanis locis debet ad meridiem verſa conſtitui. Et frigido ſolo prouenit, ſi cœli tepor adiuuerit, nec in aſperis humectis ſedem recuſat. Macrum & aridũ ſolum poma vermiculoſa efficit & caduca, vermes eius ſuillo ſtercore miſto humanæ vrinæ & radicibus affuſo extinguuntur: lotio enim mirum in modum recreatur hæc arbor. Et ſi plures ſint vermes circa arborẽ, æneo ſcalpro ſemel raſi non vltra naſcẽtur, ſi loca, vnde raſi ſunt bubulo ſtercore oblinas. Quidam etiam ſtercus caprinũ addunt

Solũ quod poſtulet malus arbor.

Aduerſus vermes malorum.

vrinæ

rinæ,& vini veteris fecem radicibus affun-
lunt, dulciorem fructum efficientes. Ae- *Aegrotantis mali cura.*
grotans malus curatur ſtercore aſinino a-
qua diluta rigata ad dies ſex. Rigandæ ſole
occidente frequentius,donec germẽ erũ-
pat.Plinius tradit aquam lupini decocti cir
cumfuſam domis prodeſſe. Aiunt arborẽ,
ſi vrina rigetur,rubeſcere fructus.Sunt qui
ſub arbore roſas plantent, ſicque rubra po
ma promittentia.Pomiferas arbores, ſuprà *Quomodo conſerendæ mali.*
dixi,per genera ſerere conuenit, Columel
la præcipiente,ne imbecillæ à valentiorib.
premantur: quia non omnes magnitudine
vel viribus pares, imparique temporis ſpa-
cio adoleſcunt.Adde raras diſponendas,vt
ſpacium habeant ramos diffundendi: nam
ſi ſpiſsè poſueris, nec fructuoſæ erunt,niſi
interuulſeris. Quare quadraginta aut tri-
ginta ſaltem pedes inter ordines relinquẽ-
dos.Poma ſeminis nigrore maturitatem fa *Poma quãdo matura iudicẽtur.*
tentur.Colliguntur poſt æquinoctium au-
tumnale,vel circiter,prout cuiuſque gene
ris natura fert,nec ante decimamſextam lu
nam cœlo ſereno & pomeridiano.Caduca
ſeparanda. Melius decerpuntur,quàm de-
cutiantur,ne lædantur caſu altiore. Seruã- *Quo pacto ſeruentur poma*
tur tabulatis vel cellarijs, loco frigido, fe-
neſtris ſeptemtrionalibus, quæ ſereno die
lucem

Oporothecarum institutio.

lucem accipiant patentes. Quare Varro oporothecas ad Aquilonem feneſtras habere voluit, vt eo aere perflẽtur. Auſtri ſpecularibus arcendi, Aquilonis afflatu deturpantur rugis. Stramentis, ſtoreis, paleisúe ſubſtratis, rara cõponuntur, vt limites parui ſpiritum æqualem recipiant. Nobis pomum à Batauis allatum, quod in tertium annum durauit, eſtque eius generis in hoc pomario pomum grande à virore nomen retinens. Singulis generibus ſingula loca deſignanda, ne vno clauſa loco diuerſa genera diſcordent & celerius vitiẽtur. Sunt, qui folia nucum ſubſternant, quibus & odor & colori conſulitur. Seruantur & à putrilagine, ſi hordeo aut frumenti aceruis obruantur. Palladius in vaſis fictilibus diligẽter clauſis, vel in ciſternam, vel in puteum demitti ſcribit. Apuleius apud Conſtãtinum ſingula poma in folia nucis inuolui, reponiqúe iubet. Plures modos licet reperire apud auctores ſeruandorum pomorũ. Sunt qui, vt gelu arceant, madido linteo operiant, quo cõgelato poma tecta à frigore defendantur. Mala ſic conſtituenda, vt pediculorum pedes deorſum, neque antea, qu vſui neceſſaria, contingantur. Poma ferun dorſuarijs iumentis grauia, quia odore of fenſa fatiſcunt, vt Lucianus in Aſino teſta

tu

tur. Idem de pyris traditur. Remediũ aiunt, si prius dentur deguſtanda. E pomis vinum factitari prælo & truſatilibus molis ius tortiuum exprimẽtibus. Deinde ſecundarium fracibus ac retrimentis in aqua maceratis, ita vt pomea lora dici poſsit, non parui ad reſtinguendam ſitim ruſticorum iuuamenti. Acetum quoq; è pomis fit acerbis ac ſylueſtribus, quę in cumulo per triduum reſeruantur, ac deinde mittuntur in cadum, cui fontana aut pluuialis aqua miſcetur, & opertum vas per triginta dies ſinitur, ac ſubinde quãtum fuerit aceti ſublatum ad vſus, tantundem redditur aquę ad reparatiõem. Pyrus ἄπιος & ὄχνη proximum locũ ſibi vendicat, pomariaq́; imprimis ornat. Malus diffundit latera, pyrus magis in ſubrectum cacumine & lateribus germinat. Solo lęto ac humido pyrus gaudet. Naſcitur & ſemine originem ſuam natura refouente, ſed cuius æternitati nulla tarditas poteſt adferre faſtidium, ſed homini longa eſt expectatio, cùm ſerò admodum proueniant, & à generis nobilitate deſciſcant. Melius igitur rã dicatæ ſylueſtrium plantæ ſcrobibus benè ſubactis ſeruntur Nouembri menſe, vt cùm præhenderint, inſerantur. Seritur & plantis bimis trimiſue radicatis, ac ſcrobibus deponitur. Traditur crebris foſsionibus &

Tortiuum ius.

Tortiuum vinum.

Vinum è pomis & acetum.

Pomea lora.

De pyro.

Pyri ſeren da plantã daq; ratio.

frequenti humore proficere, vt nulla floris iactura fiat. Multum proderit, si interiecto anno qualelibet adiungatur letamen. Bubulum spissa & grauia poma creare fertur. Aliqui cinerem miscent, commendandi saporis gratia. Plantãtur & viui radicibus nõ solùm, sed & stolonibus illarum auulsis. Si viui radices plantaturus, hæ sint triẽnes, aut ad minus biennes. Quidam etiam trunci generosissimas scytalas faciunt, easque plantant sicut oleas. Tempus inserendi maximè martius & Aprilis, Plinius etiam florentem inseri tradit, quod & ipsi experti sumus. Inseritur autem cotoneo, amygdalæ, terebintho, punicę, malo, moro. Si moro inseratur, rubra pyra creabit, Virgilius fraxino inseri docet. Immò omni generi inseritur, Surculus, cui inseritur, anniculus sit & prius, quàm figatur, folijs & omni tenera parte priuatus. Quod si dulcem facere velis, & vberiorem fructum ferre, truncum ad ipsam terrã perforabis, & cuneum ex quercu aut fago adiges, atque ita obrues. Si verò ægrotet dum floret, curabis vini veteris fecem radicibus affundere atque rigare ad dies quindecim atque hac opera, etiamsi non ægrotet, dulciorem fructum feret. A vermibus non læditur, si dum plantatur, felle bubulo illinatur. Languentis pyri ablaqueatæ radicem tere

erebrandam, & ex quercu vel prunis cu-
eum infigiendum monstrat Palladius. Si
pidosa sint pyra, à radicibus terram leua-
is, ac lapides secernes, atque nouam ter-
im cribratam infundas. Spatia inter pyros
iginta pedes aut paulò pauciora relin-
uenda, inter pomos plura, vt dictum. Py-
orum genera exequi superuacuum, cùm in *Pyrorum genera:*
colendis nulla discrepantia. Crustumia
parte rubentia celebrantur Columellæ
eneros issima, ac sapore gratissimo: Faler-
a his proxima, largo succo abundantia, o-
issima & odoratissima superba Plinio lau-
ata. Lactea vocantur quædam. Aucto-
es suos nobilitauêre Decuminiana, & ex
is tracta origine Pseudodecuminiana, Do
obellana longissimi pediculi, Pomponia-
a cognomine mammosa, Liceriana, Siue-
ana, &, quæ ex ijs nata sunt, Tyrannia pe-
oli longitudine distantia, Fauoniana ru-
ra, paulò superbis maiora, Lateriana, Ani-
iana, autumnalia acidulo sapore iucunda,
quæ Tiberio maximè placuêre, Tiberia-
a: Sunt &, quæ hodiè Augusta vocantur,
uòd eo mense matureścant etiam Plinio
on neglecta, gratissimi saporis atque co-
oris. Patriæ nomen habent serissima om-
ium Amerina, Picentina, Numãtina, Alex-
ndrina, Numidiana, Græcula, & in ijs, Ta-

rentina, Signina, quæ alij à colore testacea appellant, sicut onychina, purpurea: Ab odore myrapia, nardina, laurea: A tempore Augusta, Brumalia, hordearia, siliginea à cõitatu frugis: à collo ampulacea et Coriolana, & brutę gẽtilitatis Cucurbitana acidula succo: à melle mulsa: Item Regia, quę quasi sessilia sunt: Volema à Catone prædicata & Virgilio Macrobius recenset Bolemia, Cerilia, calculosa, loliana, lauinia, Milesia, myrtea, orbiculana, preciana, rubilia, Tulliana, Titianaq;. Serotina ad hyemem vsq; in parente pendent. Gelu matureścétia pyra sunt, quæ vocãtur Libralia. Quotidie nouis insitionum coniugijs sic variãtur, vt singula persequi difficile. Hodie Gallis celebrantur Bonchristiana, non sapore solùm, sed & perennitate commendabilia è Campania allata: proxima Mariana, vel Diuę Mariæ pyra: adde muscata, Martiniana, hybernalia. Seruari varijs modis tradunt, alij picè illitis furculis suspensa seruãt: alij in sapo & passo, vel dulci vino mersa, vel operculato vase: alij in arena, alij in floccis, alij inter frumenta obruta, aut in palcis seruãt: Quidam asserunt nullum pomi genus, quod non possit melle seruari. E pyris, sicut & è pomis, vinum atque acetum fieri ostendit Palladius, prælo aut pondere expresso succo

Seruandorum pyrorum ratio.

Vinum acetum, & liquamẽ-

& liquamentum è pyris ad ieiunia fœmina- *ta è pyris.*
um, quod Caſtimoniale dicitur. Pomis py *Caſtimo-*
isque ſuccedunt Cotonea vel Cydonia v- *niale.*
riq; generi communia. Hoc pomũ primus *Cotonea*
Cato nominauit Cotoneum, Græci Cydo- *malus.*
ium κυδώνιον, à Cydone oppido, vnde pri- *Cydonia.*
nùm aduecta, nomen duxerunt, Itali meie *Chryſome*
otogne, Germani Quitten, Galli vn coig- *la.*
ier: à colore Græcis χρυσομῆλα, Maroni
urea mala dicta: Itẽ ſtruthia, quæ, & ſi pau-
ulum differant, tamen in eo genere cõprę-
ienduntur: Nam Columella tria genera
ommemorat Cydoniorũ ſtruthia, Chry-
omela, & muſtea, quæ omnia tam ad ſalu-
ritatem, quàm ad voluptatem conferant.
lantantur ad eum modum, quo pyra, &
eraſus: aliqui Martio, alij Februario plan-
as radicatas in paſtinato ſolo ſic tenuiſſe af
rmãtur, vt ſequẽtis anni fruge potiti ſint.
ocis frigidis etiã & humidis, planis & de-
liuibus gaudent: Siccis & calidis Octobri
onantur. Si in tepido ſtatuantur, rigatione
lis ſuccurrendum. Serunt nonnulli cacu-
minibus & talea, ſed rarior in vtroque pro-
entus: Stolone ſtatim degenerat. Inſerun-
ur melius in trunco, quàm cortice menſe
ebruario aut Martio. Recipiunt in ſurcu-
os propè omnis generis, punici, ſorbi, om-
ium malorum & meliora producunt. Ita

ponendæ sunt largæ arbores cotonei, ne alteram quatiente vento stillicidium tãgat alterius. Dum minor, vel quando ponitur, iuuetur sterc ore, maior cinere. Rigãdę sunt quoties cœlestis negatur infusio & circumfodiendæ locis calidis Octobri mense, aut Nouembri: frigidis verò Februario aut Martio. Nisi enim circumfodiantur assiduè, aut steriles fiunt, aut eorum poma degenerant: Collucandæ quoque, & à vitiosis omnibus liberandæ. Si arbor est ægra, amurca aquæ æqualiter mista radicibus debet affundi, vt Didymus apud Constantinum docet: aut calx viua cum creta tẽperata, vel resina locularis pici liquidæ mista trunco arboris allini. Legantur sereno cœlo sine macula integraque, & quàm maturissima decrescente luna. Seruantur inter binas tegulas, si luto omni ex parte claudãtur: Alij siccis locis reponũt excluso vento, alij paleis & frumẽto, nonnulli melle, item vino, vinumq; odoratius redditur. Palladius plures modos refert. Democritus negat seruanda cydonia, vbi alij pomacei fructꝰ recõditi sunt, quòd odore vicinos corrumpant. Fit vinum à cotoneis contusis & expressis, addito paululum mellis, & oleum quoq;: Nostrates precioſum ex his liquamentũ faciunt, & quam carnem vocant cydonioũ diuturna coctione den-

Cotonea quomodo legenda, et seruanda.

ne denſata, & ſaccaro, vino, atq; aromatib. cõdita. Pergã de Meſpilo tibi referre, quam μέσπιλον, Itali neſpilo, Germani Meſpeken/ Galli meſplier ou nefflier vocant: Hæc arbor inter pyrorum & pomorum quoq; genera refertur. Seritur eo modo, quo Cotonea. Locis calidis gaudet, ſed irriguis, tametſi frigidis etiã puenit. Non infeliciter in quercetis & ſyluis prouenire comperimus: Nam querceta vidimus, in quibus denſiſſima meſpelorũ ſylua annuã pecuniæ penſionem non pœnitendã reddere dicebatur. Serendã tradunt taleis menſe Martio, vel Nouẽbri, ſolo ſtercorato & ſubacto, ita vt vtrũque caput taleę ſterc⁹ obducat. Seritur etiam ſemine, ſed in longæuiorẽ ſperatur ætatem. Adhæc ſeritur & in rubo optimè, atq; in pyro, ac malo. Leguntur meſpila nondũ mitia, q̃ ſeruare velis. Et in ipſa arbore diu in multam hyemẽ durant. Et poſca & ſapa cõduntur. Catonis ætate nondũ Italiæ nota. Plinius & alij quidã meminerũt, incertumq́ an meſpilũ cum ſorbo cõfuderint Veteres. Tria genera Plin. tradit, primũ ternis intus oſsiculis, vnde tricoccum quidam appellant. Noſtrates duo genera obſeruãt, vnum, quod rarioribus horret ſpinis, in nemoribus & dumetis paſsim naſcens, acerbum prius quàm per hyemem & frigora

Meſpilus.

Meſpilum cum ſorbo quidam cõfundunt.

molliatur: alterum ſine ſpinis grādi pomo, quod videtur cultu & inſitione manſuefactum. Syluestrium ligno & ad trochlearū radios, & ad venabula vtimur, Surculi flagellis aurigarū vſurpātur. Meſpilo propter vicinitatem fructus ſorbus coniungenda, arbor procera, fructu vel orbiculato, vel ouato, vnde Græcis ὄυα, ἡ, vt. Theoph. teſtat: & ὄη & ὄιη, fructus ὄυον, Itali Latinū retinent nomē, Germanis ſporeffelbaum, Gallis cormie & cormier. Fructus vuæ modò acernatus producitur, ita vt fani ſpeciē gerat. Syluaticæ, q̄ vrbanæ fructus præſtantior: frigidos quærit tractus, & ſi in feruentia loca inciderit, ſterileſcere aiunt. Aculeos non habet, vt meſpilus. Naſcitur ſemine, radice, & auulſione, ſolo frigido & humido, montib. viuax. Seritur in Februario, & Martio frigidis locis, calidis Octobri, aut Nouēbri. Inſeritur in ſe, & in cotoneo, & ſpina alba, vel trūco, vel cortice. T H. Punicas miror te hīc alere poſſe: de huius cultura nobis ediſſeras quæſo. MAR. Inter exoticas punica præcipua, hinc dicta opinor, quòd Carthagine, atque in Africa laudatiſsima arbor, vt vides. non procera, folio anguſto, nitidiq́ue viroris, flore puniceo oblongo, calathi effigie, pomo, quod corio & mēbrana tegitur, numeroſis intus acinorū granis, vnde Granatum

Sorbus.

Punica.

tum dicitur, Græcè ῥοὰ vel ῥοιὰ tam arbor, quàm fructus, ῥοὰ γλυκεία καὶ οἰνώδης, malum punicum dulce & vinosum, Italis mele granato, Gal. pomnes de granade & mygrenes, Germa. Granatapffel. Hispanis granados. Sola hęc arbor, vt ficus & vitis, caudice fisso non emoritur. Aculeos gerit in ramis vt paliurus. Locum, cœlumq; amat calidum, ac minimè aquosum: Quibusdam locis apricis in dumetis sponte nascitur. Seritur vere, stercore suillo & humana vrina, radices rigantur. In se seritur & alijs arboribus, item plantis de matris radice diuulsis. Et licet multis generibus pangatur, melius tamen eius ramus cubitalis incisus manubrij crassitudine in capite vtroque acuta falce leuigatus scrobi veluti obliquus immergitur, prius suillo stercore oblinatur & summum & imum. Seritur & alio modo, Nempe trũcus eligitur fructuosus, qui in terram vsq; deduci queat, & ipsum, vt reliquas arbores per infoliationem sub corticem inserunt, & similiter vinculis muniunt: deinde in terram depangunt non attingentes insitã partem, sed inferiorem, & amurca perfundunt atque oblinunt, vinculisq; constringũt, ne recurrat, donec enascatur surculus. Myrto delectari Democritus tradit, & radices etiam si aliquanto distent interuallo, tamen

Granatũ pomum quare dicatur.

Granatis omnib. idē numerus acinorum.

mutuo complexu exhilarari. Sine nucleis nasci, si, vt in vite, medulla dempta surculus obruatur, & dum comprehendit amputetur, quod emergit. Acinos granatis totidē numero Africanus prodit singulos etiam si variet magnitudo. Basilius in Hexam, scribit ex amaris dulces reddi, si ad radicē truncus perforetur impacto piceo cuneo pingui, hac enim ratione transmutari succi malignitatem. Longo tempore custodiuntur, si in feruentem aquam intingantur, & protinus erepta in arena sicca componantur, aut tritici cumulo in vmbra, dum rugas cō-traxerint, recondantur, aut paleis tactu inuicem separata. Alij tradunt seruari vt cotonea, gypso illita aut creta: Nam loco frigido seruantur incorrupta. Malicorium, putamen mali punici dicitur. Florem punici mali satiuum Dioscorides κύτινον appellat, sylueſtrem verò βαλαύσιον. THRAS. Audio & peregrinam Cytream miris artibus hisce regionibus coli. MAR. Citrea, quæ & Medica, & Persica, & Assyria dicitur, quòd primùm è Perside, & Medis translata: alij ab Hercule de Lybia in Græciam aduectam, vnde Varro Lybicam citrū vocat. Eius poma Græcis μηδικὰ μῆλα, ἢ κεδρόμηλα, Medica mala & Cedromela, Italis citroni, Germanis Citernapffel, Pomerancen, Gallis citrō.

Acinorum seruandi ratio.

Malicoriū

Citrea.
Medica.
Persica.
Lybica citrus.

Eius

Eius pomum citreum, & Hipericum atque aureum malum, item nuptiale Iouis & Iunonis pomum appellatur. Quæ auri colore relucent, Arangia vulgo vocantur. Quæ è viride in luteum langueſcunt, citreola, vel citrula. Quæ deniq; ouata ſpecie turbinãtur, ſi luteo colore virent, citrãgula, priuatim citria vocantur: ſi herbaceo colore virent, Limones, ſi præ grandia more melonum orbiculata turgẽt, ponceria vulgò appellãt, quaſi cerea vel citrea poma. Omnia ferè vernacula ſpecierũ nomina à citro deflexa reperiuntur, vt notat Ruel. Arbor hæc omnib. horis pomifera, alijs cadentib. alijs maturaſcentibus, alijs ſubnaſcentib. malis orbẽ quendam fœcunditatis ſubminiſtrãte natura: quales arbores in Alcinoi horto depingit Hom. Odiſſ. 4. Folio eſt lauri intercurſantibus ſpinis, pomi effigies caperata rugis aureus color, gratus odor, amara intus pyri grana. Pomum inimicum venenis. Seri hanc arborem Pallad. tradit 4. modis, ſemine, talea, ramo, claua. Si granis ſeratur, terram in duos pedes fodies, cinerem miſcebis, breues areas facies, vt vtrinque per canales aqua diſcurrat. In his areis palmarem ſcrobẽ manib. aperies, & tria grana deorſum verſo cacumine iuncta cõſtitues, & obruta quotidie rigabis: Natis ſeminib. ſem-

Arangia.
Citreola.
Cirula.
Citrãgula
Citrea.
Limones.
Ponceria.

Cytreamali ſerendæ ratio.

ſemper proxima herba runcetur. Citius ꝓcedit ſi beneficio aquæ tepẽtis vtaris: Alij affirmant ſemen extractum tempore verno in ſulcis diligenter ſubactis rigandũ quarto aut quinto die, cumq; vegeta fuerit, trãſferri iterum verno tempore ad molle, vdũque ſolum. Gaudet abundanti humore. Si ramum velis ponere, non amplius ſeſquipe dedebes immergere, ne putreſcat. Talea, & claua ſeri commodius Palladius exiſtimat, modumq; deſcribit. Si quis nutrire velit hanc arborem, loca contra Aquilonem muniat & Auſtro atque ſoli exponat: hybernis menſibus tegetibus aut ſportulis. Quare quidam huius culturæ mangonio indulgentiores, fornices ad ſolem ſpectantes cõ cameratos diſponunt, atque inibi prope parietem conſerunt, fornicesq; æſtate apertos ſole ſinunt illuſtrari, eiuſque tepore foueri: Appetente hyeme ſtramine tegũt, aut ſtorijs, maximè cucurbitarũ fermentis. Gaudent hæ arbores aſsidua foſsione. Inſerunt menſe Aprili calidis locis, frigidis Maio, nõ ſub cortice ſed fiſſo trunco circa ipſas radices. Inſeruntur & pyro ac moro: Sed inſiti ſurculi qualo muniendi aut fictili vaſculo. Dulces gigni, ſi ſemina per triduum aqua mulſa macerentur, vel ouillo lacte, quod præſtat. Ligãda ſunt, quæ ſeruantur nocte luna

luna latente, cumque ramis foliatis carpenda. Vbi fructus prægrauat, detrahere poma conuenit, & pauca relinquere, quæ altilia, vegetioraque reddentur. Nunc etiã in Gallia, & Germania alitur, & cadis terra plenis mergitur, apricisq; locis exponitur soli, frigoribus sub tecta refertur. Vidimus in Germania qui vaporaria huic culturæ adornarant abiegnis tabulatis sic constructa, quæ hyberno tempore hortum cingerent atq; fornaculis calefaciẽtes, æstate tabulatis sub motis solis tepore fouerent. Si prius, quàm augescunt, in vas fictili aut nitrum imponãtur, augescunt ad vasis formã, vt in vuis fieri videmus. Quinetiam figuram hominis & animantiũ induendi Africano auctore. Opus est autẽ vasis respirationẽ relinquere. Sed, ne exoticis te diutius detineam. Vernaculæ potius nobis considerandę arbores: Iter quas est Morus Latinis dicta arbor *Morus.* Græcis μορέα, ἡ, συκόμορος fructus συκάμινον, Latinis morum, Italis moro. Arbor fructus more Germanis Mulbern, Gallis meure, sapientissima hæc arbor appellata, quòd in *Sapientiss. arbor.* nouissimis germinet, & nisi exacto frigore, ita, vt cum videas morum germinare, iniuriam postea frigoris non metuendam certò constet. Inter primas matureſcit in tantum germinatione erumpens, vt vna nocte cum

stre-

strepitu peragat. Tingunt manus succo maturo, eluunt acerbo, vt inquit Plin. Trini eius colores, candidus primò, mox rubens, maturis niger. Loca amat calida, sabulosa, fossionibus lætatur & fimo, humoribus nõ item. Ablaqueanda est circa Octobrem, & vini feces circumfundẽdæ. Seritur & semine, sed plerunque degenerat, melius taleis & cacuminibus sesquipedalibus vtraq; parte leuigatis, fimoque oblitis. Locum in quem palum demiseris, cinere terris admisto tegunt, sed nõ amplius quatuor digitis operiunt. Serendam docet Pallad. Martio, plantam transferri Octobri vel Nouembri Beritius author est, morum autumno seri ramulis ficulnorum modo in terram deflexis, idque ipse experientia comperi, maximè si recisa pars contusa sit, quò facilius radices agat, atque sic, vbi palo locum feceris, immittas. Inseri tradunt fago, & populo albæ, vel insitione, vel inoculatione, & cãdida nasci mora. Inseritur & fico & vlmo, sed hoc religio fulguris prohibere dicebatur. Amica viti. Aeschylus de Hectore loquens, vir, inquit, ille moris erat maturior. Fit è moris nobile medicamentum stomaticum aut arteticũ. Mora in vitreo vase diutissimè seruari aiunt. Folijs bombices aluntur, vnde plurib. vberrimus quęstus, vtque

propter

propter foliorum magis, quã fructuum vsum pleriſq; locis in p̃cio habeatur arbor. THRAS. Quænã illa arbor ſanguineo fructu inſtar ceraſi? MAR. Cornus, Græcè Cranea κρανία, Itali carneolos vocant, Germanis Cornelbaum, fructus vvelſche kirſẽ, Gallis cornier, arbor non vltra cubitorũ 12. altitudinem creſcere creditur caudice nõ quidẽ craſſo ita, ſed ſolido, vt cornib. ſpiſsitate nõ diſsimilis, folio Amigdalæ, ſed pinguiore, flore & fructu oleę, dulci, pluribus cornis vno pediculo dependentib. primò cãdidulis, pòſt rubicũdis & eſculẽtis. Maturis ſuccus eſt cruentus. Mõtes & valles diligit, tamque humidis, quã ſiccis delectatur. Auulſione prouenit & ſemine: Ad aluearia ſeri non conuenit: nam flore eius deguſtato aluo concite apes moriuntur. THRAS. Quænam in propinquo ſita arbor? Mar. Zizyphus eſt. Nomenclatura Græcis ξίξυφα, κὴ ξίνξυφα, κὴ Galeno σηρίκα, Vulgo officinis Iuiubæ, Italis Giuggiole, Gallis Iuiubæ, Germanis Burſtbyrle. Et ipſa baccis corni ſimilia poma gignit, flore oleæ, ſed magis odorato: Columella duplex eius arboris genus commemorat, rutila Zizypha, & candida. Zizypha grano ſeruntur, Locis calidis Aprilis frigidis verò Maio, vel Iunio pangũtur oſsibus & ſtipite, planta creſcit tardè.

Cornus.

Zizyphus.

Si

Si plantam ponis Martio in terra molli: Sin ossibus in scrobe palmari ita, vt terna grana cacuminibus inuersis constituantur. Terrã amat non minus lætam, sed proximã tenui, loca calida. Hyeme prodest lapidum cumulum circa codicem aggerari vt Pallad. testatur. In proximo pistacea sunt, Græcè πιστάκια, Italicè Pastinachi, Germanicè vvelsce pimpernus, Gallis Pistaches, folio angusto comantur & subruffo, è surculis dependent pistacea pineæ nucis similitudine. Creditur. vtriusque sexus esse hoc genus, atque ob id geminas velut matrimonio coniungi: Et marem: cui sub corio velut osseo longiores videtur latere testiculi. Inseritur Calend. Aprilibus, & sui generis arboribus, & terebinthi, atque etiam amygdale. Seruntur & pistacea autumno mense Octobri sobole, & nucibus suis, vt Palladius testatur. Amat locum calidum & humidũ, gaudetque rigatione. THRAS. Quia superius memini te dixisse, è plantis & arboribus quædam semine, quædam insitione produci: & quoniam insitione iam pleraque seri audiuimus, cuperem de reliquarum arborũ colendarum ratione, quæ vt plurimum semine proueniunt, tibi differenti auscultare. MAR. Rectè quidem meministi. Etsi enim insitione proueniant, melius tamen sunt

Pistacea.

Quæ semine plurimum.

sunt quædam, quæ semine felicius, & frequentius, & vix aliter proueniant. Et licet è supradictis aliqua semine coalescãt, vt mespilus, cornus, & alię quædã, tamen aliquoties degenerant, aut serius proueniunt: Id quod Virgilius monuit:

Semine quædãnon feliciter ac tardius proueniũt.

Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda venit seram factura nepotibus vmbram,
Pomaq́; degenerant succos oblita priores.

Insita autem restituuntur. Nonnulla quoquo modo seruntur nõ degenerãt, vt Laurus, palmus, cupressus. Persica, Armeniaca, pruna, damascena, pistacea, palma, abies, cerasus. Et quia non omnes eandem curam admittunt, de pręcipuis sigillatim dicemus. E semine enim natura docuit, vt diximus suprà, raptim eo deuorato auium & alui tepore madido atque in arborum rimis abiecto.

Laurus Græcè δαφνίς, reliquis plerisque linguis nomenclaturam retinet Latinam, fructus δαφνίδες, Latinè Lauri baccæ, Italicè bacche de lauro, Germanicè Lorberen, arbor gratissima domibus, ianitrix Cęsarum, Pontificumque, quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera Cato tradit, Delphicam, & Cypriã. Delphica æquali colore viridior maximis baccis atque è viridi rubentibus: hac victores Delphicos coronari. Cypria folio breuio-

Laurus.

ri nigro per margines imbricato, hanc aliqui syluestrem volunt, vt Plin. scribit: perpetua frondet coma, fertvuam tam fęcunda, quàm sterilis, latere germen citat, quapropter citò senescit, & cariem sentit, frigidos tractus, vt quæ calida sit, aspernatur. pluribus modis seritur: nam & baccæ Aquilone siccatæ expansæque raræ leguntur, ne aceruo coalescant: Postea vrina madefactæ in sulco repastinato palmi altitudine vicinæ ferè aceruatim ponuntur mense Martio. Seruntur & auulsione atq; propagine, si quis sublatis surculis serat. Crebras deponere lauros nō plus nouenis pedib. distantes p̄cipiunt, sed facilè degenerēt. Sūt, qui putēt inseri posse mutuo, itemque sorbo, & fraxino. Baccas legendas circa calendas Decēbris: Serendas Idibus Martijs tradunt. Viuiradices transferendas Octobri. E semine seruntur maximè nuces, &, quæ duro ambitu lignosum putamen habent: Græcè ἀκρόδρυα vocantur, Etsi Caius Iurecōsultus ἀκρόδρυα pro omni arborum fructu vsurpari respondit. Inter nuces primam dignitatem obtinent. quæ Thasiæ vocantur & amygdalæ, græcis quoque ἀμύγδαλαι, Italis mandorle, Germanis Mandelen, Gallis amandes. Seruntur Februario. Gaudent puro calidoq; solo: In pingui & humido sterilescunt. Seren-

Nuces.

ἀκρόδρυα.

Thasiæ.

Amygdalæ

rendas maximè falcatas & è nouellis. Panguntur & auulso ramo, viuiradice, & semine. Nuces, quæ seri debent, pridie liquido fimo macerentur, alij aqua mulsa madefaciunt, in eaque noctem solùm permittunt, ne germen extinguat mellis mordacitas: sic meliores fieri succi, & celerius nasci tradit Columella. Cacumina & partem acutiorẽ in terram verti, quia inde radices agit, figuntur, sic vt lignosior pars sursum, acies lateris Aquilonem spectet. Ternas semine serendas trianguli ratione inter se palmo distantes denis diebus adaquandas, donec grandescant. Serũtur & surculo è medio arbore desumpto. Inseritur amygdalus non iuxta summitatem ipsius trunci, sed iuxta medium ex ramis excurrentibus autumno finito. Hæc arbor præcoci partu germinat & prima omnium florem, nempe Ianuario, aut Februario, profert. Virgilius fertilitatis frumenti præsagium esse canit:

Cùm se nux plurima syluis
Induit in florem, & ramos curuabit olentes,
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur.

Ex amaris, quæ tamen salubriores, dulces fient, si circumfosso stipite, 4. digitis à radice cauernula imprimatur, per quam noxiũ desudet humorẽ, vel si circum radices aper

tas vrina vel suillũ stercus diffundatur: Aut si ad radicem trunci cuneus piceus pinguis immittatur, hac ratione succi amaritudinẽ dulcescere Basilius tradit Hexam. Cęterùm nihil æquè degenerat. Ideoque aut plãtam sępius transferri, aut adultam inseri iubent. Iuglandes Græcè κάρυα βασιλικά, Italis nocy, Gallis noix, Germa. Groisse nusz: seruntur porrectæ commissuris iacentibus, vt Plinius tradit, Calendis Martijs vel circiter. Existimant quidam, eo modo, quo amygdalæ & auulsione, & viui radice prouenire. Citò adolescit: amat loca sicca & frigida potius, quàm calida. Nux, quam positurus melius adolescet, si vrina pueri impubis quinque diebus maceraueris: Lætius, si sæpius transferatur. Optimè prouenire creditur nux à cornice, vel auibus posita. Si terebra arborem traijcias, & foramini parem vlmeum adigas cuneum, nodosam duritiam exuet nux. Fructum non amittere, si verbascũ, vel cocciniũ è sterquilinio pannũ amuleti vice suspendas. THR. Quî fit, vt foras & in ambitu extra pomarium, & non inter alias pomarij arbores collocaueris iuglandes? MAR. Quia & vmbra eius arboris patula & insalubris, ac stillicidio nocens, pinguedinemq; ad se trahit. Cùm enim crassæ sint & amplæ arbores, vt vides, adeò vt binis ter-

nísue vlmis vix complecti queant aliquæ, plurimum spatij occupant, alijsq; arborib. succum detrahunt, quibusdam etiam pertinax cum ea diſsidium. Ideò ad pomarij latera veluti colũnas applantauimus, vtq, reliquas arbores à vẽto tẽpestuoso obiectu suo defendant. Nucum generi & corylus annumeratur, è qua auellana, quæ Græcè λεπτοκάρυον & κάρυον ponticũ dicitur, Italicè nociuole & nocelle, Germa. Haselnusz, Gallis noyſette. quo amygdalus modo, & tempore deponitur. Gaudet argillosis & vliginosis locis ac montibus hyemis patiens. Has in Asiá Græciamq; à Póto veniſse: vnde Ponticæ & Heracleoticę ac Leptocarya dicuntur à Græcis, noſtris Pręneſtinę. In nucũ genere Caſtanea quoque refertur, etsi glandium generi accommodatior, vnde Iouis glans, & nux vocatur, Græcis κάρυα, σαρδιάναι βάλανα, διὸς βαλανοι, ἢ λόπιμα, Italis Caſtagne, Germanis Kaſtey, Gallis Caſtagnes. Montium & frigoris amica, aquas odit, puram & reſolutam terram deſiderat. Sabulonem humidum non reſpuit: In opaco & Septentrionali cliuo lætatur, ſpiſſum & rubricoſum ſolum odit. Seritur & ſemine, & viuiradice. Syluæ melius nucibus, quàm viuiradicibus inſtituuntur: Alioqui poſterior modus tutior, quòd bima fructũ

Corylus.

Caſtanea.

reddat. Pangitur ab æquinoctio non solũ stolone & surculis, sed auulsione etiam aç viui radice, sicut olea. Castaneæ, quæ sulcis destinantur, eligendæ grandes & maturæ: quæ, si recentes sint, satę melius respondẽt. Serũtur nó vt amygdalę & nuces, sed acuminata parte sursum spectante, interuallo pedali: Seminatur sulco dodrantali. Nucibus, vt dictum, potius, quàm radicibus plãtaria cædua complentur, cediturque in pedamenta intra septennium. Columella scribit Castaneam stabiliendis vineis habilem in repastinato positam celeriter emicare, & post quinquennium cæsam more salicti recreari, atque in palum formatam in alterã cæsionem perennare, vt infrà de syluis dicetur. Infigi quoque castaneam iuglandi, fago, & robori volunt. Felicius crescere binas quasi coniugatas compertum

Pinus. pinus, πίτυς, Italis pino, Germanis Hartzbaũ, Gallis pin: Eius plantatio non dissimilis amygdali: Nã

Strobylus. & strobyli, id est, pineæ nuces, sicut amygdalæ plantantur. Leguntur autem Iunio antè, quàm Etesiæ spinent, & grana excidant calice siue tegmine rupto. Tempus sationis Octobrem & Nouembrem Palladius tradit. Hæc arbor prodesse creditur omnibus,

Picea. quæ sub ea seruntur. Quæ autem picea Latinè, ea Græcis πίτυς, Italicè pezzo, Germanicò

nicè Rotdannenban, Gallice vng arbor du genere du pin. Ad Ceraſos venio. Ceraſus Græcè κεράσος, fructus κεράσια, Ceraſa & ceraſia, Italis arbor ceraſo, fructus Ceraſe & ciregie, Germ. Kirsbaum, kirſen, Gallis ceriſier & fructus ceriſe. Facilis plantatio, ſi ſpargétur poma, quæ ſumma fertilitate naſcentur, ſic explorata creſcendi petulantia, vt virgulta è ceraſo pro vitium adminiculis poſita in arborem facilè proſiliant. Inſeruntur in pruno, in ſeipſa, in platano, & rubo, optimè in ſylueſtri ceraſo: inſitione enim lætatur, & meliorem fructum fert. Si viti inſeras, aiunt vere vuas producere. In ceraſis tamen ſicut omnibus geminiferis inſitiõis tempus eſt, quando in ijs vel non adeſt, vel gummi deſinit defluere. Plantam ſylueſtré transferunt Octobri vel Nouembri, vt primo Ianuario vel Februario cum comprehendit inſeratur. Martialis trunco inſeri ſuadet: ſed inter corticem & lignum felicius coaleſcit. Amat ſcrobes altas, ſpatia largiora, aſſiduas foſſiones. Putari nea ramos marceſcentes deſiderat. Gaudet locis frigidis: ſimum adeò odit & horret, vt admoto eo degeneret. Seritur etiam auulſione. Sine oſsibus naſci tradunt, ſi ſurculum inſerendum inuertas. Alij iubent teneram arborem ad binos pedes reſciſſam vſque

Ceraſus.

Vt ſine oſſib. ceraſa naſcantur

ad radicem findi, abrasaq; ferro vtriusque partis medulla, statimque partes seiunctas vinculo astringi, & summam partem ac diuisuras laterum fimo oblinire. Sed post annum ducta cicatrice diuortia coalescere, deinde surculis, qui fructum adhuc non tulerunt, si inseras, sine ossibus cerasa nasci, Martiale auctore. Cerasorum varia genera etiam à Plinio enumerata, veluti Aproniana, quæ maximè rubent, Actia nigerrima, quæ Germania etiãnũ appellat Ackliſche kirſen, Celiciana rotunda. Plinius genera commorans Cerasorum, Principatus, inquit, duracinis, quæ Campania Pliniana vocat. Et mox: In ripis etiam Rheni Kerſis, ijs color è nigro ac rubenti viridique similis maturescentibus iuniperinis scilicet baccis. Quo loco corruptè vulgata exemplaria legunt Tertius pro Kerſis Germanico vocabulo, quo cerasa significantur Latina lingua perversa. Plinius autem cum pluribus locis Germanicas vsurpat voces, cùm aliâs, tum libro 9. 10. 17. 18. Quæ à Latinis non intellecta, corruptè posteritati sunt tradita. Sunt & laurea lauro insita primùm non ingratæ amaritudinis. Iam chamæ cerasi in maximo precio arbore pumila & pediculo breui, pomo rotundo, rubente carne multa, molli, succosa. Aiunt præcoces fieri, si calx admo-

Cerasorũ genera. Actia cerasa Ackliſche kirſen Plin. locus

admoueatur. Proditum est, poma interuelli melius, vt, quæ relicta, grandescant. De cerasis seminandis licebit in Constantini collectaneis videre plura. Reperiuntur cerasi quoque arbores sponte in syluis & dumetis nascentes, baccis paruis, partim sanguineis, partim in totum nigricantibus. Eius generis passim in rusticis prædijs conserũtur pascendis porcis. Prunus κοκκύμηλος, fructus κοκκύμηλα, Latinè pruna, Italis prune & succine, Germanis Plaumen, Gallis prune: Seritur post mediam hyemem, vsq; in Idus Februarias: Si tamen ossib. seratur autũno, mense Nouébri, solo putri & subacto, duobus palmis obruuntur ossa. Eadé ponuntur mense Februario, sed tunc lixiuio maceranda per triduum, vt citius germinent. Ponitur & plantis, quas è caudice sumemus siue mense Ianuario, seu initio Februarij, radicibus fimo oblitis. Gaudet solo læto & humido, cœlo frigido melius adolescunt, frigidum tamen possunt sustinere. Inseritur mẽse Martio extremo melius trũco fisso quàm cortice, vel mense Ianuario, antequam incipiat gummi collachrymare. Inseritur in se, & in persicum & amygdalũ. Sunt varia genera, Damascena, quibus inter pruna prima laus, sicca terra & cœlo calido gaudet. Inseritur sicut & aliæ pruni. *Prunus.* *Damascena.*

Prunorũ genera.

Sunt & verſicoloria, nigra, candidula, hordearia, aſinina, purpurea, onychina, malina malis inſita, Cereola à cerę colore è candido in luteum vergente, Purpurea maiuſcula, quibus ſues ſaginantur. Commendantur maximè pruni dactyla, à longitudine digiti, qualia è Bohemia & Pannonia afferuntur, & Iuliana vel Noberdiana cærulei coloris, ſeriora. Damaſcena ſiccantur ſole per crates loco ſicciore diſpoſita, aut etiã furno tepido. Nonnulli antè aqua marina vel muria demergunt, atque inde ſiccant. Prunis vicina Myxa, & myxaria, μύξα καὶ μυξάρια, vulgo Sebeſten vocantur. Perſica πέρσικα μῆλα, arbor πέρσεα, Italis perſeo, Græcæ vocis æmulatione, ex Perſide aduecta nomen indicat. Vocantur & Rhodocina, ac Doracina vel Duracina. Quatuor genera traduntur: Duracinis palma tribuitur, & Armeniacis, ac præcoquis. Nouembri menſe calidis locis, cæteris Ianuario, Perſici oſſa in paſtinatis areis ſunt ponenda binis à ſe pedibus ſeparata, vt cùm inibi plantæ excreuerint, transferantur. Sed oſſa obruãtur cacumine deorſum verſo, vt nõ altius duob. tribúſue digitis humentur. Qualibuſcunq; proueniunt locis, artamẽ aquoſis gaudet magis, aut ſi talem nõ ſortiatur, inebriatur aſsiduo potu: Sic plura poma creabit. Sunt qui velint

Myxa.
Sebeſten.
Perſica.
Rhodocina
Doracina.

cœlũ

cœlum calidum poſtulare, ac ſolo arenoſo gaudere, atque ſic poma durabiliora gignere: Habiliores fieri plantas, ſi ſimul, vt ederimus oſſa, ſeramus, parte aliqua carnis circa oſſa relicta. Inſeritur in ſe, in vel amygdalo, vel pruno. Armeniaca, vel p̃coqua & berico ca, πραικόκια τε, καὶ δορράκια, ἢ ἀρμενία ab Aegineta vocantur, qui eadé perſicis præſtantiora eſſe, affirmat, precium his magnum, & magnatibus in delicijs habentur, expetunturq́; ab ægrotis. Poma innocua prunis rectè inſeruntur, duracina amygdalis melius adhæreſcunt. Inſerantur ſurculis pleniorib⁹ prope arborem natis Ianuario, vel Februario frigidis, Nouembri calidis: aliâs cacumina vel nõ tenebunt, vel non durabũt. Inoculatur menſe Maio vel Aprili præciſo ſuperius trunco ex emplaſtratis plurimis gẽmis. Non longè à ſe ſtatuendæ, vt inuicẽ ſe à calore ſolis excuſent. Galli & noſtrates hortulani Italico more inſerũt Armeniaca, ac p̃cocia, ſurculo nondũ digitali vel oculo largius erũpente vnà cũ cortice exciſo, & facta crucis in modũ fiſſura in recẽti arbore pruno circumligataq́; cãnabea ſtuppa, idque ad finem menſis Iunij, aut Iulio etiam atq; Auguſto. Perſica tradunt rubra naſci, ſi vel platano inſerantur, vel roſis ſub arbore conſitis: Inſcripta reddi, ſi oſſa, vel

Armeniaca.

Præcoqua.

Bericoca.

vel nucleos obruas, & post dies septem vbi patefieri cœperint, apertis his nucleum tollas, cinabari aut qua libuerit effigie descriptis, moxque cum suis ossibus luto vel suillo stercore inuolutis humo reddas. Sine ossibus prouenire proditum, si in perforatum trũcum extusa medulla salicis, vel corni palum adegeris. Ablaqueandæ arbores autumno, & suis stercorandæ folijs. Collocandæ quoque per idem tempus, vt arida tantum & putria tollantur. Arbori laborãti veteris vini feces aqua mistæ suffundantur. Si ardore solis siccata, frequenti aggestione cumuletur, vespertino iuuetur humore, & obiectis defendatur vmbraculis. Contra pruinas stercus ingeratur, vel vini feces cum aqua permistæ, vel aqua, in qua faba cocta. Si vermes infestent, bouis vrina cũ aceto tertia parte confusa. Palma à Græcis Phœnix φοίνιξ, Germanis Dactelenbaũ, Italis palma, Gallis arbor de dattes: fructus δάκτυλοι καὶ φοίνικες, Latinis palmulæ & dactyli, Italis dattoli, Gallis dactes, Germanis Dactelẽ: prouenit leni sabulosoq; solo, gaudet aquosis: & cũ toto anno bibere amet, tamẽ sitiẽte anno lætior. Quapropter & à fimo lædi putant. Ad Nilum & in orientalib. regionibus frequens, vbi etiam vina & panes ex ea conficiunt. Hæc in Europa ferè sterilis est,

Arborum cura.

Palma.

s est,& si seratur à quibusdã nouitatis cau
i.Seruntur ossa seu nuclei palmarum, fa-
tis scrobibus,binûm cubitorum ac totidẽ
titudine,& aggere fimo quolibet præter
aprinum saginato. Deinde in aggere me-
io nuclei palmarum plãtentur, ita vt acies
ursum spectet,alij orientẽ spectare volunt,
c deinde terra stercore saciata post asper-
ium salem obruunt. Quotidie dum germi-
ant,imbre rigentur. Sunt qui plantã trãs-
erãt anniculam,alij inolescere sinunt. Cę-
erum cùm salsa humo gaudeant, quotan-
is oblaqueare conuenit & salem inijcere,
ic celeriter in proceritatem magnam exit.
Semina non statim terræ mandanda,sed si-
tilium fundo committi, & vbi comprehẽ-
derint transferri.Palmas se vehementi pro- *Sympa-*
equi amore,& altera alteram sic deperit,vt *thia arbo-*
prona altera ad alterius inclinet complexũ *rum.*
& quasi viduam sterilescere. Seruntur autẽ
Plin.teste,palmæ trunco duorum cubito-
rum longitudine à cerebro ipso arboris vi-
ridi fissuris diuiso atque defosso, ab radice
auulsæ vitalis est,satis & ramorum tenerri-
mis: Quin & folia apud Babyl. seri tradit i- *Auulsione*
dem Plinius.THRAS.Et stolonibus quæ- *& stoloni-*
dam plantari aliquoties iam dixisse te me- *bus quæ*
mini.MAR.Superius dixi,ex ijs,quæ cõme *plantẽtur.*
morauimus, non pauca esse, quæ & stolo-
nibus

nibus siue auulsionibus plantentur cũ persp̃icua radicis parte. Sic quoq; ceraſum plãtari, nucem paruam, chamedaphnem, myrtum, meſpilum. Item ramis lætioribus auulſis, vel abſciſſa parte paululum cõtuſa, & in terram miſſa plerunque in arborem excreſcere ipſe comperi in moro, pyro, & malo. Vnum adijciam. Vt in animantibus ante iuſtam ætatem fœtis debiliores partes edũtur, ita & plantæ præproperè fructificantes, aut ad iuſtam magnitudinem non perueniunt, aut fructum nõ diu durabilem ferunt. Vnde arbitror lex illa Moſaica, vt arbores fructiferę tribus annis pro incircumciſis haberentur, & præputia eorum vnà cum fructu circumciderentur, hoc eſt, turgidę gẽmæ aut flores decerperentur, ne vel fructũ ante tempus ferant, vel eundem præmaturum abijciant, ſed diutius te remoror commemoratione culturæ pomarij. THRAS. Nequaquam. Quin auſcultando videor me quaſi inambulare, ac ſingulis vacare arborum plantationibus, fructusq́ue ipſos contemplari. Atqui ſupereſt, vt coronidem adijcias recitationi, nempe generales illas arborum conſeruandarum cautiones: Maximè autem ne remedia intempeſtiua, præpoſtera, nimiaq́ue cura adhibita vitia fiant, & lædant magis, quàm ſeruent. MAR. Rectè qui-

Arbores præpropere ferre non putantur fructũ durabilem.

Generales circa arbores obſeruationes.

quidem mones. Et primùm quidem ac generatim stercoratio arborib. fructiferis cõducit, & rigatio, exceptis admodũ paucis. Ac cauẽdum, ne id in feruore solis fiat, nec immaturius ac validius, quàm opus sit, & non ad ipsum truncum, sed paulò longius a trunco, vt radicib imbibatur pingue stercoris. Columbino ac suillo plagis etiam arborum medentur. Aqua, qua rigemus, nõ putealis, si alia haberi possit, sed è lacunis & turbidis hauriatur. Deinde obseruandum, quod initiò quoq; admonitum, vbi de pomario conserendo dicere cœpimus, vt arbores suis interuallis plãtentur, vt dum creuerint, spacium habeant, quo ramos extendant, neúe imbecillæ à valentioribus opprimantur, aut luminib. ac stillicidio, atq; vmbra officiant. Quidam punicas, myrtos & lauros densiores seri iusserunt, in pedib. tantùm nouenis: ad eundem ferè modũ cerasos, prunos, cotoneos, malos, pyros amplius tricenis pedibus. Quodq; genus suo ordine relinquendum, ne infirmę à maioribus, vt dixi, opprimãtur. Plurimumq; refert terræ natura, in quantũ arbores quasq; attollat: Nã per se colles minora quærunt interualla, ventosis locis crebriores seri conducit. Oleã vt minimum viginti quinq; pedes requi-

Stercoratio.

Interualla arborum.

Vmbræ.

Stillicidia

requirere, Catonis ſententia. Plantas radicatas ſic ſtatues, ne cacumina lædantur, aut eroſa non creſcant. Corticem quoq; deglubere non patieris: ſiquidem omnib. arboribus mors eſt cortex in orbẽ detractus.

Vmbrarũ ratio.

Eſt & vmbrarũ ratio non aſpernanda, quãdo quibuſque ſatis vmbra aut nutrix eſt, aut nouerca. Iuglandium quidem, pinorum, picearum, abietis, quæcunque attingit vmbra, venenum eſt. Iuglandium enim grauis & quercus officit, iuglãdis noxia etiam humano capiti, omnibusq; iuxta ſatis. Necat germina & pinus, ſed vtraq; ventis reſiſtit, quoniam & protecta vinearũ ratione egẽt. Cupreſsi vmbra minima & in ſe conuoluta ficorũ leuis, q̃uis ſparſa, ideoq; inter vineas ſeri nõ vetantur. Vlmorum leuis etiam nutriens quæcunque opacat, Iucunda platani quãquam craſſa. Populi nulla, ludentibus folijs, pinguis alno, ſed paſcẽs ſata. Vitis ſibi ſufficit mobili folio iactatuq; crebro ſolẽ vmbra temperans, eodem grauiprotegens in imbre. Omnium ferè leuis vmbra, quorum pediculi longi.

Stillicidiorum noxa,

Stillicidia plurimũ lædere, maximè omnium, que proiectu frondis ita diffunduntur, vt per ipſas non defluant imbres: nam pini, quercus, illicis ponderoſiſsima, adde quoque iuglandis: Cupreſsi nullum, vt Plin. tradit. Adhæc inter

lucati

lucatio arboribus prodeſt, nempe vt arida virgulta putrida tollantur, rami & germina inutiliter pullulantia cum interuallo reſecentur: ſed omnium annorum trucidatio inutiliſsima. Et ſi vitis tõſuram annuam poſtulat, & alternam myrtus, punicæ, oleæ, qa celeriter fruticeſcunt, cętere rarius tonden tur, nulla autumno, ac ne radũtur quidem niſi vere putatione. Purgandas arbores autumno poſt Pleiadũ occaſum, & prius ſtercorandas aduerſus nocumenta ex plagis percepta. Depurgare arida, quæ sũt in medio, & ramos ſibi inuicem incumbentes, recidendiq; ſurculi inutiles, plurimæ amputari volunt velut oneroſa & ſuperuacua, ſicut nos vngues & pilos. Reciduntur veteres totæ, ac rurſus à ſtolone aliquo reſurgunt. Scarificatio vtilis, cum macie corticis ex ægritudine aſtringente, & iuſto plus vitalia arborum comprimente exactam falcis aciem vtraque manu comprimente perpetuis inciſuris deducunt, ac veluti cutem axant: Salutare id eſſe, argumento ſunt dilatatæ cicatrices, & internato corpore exoletæ. Ablaqueandę etiam arbores, nempe terra circum radices aperienda, vt ſolis teporibus & imbribus prouocentur, radicib. ſuperioribus reciſis. Arbores cùm transferuntur notandæ, quibus ventis & qua re-

Interlucatio.

Purgandæ arbores quando.

Scarificatio.

Ablaqueatio.

Tranſplantandi ratio

Arbores notãdæ in cortice.

gione steterint. Sic enim docuit Virgilius:

Quin etiam cœli regionem in cortice signant,
Vt quo quæq; modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terra obuerterit axi.

Considerandaq; etiam notandaq; soli natura, vt de sicco in humidum transferas potius, & de cliuo sicco exili in humidum, planum, & pinguem potius, quã contrà. Trãsplantæ nouellæ arbores secundo anno aut tertio putentur, relictis tamẽ tribus, aut circiter, ramorum cornibꝰ, & felicius crescẽt, idque semel atq; iterum alternis annis, veluti coronis factis. Maioris ætatis arbores transferimus truncatis ramis, illæsis radicibus: & sunt multò stercore ac rigationibus hæ adiuuandæ. Pomiferis, quæ germinant, nec ferunt fructum, aut si caduca ferãt, fissa radice inditur lapis, aut cuneus infigitur & veluti initæ fœcundantur. Vrina quoq; hominis veteri rigandas radices, & fœcũditatem & gratiam addere fructibus, proditum. Si arbor solis ardore siccata contabescit frequẽti aggestione cumuletur, vespertinoque iuuetur humore, atq; obiectis defendatur vmbraculis. Vt fructus arborũ citius maturent, sunt, qui prius in arescentem præcisarum ad radices plagam, fibrasque aceto & vrina veteri madefacere, atq; ea luto obruere, sępeque fodere pręcipiũt ea e-

Putandarum nouellarũ ratio.

Infructiferis, & caduca ferẽtib. quo pacto consulatur arboribus.

Vt fructus citius maturent.

ea enim fœcunditatem & gratiam fructib. addere, vt suprà admonitum. Vrina homi- *Vrinæ vsus*
nis aliquot mensibus veterata surculis vtilis est, quam si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructꝰ exuberat, nec solùm facit maiorem prouentum, verùm etiam saporem & odorẽ vini, pomorumque reddit meliorem. Poteris & amurca, quæ salem non habet, frugiferas arbores rigare. Vsus vtriusque maximè per hyemem. THRASYB. Pruinas & nebulas videmus sæpè lædere arbores: Ecquid re- *Aduersas*
medij? MAR. Aduersus pruinas & nebulas *nebulas.*
conuenit habere dispositos per pomarium sarmentorum purgamentorumq;, aut stipularum aceruos, qui cùm pruinæ, aut nebulæ oriantur, incendi possint: Nam fumo discutitur noxa. Stercora etiam arida per vineas, quas, vbi pruinam videris, succendere liceat, eoque fumo excitato dispergitur pruina. THR. Quid, si ægrotent arbores? MAR. Aegris arboribus fecem vini aqua mistam affundere, & lupinum circa radices *Aegrotarũ*
earum serere consuetum. Aquam etiam *arborum*
lupini decocti circũfusam pomis prodesse *remedia.*
Plinius tradit. THRASYB. Et vermes sæpè arbores lædunt. MAR. Vermibus si infestẽtur, arbores, varia produntur remedia. *Aduersus*
Nam erucis absynthij succus aduersatur. *vermes.*

Item semina sedi vel aizoi succo macerata, tuta præstant: & si rore aquę perfuderis in quo vitigineus succus. Item cinis amurcæ mistus, vel bouis vrina cum tertia parte aceti confusa. Aiunt sulphure viuo aut bitumine suffumigatas arbores aut olera conseruari à noxijs bestiolis, Galbano quoq; accęso fugari. Item allij lignis exemptis capitib. suffitis, vt vapor per hortum aut pomarium dispergatur, erucas necare proditum. Seminibus tradunt fuliginem miscendā & aqua conspergendam. Democrito authore traditum. Si mulier, quæ in menstruis est, nusquam cincta, solutis crinibus & nudo pede aream circumeat, decidere erucas. Sed molestior tibi fortè videbor stirpium, plantarumq; ac pomariorū disciplina prolixiore commemorata: Et licet plura essent addenda, ne tamen molesta sit prolixitas, finem faciam. THRAS. Immò gratissima mihi fuit commemoratio, qua visus es hortorum, vinearum, ac pomariorum, quæ ab alijs diffusè, neque ita certè traduntur, compendio complexus, nostrisq; vsibus accōmodasse. At, quia de vrbanis, mansuetisque arboribus copiosè disseruisti, vna restare videtur, syluarū disciplina. Heri nemus transij & glandiferis & cæduis arboribus scitè consitum, mox salicetum ad fluuij ripam amplissimū,

& eleganter plantatum, postremò agros vlmis vndique eleganter cinctos, quæ omnia sanè villam hanc non mediocriter ornant, & vectigal non aspernandum haud dubiè reddunt: proinde huius quoque partis rusticæ disciplinæ rationem cognoscere gestio. MAR. Hæc etsi extra obligationem, & quasi plus petere videaris, tamen quando sic vrges, non grauabor & hanc partem corrolarij loco absoluere, ne quà vsquam tibi defuisse videar. Quod ad syluos attinet, eas Ancus Martius primus apud Romanos publicauit, vt Petrus Crinitus tradit: Et magna semper syluarum veteribus cura, vndè Poeta:

De syluis instituēdis

Si canimus syluas, syluæ sunt Consule dignæ.

Cautum apud Romanos, vt Cos. curam collium & syluarum haberent, vt hac ratione non deesset materia, qua & ædificia, & nauigia, & reliqua lignea opera tam publica, quã priuata confici possent. In Republi. Venetorum etiamnum accuratè obseruatur, vt syluarum cura peculiari Magistratui demandetur, & quotannis supplantentur publico decreto, ne desit materia copiosa in vsus ædificiorum, nauigiorumque. Porro cum sylua, quã transijsti & glandiferis & cæduis atq; ad materiam arborib. consita culturam tibi explicari desideras, de hoc pri-

Syluarum cura.

mùm, inde vlmarij ac salicti disciplinã commonstrabimus. Quædam syluestres ac ferę, quibus nulla disciplina opus, sed sua cuiusque ingenij semina ferunt. Peiora fiunt syluestria satiuis euidentius, quàm vt demonstratione egeat, cùm eorum permulta domita cultu, domita feritate mansuescant in hortis, in permultis & syluestre, & satiuum inueniri. Inculta syluestribus horrent, sata sibi mãsuetos situs vsurpent. Nemora & syluæ vestiuntur ferè quercu, fago, abiete, betulla, pinu, picea, ilice, subure, cerro, oleastro, mespilo, pomiferis syluestrib. vt sunt græcæ siliquæ, lotus, iuniperus, cornus, achrades pyri. Aliæ syluę alijs arboribus pro locorum natura abundant. Hercinia, quia latius per diuersas regiones diffunditur, alibi solam quercum, alibi fagum, alibi abietem, Arduẽna plurimam quercum fert, Apenninus larice, abiete, corno, tamarice. Alpes lepontiæ castanea abundãt. Syluestres omnes etsi spontè proueniunt, interim tamen omnes semine procreari poterunt, si locum cultumq; idoneum nactæ. Aliæ alio situ gaudent, vt primùm Theophrast. & post eum Plinius prodidit. Montes amãt abies, cedrus, larix, picea, & quibus resina gignitur, item aquifolia, terebinthus, castaneus, ilex, quercus, fagus, iuniperus, cornus,

Syluæ aliæ aliis arboribus gaudent.

Arborum natura p situm.

nus, carpinus. Etsi pleræque ex his etiam in plana descendunt. Montes simul & valles tolerat abies, robur, castaneus, tilia, ilex, cornus. Plana petunt tamarex, vlmus, populus, salix, corylus, iuglans, ornus, acer, fraxinus, fagus. Non temerè in montibus visuntur prunus, malus, oleaster, iuglans. Omnia, quæ montibus planisq; communia habentur, ãpliora, visuq; pulchriora in planis proueniunt, sed vsu meliora in montibus materiæ & fructib. piris malisq; exceptis, Theophrasto authore. Montibus enim nodosæ spinosæq; assurgunt. Aquosis delectãtur salix, alnus, populus, siler, ligustra. Oderunt aquas iuglans, cypressus, Iouis barba. Et quanquam pleræq; syluæ natura & sponte proueniũt: tamen cultura & artis diligentia redduntur nitidiores fructuosioresque. Nam vti superiori commemoratione traditum, hortenses arbores & frugiferas seminarijs coli, ita & syluestres atque infrugiferæ ad materiam & ignibus fouẽdis, alijsque vsibus conseruntur. Qui syluam instituere vult, is pro loci ratione plãtas deligat, & si sponte proueniẽtib. destitu atur, seminario sarciat, locũq; sic vel aggere, vel fossis, vel sepimẽtis muniat, ne qua ouinę caprinęúe, aut alię pecudes irrũpere possint, q̃stirpes arrodãt: Nã quidq̃d semel

Seminaria syluestrium arborum.

arroserint, quasi veneno infectum lethali perditur. Proinde qui velit syluam consitã vel ad cædendum, vel ad materiam, ac glãdiferam conseruare, hunc necesse est hos arcere hostes. Leges Colonicę videntur ob id cauisse, ne in agro surculario capræ pascantur. Porrò inter glandiferas & ad materiam vtiles primũ sibi locũ vendicat Quercus, Græcè δρῦς, etsi δρυὸς nomine Dioscorides videtur omnes glandiferas complecti, Italis Quercia, Gallis Chesne, Germanis Eichenbaum. Quercetum igitur plantare volens, glandes maturas & insolatas, nulloque vitio obnoxias in terra seminarij benè pastinata cultaque disponat ea diligentia, qua & hortenses, cingatque sepimento, ne à pecore abrodantur: Quę vbi adoleuerint transferuntur in syluam circa Februarium. Putata existimantur felicius augescere, prę-sertim si ad glandem ferendam instituãtur: Sin ad materiam, præstat cacumina relinquere, quo in subrectum ædificijs apta materia adolescat. In transferendo factis scrobibus sesquipedalibus ac circiter & terra aggerata radices operiantur, curandumq;, ne radices aut surculi lædantur, quos præstat præcidere. Terra quercubus conuenit ferè quælibet, paludinosa tamẽ & vliginosa magis lætantur querceta, tametsi in omni pro-

LL. Colonicæ de syluis.

Glandiferæ Syluæ.

Quercus.

δρῦς Græcis quid.

Querceti plantatio.

ni propè ſolo adoleſcat, etiam ſabuloſo, niſi prorſus ſicco, rarius præpingui, montoſũ etiam non reſpuit. Noſtra ætate in Vueſtphalia non procul ab arce Altenana quercus extat 130. pedum caudice vſque ad prio res ramos, craſsitudine trium vlnarum. Alia alio loco, quæ 100. vehes aut plauſtra impleuit diſſecta: Non procul ab hac alia 10. vlnarum craſsitudine, at non ita procera. Germaniæ prædones arboribus cauatis na uigaſſe, quarum quædam triginta homines ferrent Plinio authore. Inter glandiferas ſecundus locus tribuitur fago φηγός, Italicè Faggio, Gallicè Faus, Germanicè Buchen. eius dẽ ferè culturæ cũ quercu. Eſculus Græcis πλατύφιλλος. In quacunque terra Eſculetum facere licet teſte Plinio: naſcitur è balano, ſed non niſi eſculi ſcrobe dodrãtali duorum pedum interuallo. Ilex Græcè πρῖνος, Italis notior Elice vocatur, Gal. hauſſen, in altum proſilit, ſi ſolum nanciſcitur idoneum: in montibus locatur, in planis naſci recuſat, glandes fert quernis minores, folio laurino ac perpetuò virente. Quemadmodum & ſuber, φέλλος Græcè, Gallis liege, inter glandiferas numeratur: eius cortice vtimur piſcantium tragulis & calciatu hyberno aduerſus frigoris iniuriam. Arbores omnes detracto cortice intermori præ-

Quercus miræ magnitudnis.

Faginetũ.

Eſculetũ.

Ilicetum.

Suberetũ.

ter ſuberem, conſtat. Eſt & Robur glandifera δρῦς ἀγρία Græcis dicta, quaſi ſylueſtris quercus, Gallis Cheſne, Italis Rouore. Huius ſpeciem exiſtimant quidam eſſe Cerrũ, ἀίγυλοψ Græcè, incultis locis gaudet, ſola è glandiferis panos fert arentes, muſcoſo villo, Galli du Heſtre vocant, quaſi Herrũ, c. in h. mutata. Has arbores Plinius glandiferas vocat, negans vna voce Latinè complecti poſſe, quæ Græco nomine δρῦς appellantur. Non deſunt, qui caſtaneã inter glandes referant quoque: Sed de hac ſuperius dictum. Glandes optimæ quercinæ, proxima fagina & caſtaneæ, inde eſculo, roboris parua, cerro triſtis, horrida echinato calyce ceu caſtaneæ & faginæ, omnes ſaginandis pecudib. imprimis porcis idoneæ. Quer na glans ſpiſſas ſuccidias, ſolidamque carnem, & æuo durabilem facit, ſi ritè ſalſatura & fumo curetur: contrà, faginæ & caſtaneæ, quoniam dulces ſunt, hilarem faciunt & vtilem ſtomacho carnem, at non ita duram gignunt & diuturnitati idoneã. Proxima cerro, nec alia ſolidiorem carnẽ gignere creditur. Iligna ſuem auguſtam, nitidam, ponderoſam: Eſculi fungoſam carnẽ creat. Plinius tradit legibus 12. Tab. cautum, vt glandem ex arbore tua in alienum fundũ procidentem legere liceat. Id quod Prærium e-

Roburetũ.

Cerretum

δρῦς Græcis quid.

Glandium diſcrimina.

torium edictum sic interpretatur, vt id tertio quoquo die possis, modò exponas cautionem damni infecti, quòd legendo glandem nullum damnum sis vicinoallaturus, vt Vlpianus testatur. Glandis appellatione omnes arboris fructus intelligi Caius respondit, sicut et ἀκρόδρυα omnes arborum fructus Græcis significant: tametsi propriè ἀκρόδρυα vocentur, quæ in ambitu lignosum putamen habent, quemadmodũ nuces Latinè. Adnascitur & glãdiferis galla, κικὶς græcè dicta, Gallis noix de Galle, Italis & Germanis nomen retinet, pilula inæquali superficie, salebrosa: estque alia solida, alia perforata, hæc nigra, illa candida, alia maior, alia minor. Nascit, vt Plinius scribit, sole de Geminis exoriente, crumpens noctu semper vniuersa, crescit vno die cãdidior, quæ si æstu feruentiore excipiatur, arescit. Nigra diutius viret, crescitq; interdũ ad mali magnitudinẽ. Hęc corijs tingẽdis vtilior, illa perficiẽdis aptissima, deterrima ex robore. Atque hæc de glandiferis. Aliarum quoque arborum quarundam veluti præcipuarum ac magis necessariarum disciplinam attexemus, inter quas vlmus & salix, Vlmus Græcè πτέλεα, Italis olmo, Gallis orme, Germanis Vlmbaum & Yffenholtz: eius quia plurimus est vsus & fa-

Glandis appellatio.

Acrodria, Nuces.

Galla.

Syluæ aliarum arborum.

Vlmaria.

& faciliter prouenit, nequaquam cultura nobis negligenda. Primùm vitem commodissimè patitur, iucundumque fert pecoribus pabulum. Deinde cùm tota cor sit, materiem præbet robustam. Theophrastus & Plinius vlmo sterilitatem tribuunt: fortè quòd semen (Samaram vocant) inter frondem, quam prima germinatione edit, latere videatur, atque ita nõ è semine sed è frõde seri putetur, vt Columella tradit. Vlmaria autẽ qui conserere velit, Samaram, hoc est, semen circa Calend. Martias colligat cùm flauescere incipit, deinde biduo in vmbra siccata serenda densa in refracto, terra suprà minutatim cribrata, &, pluuiæ si non adiuuent, riganda. Post annum transferendæ in vlmaria, interuallo pedali in vnamquamq; partem, ac ne radices altius agant & eximi possint, scrobiculi inter se sesquipede distantes fodiendi, radicesque in nodum, vel si longiores in modum coronæ flectendæ, & oblite fimo bubalo ponantur ac circumculcentur. Maritas vlmos autum no serere vtilius, quia carent semine & à plantis seruntur. In arbustum quinquẽnes transferuntur. Nostra ætate pluribus locis taleæ ex vlmis lętioribus pręcisæ in scrobes collocãtur, è quibus enatis aliæ subinde taleæ præciduntur, atq; hac ratione magnũ

Samara.

quę-

quęstũ faciunt huius mãgonij artifices. Instituuntur ad eundem modum fraxineta: Fraxinus, Græcis μελία, Italicè Fraxino, Germanicè Eschen, Gallicè Fraisne. Gaudet fraxínus pinguibus & humidis ac planis locis, etsi siccis locis quoq; proueniat. Radices latius spargit, quapropter à frumentarijs agris remouetur. Sylua tertio aut 4. quoquo anno cæditur ad vincarum perticas. Auctu facillima fraxinus, & quæ festinantius germinant, disponuntur Februario mense plãtis & ipsæ nascentes, sed maritatæ intercedente quincunciali ordinum spatio in rectum se porrigente versu: Alij fraxinum, q̃ velint in arbustiuam vitem fulcire, eam in anniculos scrobes circa Cal. Martias depo nunt, & ante trigesimum sextum mensem falce non attingitur, vt seruentur brachia, deinde alternis putatur, sexto anno quàm optimè maritatur. Si ramos succideris, in proceritatem elegantem extollitur, caudice tereti, leui, enodi atque neruoso. Plin. scribit se experta prodere, adeò serpentem fugere fraxinum, vt si fronde ea gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius, quã in fraxinũ fugere serpẽtem. *Fraxineta.*

Betula Græcis σημύδα. Theoph. libro 4. syluis quoque instituendis accommoda. Gaudet frigido tractu, nuoso ac sabuloso & quibuslibet sterilibus *Betula.*

rilibus locis idonea, quare ſterilibus alioqui locis virgis betulaceis ad ſeminariũ cõſeritur, Italis Bedolla, Germanis Byrcken, Gallis beula. Abietum, pinorum, picearum, laricumque ſyluæ Italiæ & Tridentinis Alpibus familiares. Pinus πεύκη, Theodo. in Theoph: etſi πεύκη et πίτυς ſæpè confundãtur, Italis pino, Germanis Hartzbaum, è ſemine vel nucleis ſeritur ſuis ab Octob. mẽſe vſque Ianuarium, calidis & ſiccis regionibus, frigidis & humectis Februario vel Martio. Leguntur nuclei menſe Iunio, prius, quàm dehiſcente tegumento procidãt. Vbi conſerere velis ſiue montes, ſeu alia quęuis loca, ea prius exaranda, & frumenti more ſemen inijciendum, leuiqúe ſarculo operiendum, nec plus, quàm palmo abſcõdi debet, profuerit nucleos triduo antè aqua macerare: Nux pinea, στρόφυλος et κῶνος. Abies, ἐλάτη, Germa. Dennen, Ital. abete, cultum aſpernari hominumque diligentia degenerare dicitur. E ſemine tantùm, ſicut omnes coniferæ, naſcitur: loca montoſa & plana & quęlibet recipit. Picea πίτυς, Germ. Rotte dennen, Ital. pezzo, arbor è genere pini, eiqúe adſimilis, reſinã ea ipſa fundens, cõſtat ſex genera eſſe, quæ reſinã ſudãt, pinus, picea, pinaſter, abies, larix, teda, eiuſdẽ ferè culturæ. Alnus ſyluoſa quoque arbor

Abietum, pinorum, picearũ ac laricũ ſyluæ.

Pinus.

Abies.

Picea.

Reſinam ſudantes.

Alnus.

κλή-

κλήθρα Theophrasto dicta, Gallis aulne, Italis auno, Germanis Elsen, planis, aquosisque ac palustribus locis gaudet. Theophr. fœcundum semen Autumno reddere scribit. Populus loca pleraque vtiliter conserũtur. Ea duplex est, nempe. Alba λεύκα, et Nigra αἴγειρος, Italis prior Populo bianco, altera Populo negro, Germa. Peppelen, Gall. peuplier appellatur. Plantatur taleis ac perticis suis, loca amat paludinosa & humida, vti salix, attamen non adeò, vt alia prorsus non auersatur. Auctu perquàm facilis. Nigra, cortice est scabriosiore, folijs circinatis & rotundis in iuuenta, vetustiora in angulos exeunt, infernè herbacea albicant, supna virent. Huius materiam ædificijs quoq; vsui tradunt maximè internis: lignum enim albicans intus, cortice nigriore, vnde & nomen. Theophrast. tertiũ genus addit κερκὶς, quam quidam Libycam, alij Alpinam vertunt, cortice scabro, instar pyri sylvestris, folio hederæ, nigro virore, parte vna hebete, altera angulosa. Nigra populus crebra ad Rheni ripas inferiores. Salicem, etsi Homerus frugiperdam ὠλεσίκαρπον appellet, quòd fructum ferat abeuntem in araneam, antequam percoquatur, tamen principatus ei inter cęduas tribuitur, Certè Cato tertium locum tribuit salicto in æstimatione

Populetũ.

Populus alba et nigra

κερκὶς.

Saliceta.

præ-

prædiorum, priorem, quàm oliuetis, quãque frumentis aut pratis. Nam cædua salici fertilitas densiorque tonsura. Nullius tutior reditus minorisúe impendij. Locis gaudet aquosis, vietis, vmbrosis, propterq; amnes & ripas serenda. Alit tamen planus etiã & pinguis. Cato bipalio conuertendum solum præcipit, & in taleis ac cacuminib. serendam, perticas cacuminum modicę plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant optimè pangi eò vsque, dum ad solidum demittantur. Taleæ sesquipedales terreno immersę paululum obruuntur. Riguus locus latiora spacia desiderat, eaq; quinũ pedum per quincuncem rectè faciunt, siccaneus spissiora, & vt sit facilis accessus, quinum pedum interordinea relinquenda Columella autore. Sunt autem Salicum duo genera. Aliæ perennes viminibus texẽdis spectabili subtilitate & viminales dicuntur, corbibus canistris cistellis & supellectili villicę, ac etiam cortice detracto vasis inde molliorib. quàm è corio & cathedrarũ delicijs aptantur: Aliæ in proceritatem emittunt perticas vel vineis iugandis, vel alij soboli plantandæ, vel denique sepimentis vsum præbent, Quæ pticalis dicitur, Seritur virga & talea sed talea melius fossura, loco humido re-

Salicum genera.

Viminales salices.

Perticalis salicis cultura.

fosso

fosso ad duos pedes & semipede, idque prius, quàm germinent, dumque silent virgæ. Eas siccas arboribus detrahere conuenit. Nam roscidas si rescideris, parùm prosperè proueniunt. Recisis enim particis è nouellis salicibus semel aut iterum putatis non minore, quàm brachij crassitudine, eas triũ pedum aut duorum & semisse altitudine in terram fossa facta pangito interuallo pedũ senum, terramque pinguem circumponito. Muniendæ, ne pecora vel iumenta corticem abrodant, trinis aut quadrinis comã tondito, hoc enim facilius crispatur & ramos spargit. Inde per singula quinquennia aut etiam quadriennio putare licebit. Atq; ex harum propagine semel atque iterũ putata optimæ & sationi aptissimæ ad propaginem particæ sumuntur. Nam vetulę nõ perinde vtiles. Putationis tempus ab autũno vsque ad Aprilem, Luna augescente, Fauonijs spirantibus vel Austris: nam Aquilonibus flantibus non ita feliciter succrescere experimentis compertum. Vitandum, ne intersecẽtur, aut alij putatis perticis, aut surculis alij relinquantur, quòd maiores alios è succisis pullulantibus suffocare soleant. Sunt qui tradant salicem fœcundiorẽ, quò terræ propiorem atque vt citra scalas putari possit. Viminales semine plerunque sua *Viminalis*

Salicis satio.

sponte creatur, atque etiam virgis exilibus consitis in lutosis aquosisq; locis terra aggesta, conseritur per sulcos. Feliciſsimè autem terra alluuione congesta & seritur, & prouenit. Et insulas hoc modo vel semine, vel virgultis consitas mirè augescere cernimus. Ripis quoque muniendis & aggeribus plurimum conferre certum: idq; precipuè circa Martium mensem, luna crescente. Viminalis singulis ānis messem præbet, aut si malis, biēnio. hæc ferè præcipua, quę circa syluarū culturam, plantationēq; rusticam nostrarū regionum vsurpātur: Nam de syluis cedrorum, cypressorumq; & aliarum exoticarum arborum nostros agricolas solicitos esse nihil attinet. Loca siue vliginosa, seu pinguia, seu alioqui frumentis idonea, ea plantis quercinis, vel glandium quernarum, faginarumq;, & alnorum, salicumque, ac populorū seminarijs sunt idonea, etsi quercus, & fagus etiam montes & leuius solum nō recusent. Sabulosis ac sterilibus locis Betula, sentas atq; geniſtæ, miricæque recipiuntur, vt iam antè satis declaratum. Iam ad cæduas syluas fortasse me progredi vis? THR. Volo equidem, si non pigeat. MA. Tonsilia nemora inuenisse primùm Cn. Martium tradit Plin. prouenire autem in locis syluosis ac paludinosis plerunq;

Syluæ cæduæ.

runq; ſpontè tonſilem ſyluã. At non omnia ligna cæſuræ, & ad tondendũ idonea: nam quędã arbores, ſi crebrò putentur, areſcẽt, vt fraxinus, iuniperus, ceraſus, abies, malus, pirus. Rurſus aliæ niſi tondeantur, pereunt. Vitis ánniuerſariã tonſuram poſtulat, alternã olea, myrtus, punica, quia celeriter fruticeſcunt, vt tradit Plin. In cædẽdo autem aliæ alijs rationes congruũt. Nam quercus quia ſerius ſuccreſcit, ante ſeptimum aut octauum annum tonſuræ nõ eſt idonea, & quo propius terram ſucciditur, hoc felicius redit tonſura, etiãſi putari non recuſet, caudice ſupra terram ad ſeptẽ vel octo pedes eminente: fagi eadem eſt ratio, niſi quòd citius tonſuram prębet. Salicis perticalis & populi eadem tondendi diſciplina, quam tradidimus paulò antè, cùm de ſalice ſermo eſſet, licet viminalis biẽnio cędatur, vel etiam annuã meſſem prębeat. Caſtanea cæditur intra ſeptimum annum foco & paleis in pedamenta. Tondẽtur autem, ac cęduntur diuerſis modis, aut enim iuxta terrã cæduntur, aut tondetur truncus, cùm iam ad brachij aut amplioręm craſsitudinem adoleuerit, eo modo, quo ſalix tõdetur. Proinde ſyluam cæduam in totidem partes diſtinguere ſolent, quot ſuppullulãti ſyluæ anni neceſſarij, vtq; ſingulis ãnis vna pars cæda-

Tondi quæ arbores ſu ſtineant.

Tondendi ratio.

Syluæ cæduæ diſtinctio.

tur, alijs partibus intermissis suæ cuiq; messi. Et cùm aliæ alijs citius repullulent, cuiq; generi suus locus & tempus suum tribuendum. Aliæ quarto, aliæ quinto anno cædun

Arborum furtim cæsarum lex

tur, vt salix, populus, alnus, betulla. Aliæ septimo, vt castanea: aliæ pluribus, vt quercus. In sylua cædua si quis maturum quid interceperit, eum furti, & arborum furtim cæsarum teneri ex L. Aquilia & L. 12. Tab. Si salictum maturum ita ne stirpes læderes, tuleris, cessare Aquiliam Iurisc. tradunt. Superest materiæ cædendæ, & quę materia cui operi congruat explicatio. THRAS. Quòd

De tempore sylua, materiáq; cædenda.

ad materiam attinet, primùm audire cuperem, quo tempore materiæ destinatas cædere conueniat: nam hoc referri plurimum ad perpetuitatem audio. Deinde quæ cuique operi conueniat materia. MAR. Plurimum profectò refert, quo tempore arbores vel ad foci vsum, vel ad materiam cædãtur. Siquidem vere ac æstate cæsa, quia succi plena, etiamsi foris arescant, intus tamen humore madent, igniq́ue admota humor exudans ignem præbet ignauum. Quare syluas cæduas & ligna ad vrendum bruma cædi conuenit. Et ad ædificia succidere arborem in Decemb. ac Ianuar. vtilius luna decrescente à vigesima ad tricesimam maximè: Tametsi non desint, qui contendant experi-

experientia se didicisse, in Ianuar. cęsam humore repleri & fruteſcere, quin potius ante vel post Ianuar. commodius cædi materiam. Cato tempestiuã materiam tradit ad brumæ solstitium: Nam materiam, quæ semen fert, cùm id maturum habet, tum eam tempestiuam esse: quæ verò semen non habet, eam tempestiuam esse cùm glubet. Cędi tempestiuum quæ decorticentur, vt teretes ad templa cæteraque vsus rotundi cũ germinant, aliâs cortice inextricabili & carie subnascente ei materiaque nigreſcẽte: Tigna, & quibus aufert securis corticem à bruma ad Fauonium cædẽda. Plinius asserit, arborem ad materiam optimè sterni in coitu lunæ, quam diem alij interlunium, alij silentis lunæ vocant. Vitruuius architectus celeberrimus materiam cædendã tradit à primo autumno ad id tempus, quod erit, antequam flare incipiant Fauonij. Incipiunt autem Fauonij flare 6. Idus Februarij, vt Plin. testatur: Vere enim omnes arbores fieri prægnantes omnesque suæ virtutis proprietates efferunt in frõdes, anniuersariosque fructus. Cùm igitur inanes & humidæ temporum necessitate fuerint, vanæ fiunt & raritatibus imbecillæ. Vti etiam corpora muliebria cum conceperint à fœtu ad partum non iudicantur integra. Eadem ratio-

Interluniũ & silens Luna.

Fauonij spirantis tempus.

tione autumnali tempore maturitate fructuum flaccescente fronde, ex terra recipientes radices arborum in se succos, restituuntur in antiquã sodalitatem. At verò aeris hyberni vis comprimit & consolidat easperid tempus, quare eo tẽpore cęsa materies tempestiua censetur. Cædi autem ita opus est, vt incidatur arboris crassitudo ad mediam medullam, & relinquatur, vt per eam exicceſcat stillando succus, ita qui inest inutilis liquor, effluens per torulum, nõ patitur emori in eo saniem, nec corrumpi materiæ qualitatem. Tunc, cùm sicca fuerit, & sine stillis arbos deijciatur, & erit optima in vsu. Sunt architecti, qui doceant cæsam materiam in assas sectilesq; tabulas triduo vel quatriduo aqua mergẽdam: in fagineas verò asses cæsam, paulò diutius, nẽpe octo aut circiter dierum spacio, macerandam, aqua mox vt secta. Ea enim cura habita, negant materiam carie infestari aut vermibus. TH. Agè, quæ arbores maximè commendantur ad materiem accommodæ? MAR. Lignorum materies, alia aliorũ vsibus vsurpatur. Infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cypressus & cornus. In ipsis arborib. robustiores Aquiloniæ partes, easque muſco obduci, velut aduersus frigus vestimento, & in

Arbores quo pacto ad materiã cædendæ.

Ligna quæq; ad quam materiam idonea.

Muſco obduci Aquilonares partes ar-

& in totum deteriores ex humidis opaciſque, ſpiſſiores ex apricis & diuturnæ. Quare Theophraſt. diſtinguit ad materiam ligna, alia quidé fiſsilia, alia dolabilia, alia rotunda, quę integra relinquuntur. Ex his fiſſilia nullam penitùs rimam patiuntur, quoniam enudata medulla exiccatur atque emoritur: Durabilia & ſectilia, quæ modicè humida: Dolabilia & rotunda rimas admittere, longeque magis rotunda, quæ medulla in his lateribus plenioribus circũdatur. Nihil enim horum fiſſura immune. Itaque loteis reliquisque, quibus ad cardines vſus, ne findantur ſimo, illinunt bubulo vt ſiccetur, ſenſimque diffletur atque euaporetur humor medullæ. Secari, findiq; facilius quæ humidiora, quàm quæ ſicciora, & ſerris cedunt latius arida, quàm viridа, præter robur & buxũ, quæ pertinacius reſiſtunt, ſerrarumq; dentes replent æqualitate inerti, qua de cauſa alterna inclinatione egerunt ſcobem. Quædã glutina prorſus abdicant inter ſe & cum alijs, vt robur, non minus, quàm ſi cum lapide glutinare tentes: nec cohærent, niſi ſimilis natura conciliet. Terebratu difficiliora, quæ viridia. Lenia & ſicca difficilius ſecantur Flexibilia & vinculis idonea ſalix, geniſta, tyliæ, cortex, betula, vlmus, populus, vi-

borum.
Fiſsilia.
Dolabilia.
Durabilia
Sèrris quæ idonea. Secari facilia
Findi quæ facilia.
Glutinum non ferentia.
Terebratu, ſerris, fiſſu ræque idonea.

tis, arundo fissa, versisq; aculeis rubi. Alligant & intorta corylus, sed salici præcipua dos. Habent & rigorem, candoremque & in sculpturis facilitatem. Inter eas, quæ materiam præbent, magis vsurpatæ sunt abies, quercus, pinus, larix, esculus, vlmus, salix, cedrus, cypressus, buxus, betulla, tilia, platanus, alnus, fraxinus, robur, palma, fagus, oleaster, ilex, iuglans, acer, aquifoliũ, ac pleræque aliæ pro varietate naturæ locorumque varium præbent materiæ vsum. Abies, cuius suprà quoque mentio facta, resinam sudat, eiusque materia pluribus vsibus idonea, probataque, quòd proceritate & amplitudine polleat: quare nauiũ malis & ædificijs expetitur, pondus sustinere valida, & valuarum repagulis, & ad quæque maximè intestina opera aptissima, subdialibus non perinde durabilis, & citò accẽditur. Triremes & longa nauigia ex abiete Theophrast. tradit leuitatis causa fieri: Atqui onerarias è pinu & quercu. De quercu paulò antè diximus. Eius materia firmissima tam subdialibus, quàm intestinis, in ipsa etiam aqua durabilis. Hesiodus à quercu temonem δρῦς ἔλυμα fieri scribit. Quemadmodum & robur ἄγρια δρυς defossum, aquisque obrutum perdurat, in marinis non perinde, propter salsedinem. Robori tanta du-

Materiæ magis idoneæ arbores.

Abies.

Naues è quibus arboribus.

Quercus.

Robur.

duritia est, vt terebrari nisi madefactũ non queat, ac ne sic quidẽ adactum auelli clauum, vt Plin. scribit. Ilex πρῖνος arbor Italis nota, materies eius admodum densa ac robusta, in atrum rubescens conuenit dentalibus πρῖνε γυὴν, Hesiodus inquit. Secatur & laminas. Larix, Græcè quoque dicta λάριξ, Italicè Larice, Germanicè Lerchenbaũ olim nota ad Padũ & Adriatici maris littora celeberrima, quam nõ solùm ob succi amaritudinẽ à carie et tineis liberam, sed etiá flammam exigne non recipere Vitruuius testatur, tametsi argumentis id confutat Matthiolus. Ponderibus sustinendis idonea, & aduersus tempestates firmissima: à quibusdam tamen traditur aquis marinis teredinem contrahere. Esculus δρυὸς, genus πλατύφυλλος dicta, vtilitates plurimas præbet, sub tectis non ita tuta ab humore, quo facilè vitiatur. Vlmus, salix, & populus, quarum suprà meminimus, materia teredini & corruptioni obnoxia, & quia lentæ atq; flexibiles intestinis operibus vsurpantur solùm & sepimentis texendis. Rigorem seruat vlmus fortissimè, ob id cardinibus assamentisq; portarũ vtilissima: quoniam non torquetur, permutanda tantùm sic, vt cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior: stiuis idonea Hesiod. πελέος

Ilex.

Larix.

Esculus.

Vlmus, salix, populus.

Vlmi vsus.

Fraxinus. ἀχιότατος ἰσοβεὺς. Fraxinus græcè μελία, Italicè fraſsino, germanicè Eſchen, Gallicè Froſne. Theophraſtus duo genera tradit, alterum excelſum procerum, materiam habens candidam, neruatam, enodem: Alterum humidius, ſcabrius ac durius. Folium lauri, Plinius tradit iumentis mortiferum, ſed deceptum nominum vicinitate, nam μελία fraxinus, & μίλος vel σμίλαξ taxus eſt, eius enim folia compertum eſt animalia nõ ruminantia necare. Huius materia cùm ad alia plurima vtilis, tum haſtas elegãtes præbet, vnde Homeri præconio Achillis haſta nobilitata, ſectilibus etiam laminis vſurpata. Fagus, cuius ſuperius mentio facta, φήγος græcè, Italicè Faggo, Gallicè Faus, germanicè Bochen, ea quanquam fragilis & tenera ac fiſsilis eadem ſectilibus laminis in tenui flexibilis, capſisque ac ſcrinijs ſola vtilis, colore non ingrato, maximè fida ijs, quę teruntur, vt rotarũ axibus. Fagi cortex magnum veteribus vſum præbere ſolita: Ea enim vaſa vindemiatoria & corbes meſſoriæ fiebant, nec non gutti & vaſa, quibus in ſacris prolibabant fagino cortice religionis ergò fiebant: Vnde Curius ille iurabat ſe nihil è præda attigiſſe præter guttum faginum, quo litaret dijs. Alnus κλῆθρα Theop. & græcis, vt diximus, germ. Elſen, Ital. auno

Plin. locus notatus.

Fagus.

Alnus.

Hetruſ.

Hetruſcis onio arbor eſt caudice recto, ligno medullaque molli, rubente materia in aquoſis ferè proueniens, prę fertur lignum ad ædificiorum fundamenta, quæ in fluminibus, lacubus, paludibusque fiunt quòd in aqua nunquam putreſcat. Ob id expetitur maximè Venetis ad iacienda Palatiorũ ædiumque fundamenta. Quod crebrò fixa æterna ſit, & ingentes moles ſuſtineat. Vere cortex tinctorijs vſibus detrahitur: Dat & alnus tuber ſectile ſicut cedrus. Platanus *Platanus.* græcis & Latinis vocata, Italis Platano, arbor aduena Italiæ, vmbræ tantùm gratia ex alieno orbe petita, æſtate ſolem arcens, hyeme admittens, vt Plin. teſtatur. Athenis celebrata tringinta ſex cubitorũ ramis, in Lycia domicilij modo caua 80. atq; vnius pedum ſpecu. Materia lentitia vſum p̃bet, ſed madida ſicut alno, at ſiccior vlmo, fraxino, moro, ceraſo. Tilia græc. φιλυρία idq; nomẽ Itali retinẽt, germa. Lindẽ. Hãc Theoph. *Tilia.* inter cæteras operib. facilẽ præ ſua mollitia tradit teredinẽ non ſentire, atq; inter corticẽ & lignũ tenues tunicas, ſed multiplicẽ membrana, è quib. vincula Plin. ſcribit tilia vocari, & faſces funesq; tiliacei. Betulla, q̃ Theo- *Betulla.* phraſt. σημύδα, mirabili candore & tenuitate, libro eius, hoc eſt, cortice interiore olim ſcribentib. vsũ, & nunc charta p̃bebat, & in

volu

Librino-mēclatura

volumina compaginabatur. Vnde libris nomina, ſurculis flexibilibus, olim magiſtratuum virgis, nunc pueris terribilis, ob flexibilitatem vinculis corbiumque ſportis accommoda.

Sambucus.

Sambucus ἀκτὴ Dioſcoridi, germanis hollenter, Italis Sambuco, gallis ſuſeau: hęc arbor omnium facillimè creſcit, vt præter Theophraſt. ſententiam etiam experientia docet. Et quanquã medullam habeat copioſam, lignum tamen ipſum firmũ. Excauatur ad varios vſus, & baculi ex ea fiunt perleues. Siccata valida eſt & inoffenſa, aquis etiam diſquamatur ſpontè, cùm exaruerit. Sambuci interiora mirè firma traduntur. Nam qui venabula ex ea faciunt, præferunt omnibus, Plin. authore Radix, laminis idonea.

Ficus.

Ficus ἡ συκὴ, arbor nota, fruticoſa, nec excelſa, ſed craſſa, vt vel cubitali ſit ambitu, Theophraſto teſte, ligno contorto, lento, materies ſolida, robuſta, ad multa commoda exiſtit, léta cùm ſit & plaga, facillimè ſe contrahit, ſcutis idonea.

Buxus.

Buxus, græcè πύξος, Italis Boxo, germanis Buhſsbaum, gallis bouys, matèria hæc arboris maximè æterna, & inprimis honorata, rarò criſpans, nec niſi radice, cætera leuis, quin & materia ſilenti et quadam duritia ac pallore commendabilis. Torno raſile buxũ, inquit Verg. In ipſa ve-

verò arbore topiario opere. In igne quoq; duritia, quæ ferro, nec flãma, nec carbone vtilis. Iuniper⁹ græcè ἄρκευθις à Theophrasto et Dioſc. vocatur, παρὰ τὸ τὴν ἄρκτον κεύθειν, quòd noxia pellat: ſiquidẽ eius odore reptilia fugantur, Italis cunpro, germanis vvacholter, gallis geneure. Cum cedro plurimum conuenit, niſi quòd magnitudine inferior, etiamſi pleriſq; locis in proceras arbores aſſurgat. Materia eius centum annis durare, proinde templum Dianę Epheſinę iuniperinis trabibus extrui voluit Annibal, pluribus ætatibus duraturum. Ignem quoque diutiſsimè ſeruat, accẽſis hoc ligno carbonibus, quos integro anno duraſſe proditum. Eius gummi Vernicem eſſe, vulgo Vernys. Cedrus, ἡ κέδρος Theoph. & Dioſcoridi: Italis, et alijs pleriſq; nomen retinet. Hui⁹ arboris durities vnicè laudata, & nec cariem, nec vetuſtatem ſentire, ſed æternã eſſe, vnde & libri cedrini. Solomõ Dei nobile Hieroſolymorũ templum è cedri materia extruxit. Arcium & Palatiorum fabricis conueniẽs. Rimam fiſſuramq; non ſentit cedrus, ebenus, olea. Statuæ quoq; Deorum ex ea factæ, quia materia humorem remittit, ſudare viſæ. Theoph. ſcribit in Syria cedros quatuor vlnarũ & amplius craſſas. Cedria reſina & pix cedri, græcè κέδρια.

Iuniperus.

Cedrus.

Statuæ ſudantes.

Cedria.

Cy-

Cupressus κυπάρισσος et Pinus in vetustatẽ sine vitijs seruantur, neque carie, neque vermibus obnoxiæ. Valuas è cupresso 400. annorum Plinius commẽdat. Pinus inquit Theophrastus, viribus valet, & ad vsum ædificatorium spectabilis laxitatis & rectitudinis meatuum causſa. Iuglans arbor notissima & ingens, cuius materia ampla vsusq; ad opus tectorium & mensas. Theophrast. scribit iuglandem frangi se sonitu prænunciare, idque in Antandro accidisse, omnesque è balneo profugisse terrefactos. Olea ἔλεα, Oliua Italis, Oliue Gallis, incuruatur ceditque ponderi, capulis quoque vsurpatur. Oleaster ἀγριελαία, Italis Oliuo Saluatico, Germanis Vuilder Olyboum, Gallis Olive sauuage, eius materia fiunt manubria & vaginæ terebrarum. Aquifoliũ, quã Theophrastus Crateogona vocat, mespilo similis arbor. Illa verò quæ Agrifolium vocatur, folijs constat per ambitum aculeatis, perpetuò virentibus ac cortice quoque viridi, baccis cedrum æmulans. Eradicum cortice viscum parant. Sunt qui velint eam esse stirpem, quam Theophr. Agriam vel Ariam appellat, lignum duritia insigne, rami flexibiles, vnde & sæpi viuæ vsum præbet elegãtia commendabilem, Germani Hulsen vocant, Acer à Theoph. σφένδαμνος, Ital. l' acero,

Iuglans.

Frangi se denucians arbor.

ἔλεα.

Oleaster.

Aquifoliũ.

Agrifoliũ.

Acer.

ro, Gall. erable, Germa. Maſſelterbaum, operum elegantiæ cedro proxima, criſpam ma cularum diſcurſu materiam præbens, atq; ſimilitudine pauonum caudę nomen acce pit. Ex hac menſæ fiunt acernę elegantiſsimæ & topiaria opera, ſicut & è bruſco & molluſco, authore Plin. pulcherrima opera & menſę nigreſcētes. Tuber vtrunq; arboris eius, ſed bruſcū intorti⁹ criſpū, molluſcū ſimplicius ſparsū. Et ſi magnitudinē mēſarū caperet, p̄ferretur cedro. Nūc intra pugillares, lectorūq; ſiliceos aut laminas raro vſu ſpectatur. Reperitur & in alno tuber, ſed acere deterius. Palma φοίνιξ, cui⁹ ſuprà meminim⁹, eius lignū molle, Suberis ſpiſſa materia. Porrò q̄ materia quibusq; operib. vſibusq; cōueniat, coronidis vice adiungā. Nauibus abietem pinum, cedrum aptas: Trirēmes enim atque longa nauigia ex abiete fieri Theophraſtus tradit leuitatis cauſſa, & quia ampla & craſſa, malorum ſuſtentacu- is appetitur. Onerarias è pinu, Virg. teſte, Nauigijs pinos. In Oceano Germanico Gallicoq; plurimū querna vtuntur materia nauali. Aedificijs eadē ferè materia vſurpatur: mprimis cedri & cupreſsi, eodē poeta atteſtante: domib. cedrosq; cupreſſosq;. Abiegna, populea, fraxinea, vlmea materia, atq; d genus interioribus partibus vſui fuerit,

Acernæ menſæ.
Bruſcum.
Molluſcū.
Tuber.
Palmæ.
Suberis materia.
Materia quæ quibusq; conueniat nauibus.
Adificijs idonea.

at

at non ita cœlo & tempestatibus, quibus quernea vtilior. Ad aquarũ ductus tubosq; cauantur alnus, pinus, picea: Obrutæ terra plurimis annis durant, si non integantur, citius senescunt. Robur etiam in aquis perdurat & fagus & iuglans. Durabiles olea, robur, quercus, ilex. Nã ducentis annis stetisse oleam Plin. testis est. Itẽ cedrus, cypressus, vt antè quoque dictum. Ad commissuras & coagmẽtationes vlmus & fraxinus congrunt, ab longitudine firmas recipientes catenationes. Pondus sustinent abies, larix, etiam in transuersum positæ nec rumpuntur, nec curuãtur, prius carie, quàm viribus deficiunt. Contrà olea & robur incuruantur, & quercus, & populus atq; salix, vlmus betulla. Palma arbor valida è cõtrario fornicatur renitendo in diuersum: Contrà populus ad omnia inferiora pandatur. Vlmus & fraxinus lentè, sed facilè pandantur, flexibiles tamen stantesq; à circumcisura sic. catæ fideliores. Flexibiles salix, betulla, vlmus, genistæ, quercus & asses quernæ. Scãdulæ tabellæ & laminę, quibus tecta operiuntur ex robore aptissimè atque è glandiferis & fago, facillimè ex omnibus, quæ resinã sudant, vti pinu & abiete. Picea & quercus scãdulis cupisque & sacamentis vtiles. Quæ in laminas secantur, præcipua sun

Aquarum tubis.

Oleæ durabilitas.

Commissuris & coagmentationibus.

Pondus sustinentia.

Curuantur quæ & pandãtur.

Palma renititur oneri.

Flexibiles Laminis et scandulis.

Cupis.

cerru

cerrus, terebinthus, aceris genera, buxus, palma, ilex, sambuci radix, populus. Mensa rum elegantiori operi acer, fraxinus, iuglans, nonnunquam & cerasus atque pyrus, precioſissimæ cedrinæ, atque cupreſsinæ. Axibus, rotis atque radijs quercus, robur, acer, fagus. Vergilius etiam Cedros & cupreſſos attribuit horum vſui:

Mensa.

Axibus.

Iugis.

Aratris.

Hinc radijs triuêre rotis, hinc tympana plauſtris,
Carpentisqúe.

Eadem ferè materia aratris, curribus, iugis ac ſtiuis Heſiodo auctore, niſi quòd fraxinea his quoque adhibetur materia, & cerrus, & ſicut lentore fraxin⁹, ita duritia ilex. Trochleis, terebrarumq́; vaginis & malleis materiam idoneam præbent oleaſter, buxus, ilex, meſpilus, vlmus, fraxinus, acer, aquifolia, rubus. Fiunt & è pinu & iuglande mallei maiores, orbesque ac trochleæ moaribus, hauſtorisque machinis vſurpatæ. Cato vectes aquifolios, laureos, vlmeos fieri iubet, Hyginus manubria ruſticis carpinea, iligna, cerrea, adde noſtris in vſu maxi nè buxea. Fieri quoque capulos & manubria ex olea Homerus teſtatur ϛειλεῖον ἐλάιον. Scuta è ſalice ac vite fieri Theophraſtus ſcribit: Icta enim protinus plagam contrahunt, ſed ſalix leuior, & ob id ea magis in vſu. Eſt & ficus ſcutis apta & tilia, betulla, populus,

Trochleis.

Terebrarū vaginæ.

Malleis.

Vectibus.

Manubrijs

Capulis.

Haſtis. pulus, ſambucus. Haſtis præcipua fraxinus Achillis haſta celebrata materia, & myrtus validis haſtilibus, inqt poeta Virgilius. Ta-

Arcubus. xus arcubus idonea etiam eiuſdem Virgilij teſtimonio:

Foribus. *Ithirios taxi torquentur in arcus.*

Ciſtis. Ad fores vlmo vtuntur. Ad ciſtas o-

Flexibilia mnes, quæ flexili crate conſtant. Commiſ-

Cõmiſſuris. Aſſeribus. ſuris & coactionib. vlmi & fraxini cõgruũt ab longitudine firmiſsimas catenationes recipientes. Ad aſſes finduntur optimè abies, populus, fũgus: æternitate autem cõmendablis quercus maximè tempeſtatibus reſiſtens & humori, quibus aliæ haud quaquã idoneæ, niſi faginæ aut alneæ aqua merentur aſſeres. Flammis & lumini vſurpatur abies, picea, teda. Carbones optimos præbet ſpiſsiſsima materia, vt robur, quercus, fagus. Pineos poti⁹, quã querneos quę-

Igni & lumini vſurpata materia.

Carbonib.

Cerri. runt excuſores, quanquã firmiores, ſed qa ad flatũ melius reſpondeant, & minus marceſcunt, extinguũturq;. Cerri etſi alioqui improba materia, carbonib. tamẽ ærariorũ officinis idonea, qp ceſsãte flatu ſtatim extinguatur, parũq; ad ſumptus tardè recidit in fauillam. Eius materia ædificijs extruendis inauſpicata, qp facilimè rupta fatiſcat, rudi-

Igni excipiendo. tamen & indolata inteſtinis operibus & vtenſilibus vſurpatur. Adignẽ excipiendũ aptiſsima

tissima ficus & olea, ficus quia lenta & rarior, olea quia spissa & pinguis. Iuniperi carbones integro anno durasse proditum. *Iuniperi carbones.* Flammæ resistere laricem Vitruuius tradit, etsi id Mattheolus confutare nititur, vt antè dictum. *Flãmæ resistentis.* In toto arborum corpore, vt animantium, cutis, nerui, sanguis, caro, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex in magno agrestium vsu: vasa corbesque patentiora messibus conuehendis vendemijsque faciunt è tilia, abiete, salice, fago, alno. *Cutis arborum.* *Corticis vsus.* Suberis crassissimus cortex, & quo exuta minimè arescit, vt reliquæ arbores, quippe natura sic comparatum quod cortice expoliendo, materiam duplici cortice muniuit: Cortex crepidis fulciendis vsum præbet, & verriculorum funiculis ac piscatorum tragulis appenditur, si cortex eximatur sidit lignum, cortex semper supernatat. *Suber.* Cortici proximi pleriſq; arboribus adipes, ij vocantur à calore Alburnum, mollis & pessima ligni pars, teredini obnoxia, quare amputatur. *Adeps arborum.* Succus arboribus pro sanguine. Humoris non idẽ omnib. ficis lacteus, cui ad caseos figurandi coaguli vis. Cerasis gummosus, vlmis salinosus, malis lẽtus & pinguis, aquosus pyris ac vitib. Viuaciora, quibus lentior. Mori succũ medicos quẽrere Plin. tradit. *Sanguis arborum.* Est & marcor atque caries in veteri-

veteribus lignis Græcis σαπρώτης ξύλων, Italitarlaturam del ligno vocant. Vermes qui in carioſis lignis naſcuntur, Coſsi Plin. vocantur. Subeſt adipi caro, cui oſſa materiæ optimum ſuccedit, nec omnib. carnes adipesque largæ. Neutrum habet buxus, cornus, olea, nec medullam, minimumque etiam ſanguinis, ſicut oſſa non habent ſorba, carnem ſambuci, & plurimã ambæ medullam. Arũdines maiori ex parte carne carẽt. In arborum carnibus pulpæ, venęque reſident, diſcrimen earum facile. Venæ latiores candidioresque: Pulpæ fiſsilib. inſunt, ideò fit, vt aure ad caput trabis quãlibet prę longæ admota ictus ab altero capite ſentiatur penetrante rectis meatibus ſono. Vnde deprehenditur an torta ſit materia nodisque conciſa. Quibuſdam ſunt tubera, ſicut in carne glandia. In ijs nec vena, nec pulpa quodam callo carnis in ſe cõuoluto. Hoc precioſiſsimum in cedro, & acere. Quibuſdam pulpa ſine venis mero ſtamine ac tenui conſtat: hæc fiſsilia maximè traduntur. Alia frangi faciliora, quàm findi, quib. pulpa non eſt: Sic oleæ, vites fracturæ potius, quàm fiſſuræ parent. At totum corpus è carne fico. Tota oſsea ilex, cornus, robur, morus, lotus, ebenus, cythiſus, &, quæ medulla carent, faginis pectines tranſuerſi in

Coſsi.
Oſſa arb.
Caro arb.
Venæ arb.
Pulpa
Aure admota trabi ictus sẽtitur.
Tortæ materiæ deprehenſio.
Tubera.
Fiſsilia.
Frangi facilia.
Oſseæ materia quibus.
Pectines è fagis.

pulpa

pulpa apud antiquos, vt, Plinius memorat.
THR. Præter materiam alia quoque commoda ex arboribus, quæ materiam præbẽt, sumere licet? MAR. Maximè. Nam vt suprà dictum de mespilo, quercu, castanea, pinu, fago, teda, quæ in syluis feliciter proueniunt, simul & materiam præbent optimam, & fructus esui vtiles: Ita ex abietibus, ac picetis, pinisque resinam quoque colligimus & picem, magno rei familiaris emolumento, quemadmodum & è quercu, fago, castanea, mespilo, pinu & homini cibus, & porcorum aliorumque animalium saginandorum vtilitas percipitur. Annonæ difficultatem multis leuasse vel nostra ætate compertum, in farinam molitis, spissatisque in panis vsum glandibus. Immo secundis mẽsis inseri Hispanis glandem consueuisse, Plinius & alij tradiderunt. Neque est obscurum, quàm magnas opes plerisque gentib. glandium, resinæ, picisque prouentus suppeditent. Galla quoque glandiferis adnascitur, de qua superius dictum. Inter cęteras arbores, quæ resinam sudant, teda pinei generis, succo abundatior, quã reliqua, liquidior quàm picea, flammis & lumini parata: eius enim assulis pro candelis vtimur. Sudat resinam quoque & picem Cedrus Cedria vocata. Viscus quoque ex arbori-

Resina.
Pix.
Fructus arborum & syluestriũ.
Glandiũ vsus.
Galla.
Candelæ ex arboribus.
Cedria.

bus fit: laudatissimum è cerro, ilice, castanea, præsertim in Senensib⁹ maritimis syluis, quæ in eum vsum illic magno locantur ijs, qui viscum conficiunt. Nam ex arboribus grana legunt, quę in aqua decoquunt, donec disrumpantur quæ contusa lauant in aqua, donec furfuracea excrementa eximant. Plinius in quercu tantùm nasci scribit & robore, ilice, prunoque syluestri, terebintho, pinu & abiete. In Etruria etiam in castanea, quod optimum est, item in malo & pyro, sed inutile. Fit quoque viscũ è quarundam arborum radicibus, maximè agrifolij, atque earum corticibus, sumptis radicum corticibus, effossaq; scrobe inter suarum arborum frondes, humido solo (alij fimo) sepeliunt, ibique relinquunt tantisper dum putrescat, mox eximunt & tam diu in pila contundunt, donec lentorem concipiat, dein aqua calida lauant, manibusque commiscent. Vsurpatur cũ alijs vsibus, tum auibus capiendis. Adde Gummi quoq; ex arboribus exudare notissimũ, veluti è cerasso, pruno, iunipero, olea, acacia, hedera, amygdala, vt Dioscorides testatur. E iunipero vernix exudat, è myrrha stacte, è populo alba succinum, Græcis ἤλεκτρον. Plinius scribit succinum è quibusdam pinei generis arboribus, vt gummi è cerasis exudare au-

Viscus quo modo conficiatur.

Vernix.

Succinũ.

re autumno. Hæc, quia sic postulasti, vtcunque de plantandi disciplina à me explicata boni consules. Audis Iuliam nos accersere ad cœnam, & vmbram vides esse decem pedem, proinde illuc nos recipiamus suadeo. THRA. Magnam quidem habeo gratiam, quòd in hoc tuo horto lautissimè extructo, & tam suaui hortensium plantarumque explicatione me recrearis. IVL. Quousque detines, Mari, hospitem tuis disputationibus? Quin ad cœnam iam paratam in hoc topiarium accenditis? MAR. Age igitur accumbamus.

Finis libri II.

LI-

LIBER III. DE PASTIONE PECVARIA.

REi Rusticę partem & agriculturæ affinem coniunctamq́; esse pecuariam villaticamq́; pastionem, non solùm Virgilij vndecunque absolutissimi Poetæ, qui hanc disciplinam Georgicis suis celebrauit, verùm etiam vetustiorũ grauissimorum scriptorum Xenophõtis & Aristotelis testimonio iam antè declaratum, ὅτι γὰρ ἡ νομαδικὴ συμπέπταγε τῇ γεωργίᾳ: atque adeò communi vsu comprobatur vtranq; alteri vtiliter cohærere. Nam & si diuersa est disciplina agriculturæ & pastionis, & vota curaq́ue interdum contraria, veluti cùm pastor solum graminosum & nouale postulet, agricola contrà purum & subactum: tamen in his discrepãtibus votis magna est societas, & mutua quædam vtilitas, quam vtraque functio ab alia percipit. Id quod Fundanius apud Varronem apposita similitudine contendit astruere: Vt, inquiens, dextra tibia alia, quã sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniũcta, quòd altera eiusdem carminis incentiua, & altera succentiua: Ad

Pastionis. pecuariæ. cũ agricultura societas.

ua: Ad eundem modum licet quidem paſto rum vitam dicere incentiuam, & agricolarum ſuccentiuam, auctore Dicæarcho, qui tradit initiò homines paſtoritiam vitam egiſſe, neque dum calluiſſe diſciplinam arãdi exercẽdiq́ue agri, aut arborum plantãda rum, ab his inferiori gradu ſuſceptam agri culturam, quapropter ſuccinat paſtorali, qua eſt inferior, vt tibia ſiniſtra à dextra foraminibus. Sic cùm armentis ad arandum, ad vehendum, ad ſtercorandum agrum, & alias plures cõmoditates agri colendi vti poterimus, & viciſsim ab agricultura pabulum pecudibus ſubminiſtratur, fit, vt, etiãſi diſciplina diuerſa ſit paſtionis & agriculturæ, vtraq; tamen alteri ſic ſeruit & accommodata eſt, vt neutra ab alia ſeparanda videatur, præſertim ſi prædij ratio patiatur propter plurimas commoditates, quas vtraque alteri veluti manui accommodare poteſt. Siquidem agrum citra equorũ aut boũ miniſteriũ, & ſtercoratióis adminiculum exercere cõmodè nõ queamus, & paleæ, ſtramina, reliquaque è frumẽtis ad pabulum parata in fundo ipſo compeſcere, quàm vendere magis expedit, & colon, & fundi domino, domeſticiſq́; magis pecudibus, quàm alienis depaſcere ex vſu eſt. Stercoratione etiam, quæ contingit è gregibus,

gibus,agrum hortumque lætari, fructusq; vberiores producere cõstat. Ac verò cùm nulla regio sit,vt inquit Columella,quę nõ ad agrum colendum,sicut hominum ita iumentorum quoque ministerio vtatur, hæc non solùm terræ colendæ,verùm etiam frugibus conuehendis, oneribus deportandis stercore in agrum gerendo,ac denique sobolis procurandæ commoditatem necessaria præbeat. Vnde etiam iumenta à re nomen accepisse, quòd necessarium laborem vel subuectando,vel arando iuuent.Neque verò iumenta solùm,quæ in consortium operum adhibentur, alere conuenit, sed alia etiam minora pecora, velut oues, sues, capras:item ex auibus anseres, pauones, anates,columbas,pullos gallinaceos,& quę sunt alia villaticæ pastionis animantia,è quibus rei familiaris vsus & quæstus non pœnitendus paratur: Et si ager sic ferat & Pales faueat aliquoties non minorem fructũ ex his,quàm è frugibus reportare licet,idq; sine magnis impensis pabuli, cuius alioqui magna pars intercidit. Nã quod pastio quę stuosa esset,pecuniæ vocabulum indicat & peculij,nempe à pecore, quoniam id veteres solùm possiderunt, & omnis pecuniæ fundamẽtum pecus esset, vnde mulcta cõstituebatur in pecoribus, quæ maxima fuit trigin

Iumenta.

Pecuniæ et peculij vocab.

Mulcta in pecoribus.

triginta boum & duabus ouibus, ęſtimatuſque bos centuſsibus, ouis decuſsibus. Minima mulcta oue taxabatur vna. Apud nobiliſsimas adhuc fortiſsimasque gentes obſeruatur, qui præcipuas opes in pecore ducant & conſtituant. Cato interrogatus, quã partem Rei Ruſticę exercendo celeriter locupletare putaret, reſpondit, Si benè paſceret: rurſusque interroganti, quid deinde faciendo ſatis vberes fructus percepturus eſſet? Si mediocriter, inquit, paſceret. Porrò originem & dignitatem huius pecuariæ diſciplinę antiquiſsimam eſſe, & iam inde à Patriarcharum temporibus ad noſtram ætatem honeſtiſsimam functionem fuiſſe, ſacręſimul & prophanæ hiſtoriæ teſtãtur. atque adeò Domino hoc vitæ genus placuiſſe declarant primi mũdi homines. Siquidẽ Abelem ouium paſtorem Deo ſacrificantẽ reſpexiſſe Dominũ, teſtatur ſcriptura. Atque inde Seth, Noe, Abraham, Loth, Iacob, Iob, Amos, homines ſanctiſsimi armentorũ & pecorum alendorum ſtudijs commendantur, vnde opib. polluiſſe, & ſe, vxores, liberos, ac familiam amplam ſuſtentaſſe. Filij Iacob cùm à Rege Aegypti rogarentur de vitæ genere, Paſtores ſe eſſe profitebantur pecorum, à quo vitæ genere Moſes, Saul, DAVID ad principatum

Catonis reſponſum.

Paſtoritiæ antiquitas et dignitas

Patriarchæ paſtores.

tum populi & sceptra vocati sũt diuinitùs. Quinetiam inter gentes vetustissimi & illustrissimi quique partim à pastoribus educati, partim pastores ipsos fuisse memoria prditum. Romulum atque Cyrum inter pastores educatos potentissimarum monarchiarum authores. Adde Galeriũ, Maximinum, Constantinum, Probum, Aurelianũ, ab armentariorum stabulis ad imperatoriã purpuram euectos. Homerus Vlyssis subulcũ magno fortitudinis elogio celebrauit. Etenim fortissimas gentes pecorariam exercuisse, testãtur Italorum, & Germanorum, atque Heluetiorum populi, quorum regiones iam, quàm olim cultiores, rerum gestarum magnitudine à multis sęculis præclari, his potissimum opibus gloriabantur, atq; etiamnum hoc quæstu pollent, qui sanctissimi sunt & grauissimi. Quare tam veteres & Græci, & Latini scriptores in præcipuis opulentiæ laudibus posuerunt πολάυρνϑς, πολυμήλϑς, ac πολυβόυτας, vt qui ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt. Vnde pelles aureæ in Colchide arietis historia, ad quam Argonautæ profecti produntur, & aurea μῆλα Hesperidum. Deniq; signa cœlestia, maria, montes atque regiones à pecudibus appellationem retinent: nimirum, aries, taurus inter sy-

Romulus.

Cyrus inter pastores educatus.

Imperatores ex armentarijs.

Velleres aurei significatio.

μῆλα aurea.

ſydera: taurus mons, & Boſphorum mare: Italia à vitulis nomen retinet. Accedit ad pecorariæ curę dignitatem, quòd magnã ſimilitudinem cum principatu habet, quapropter nõ rarò & Prophetarum oraculis, & Poetarum carminibus principes & reges paſtores populorũ, & ποιμένες λάων vocantur: immò dominus mundi ſe appellat ipſum paſtorem. Cùm autem ex his colligitur, quã magna res ſit paſtio ruſtica, & quã agriculturæ coniuncta, nos poſt Georgicẽ & Phyteuticen hanc bucolicam diſciplinã breuiſsimè complecti ſtuduimus. Diſciplinam autem hanc etſi Varro trifariam partiatur, nos quartam adiecimus. Ac primam armentis maioribus tribuimus paſcẽdis, quales ſunt equi, aſini, muli, cameli, boues, quæ ille quaſi armenta dicta putat, vel ab arando, vel ab armorum, hoc eſt, quorumlibet inſtrumentorum vſui idonea, vel ab armis, id eſt, ſcapulis maioribus, vt Seruius docet. Nam Virgilius ſic ait:

Paſtorum cum principibus ſimilitudo.

ποιμένες λάων.

Armenta.

Hoc ſatis armentis, ſuperat pars altera curæ,
Lanigeras agitare greges, hirtaſq; capellas.

Et Plini. camelos, inquit, inter armenta nutrit Oriens. Iumenta autem ſiue à iungẽdo, ſeu à iuuando dicta animalia, quę vel ad ſarcinas ferẽdas, vel ad vehicula trahenda, vel denique ad terram colendam comparantur

Iumenta.

rantur, vt ſuperius quoque dictum. Etſi autem Pomponius Iureconſultus negat boues iumentorum nomine intelligi, ſed armentorum potius, Vlpianus & Caius quadrupedes pecudum numero cẽſent oues, boues, capras, aſinos, mulas, equos: Nos Virgilij, Ciceronis, atque eorum, qui Latinè locuti ſunt, conſuetudinem ſecuti, inter armenta & iumenta maiora animalia promiſcuè referemus huius libri prima parte. Deinde pecori minori ſecundas partes attribuemus. Et quanquam pecora & pecudes de omnibus animalibus, quæ ſub imperio hominis, & pabulo paſcantur, promiſcuè intelligantur, atque communia ſint vocabula, (Sic enim ait Cicero, Multitudo pecorum partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad veſtiendum) nos adiectione minorum, oues, capras, ſues, ab armentis ſeparauimus. Tertiam partem ad pacuariam rem pertinentem adiecimus, nõ vt ex ea fructus capiatur, ſed potius propter vſum, cuſtodiamque ac miniſterium quod præbet, qualis eſt cura paſtorum, canum, felium. Atque has tres partes hoc tertio libro exequemur. Reliquas paſtiones quarto libro proſecuturi. Hæc de pecorariæ paſtionis cum agricultura communicatione, deque eius digni-

Pecudes.

Libri tertij partitio

dignitate & origine ordinisq;, ac vocabulorum ratione præfati ad singula pastoralia munia progrediemur. Introduximus singulorum armentorum pecorumq; magistros, messis tempore die festo per ocium in gramine sub vmbra recubantes de sua quemque cura ac disciplina differentes, ac singula veluti symbola proferētes: Euphorbum quidem bubulcū, Hippocomū equisonem, Hedionē opilionem, Eumęū subulcum. EVPH. Heus tū Hippocome, quo pgis vagabundus? Hodiéne feriæ indictæ à Parocho, iam in taberna Symposijs iuuenū & choreis indulgere oportuit? HIP. Ignauis semper ferię. Ex re mea erit, & crumenæ consulere, & equos visere ecquid pascātur, aut incōmodi aliquid patiātur. Pascua prorsus æstatis siccitate exucca nudataque pabulo, vt periculū sit, ne inedia compulsi lætiora pascua desiderantes erūpant ac lædātur. EVP. Quin equos in hunc campū adducis, vbi ex recēti messe stipulæ aristæq; sparsæ, & graminis quoque copię inter dumeta carpendę suppetūt. Hip. Nō absurdè mones EVP. Agè igitur, Mastiga subsidiarium tuum iube compellere huc gregem: Tu hic considias sub Corylo hac, quæ simul & vmbram & auellanas nuces suppeditabit. Accersemus & Eumęum atque Hedionem, si vide-

videtur, deque rebus communibus commentabimur. HIP. Placet. Tu igitur Mastix equos vnà cũ pullis atque asinis huc compellito. EVPH. Et vos Eumæe & Hedio greges in vnũ cogite, atq; adeste, Symbolũ veluti in taberna suum quisque citra pecuniam aut impensam conferet de sua quisque pecoris disciplina. Equi certè Hippocomentui adhuc mediocriter habiti. Vidi nuper Agrij nostri vicini equos longè strigosiores, & squalidiores. HIP. Non eadem fortè cura, cùm tamen illi pascua non desint, nec laboribus tantis onerentur. Nostri contrà & operi crebrò adhibentur, neque sic lautè pascuntur, cæteris tamen accuratius tractantur. EVPH. Quoniam & locus, & tempus conceditur, rogamus, de cura hac nobis aliquid differas, quæ huic animali adhibetur. HIPPO. Certè pecunia mihi numeranda nõ suppetit. Quare si vrgeas, non negabo, quod postulas. Inter iumenta certè & animalia, quæ in consortium operis adhibemus, præcipuum locum tenet Equus. Nam & generosissimum, & elegãtissimum, & vsui humano accõmodatiss. adde quòd & fidelis. pecus censetur. Cumque huius varius sit vsus, de eius laudibus & vsu multa dicenda essent, de quibus aliàs dabitur dicendi occasio. EV. Solùm de agnoscendo ge-

De equis.

do generoso bonoq; equo, deque eius cura habenda audire cupimus. HIPPO. Principio equorum varius vsus. Nam alij ad agriculturam vecturamq;, alij curſibus & certaminibus, ac rei militari ac prædationi, alij admiſſurę destinantur: quare ſuis quiq; vſibus deligendi. Equites ac milites, feroces, animoſosq; ac veloces quęrunt, forma & colore elegantes: Agricolæ tractabiles, corpore vaſto, ad laborem vecturamq; idoneos. Educatio tamen propè eadē: nam ſic educamus, vt omnes ſperemus generoſos futuros. EVP. Quænam igitur potiſsimum in educatione curanda? HIP. Quibus cordi eſt equini generis educatio, hos primū cōuenit prouidere de generoſis authoribus, deinde de pabuli copia, quæ vtraq; in alijs pecoribus ad mediocritatē adhiberi poſſunt, ad equi ſummam ſedulitatem, ſatietatemq; largam poſtulent. Quare prius magna cura marem deligere oportet, quem admiſſuræ deſtinabimus: nam eum conuenit omnibus boni equi numeris abſolutū eſſe, & ijs notis, quas in optimo, generoſiſſimoque equo requirere velis: deinde non minore ſollicitudine matrem. Nobilitatem quidem exigunt à loco, quales Hiſpani, Neapolitani, Sarmatici, Peloponeſiaci, Turcici, Theſſalici: Sed hi magis ad curſum, &

celeritatem comparantur. Corpore vastiore, & laboribus rusticis atq; admissuræ accommodatiores petuntur è Frisia, Batauia, Morinis. Forma autem equi & corpora diligenter contemplanda. Nam ipsa sæpè inspectio certas significationes præbet naturæ bonitatis. Quare ab ipsis calcib. ad verticem exactè contemplanda forma. Et primùm quidem pedum præcipua ratio. Nam vti frustrà elegantiam spectaueris superioris ædificij, si fundamentũ sit ruinosum: Ita equi neque militi, neque agricolæ, neque viatori vsui esse poterunt, qui pedum sanitate destituuntur. In explorando igitur primùm vngula consideranda, vt non tenera ac mollis, sed dura sit & solida, rotunda ac scutellata, sic concaua, vt concauitas solo non impingat, nec lædatur, quæque vt symbolum sonitu bonitatem pedum declaret teste Xenophonte. Siquidem plenæ & carnosę improbantur: & qui tales habent, claudicant facilè. Chelidonem vocat idem Xenophon vngulæ concauitatem: carnosas & pleniores citra cauitatẽ, χάμηλας. Quare vngulam asini probant plurimi. Ossa supra vngulam neque procera vt caprarum, quæ succussatione sessorem affligere solent, & crura huiumodi facilè inflantur: neque de-

Equus quo modo contemplandus.

Pedes.

Vngulæ.

χελιδόνες.

χάμηλαι.

pressa

preſſa nimis, ne ſalebroſis locis exulcerentur. Tibiæ atque crura cùm ſint fulcimenta totius corporis, ea conuenit eſſe æqualia, recta, ſciſſa, citra venarum ac carnium obeſitatem aut tumorem aliquem. Nam ſi carne & venis obeſæ ſint, ea duris itineribus facilè inflantur, & claudicationi occaſionẽ præbent. Solidi pedum crura ſtatim iuſta menſura naſci proditum, pòſt exporrigẽtia ſe verius, quàm creſcentia. Qua propter inde à pullo facilè metiri poſſe futuram equi magnitudinem. *Genua.* Genua teretia, flexibilia, nodoſa, & parua, neque introrſum ſpectantia. *Fœmora.* Rigida vitanda. Fœmora ſub armis craſſa, *Pectus.* pectus muſculorum toris numeroſum, latum, quod & ad formam, & ad greſſus lõgiores commendabile. *Ceruix.* Ceruix mollis, lataque, non tanquam hirco prona, ſed inſtar galli gallinacei ardua, & ad flexibilitatem idonea. *Iuba.* Iuba denſa, per dextram, alij per ſiniſtram maluntprofuſam. Caput exiguum, macilentum. Nam grande & graue caput *Caput.* pigri ac hebetis indicium. Breuis promuſcis. Os amplum, lacerum, quodque frena glo- *Os.* meret mandendo, ſpumamque eijciat. Sic canit Verg.

Stat ſonipes, frenaq; ferox ſpumantia mandit.

Sicci oris equi vitandi. Maxillæ ſint æquales & puſillæ. Nam ſi diſtent nimium, dif-

ficultatem frenandi significat. Et inæqualitas buccarum facit, vt sint ore cótumaces, neque ceruicem inflectant, sed caput turpiter protendant. Oculi magni, sanguinei atque igneum tuentes, prominentesq́; , quos ἐξοφθάλμους vocant, laudantur tamquam vigilantes, & alacres: concaui & exigui κοιλόφθαλμοι improbantur, sicut & stellæ in oculis nigræ pallidæque vitantur. Deprehenduntur noctu ad lucernam luculentius hæc vitia. Columella nigros oculos laudat. Et heterophthalmi ab alterius oculi varietate commendantur, qualem ferunt fuisse Alexandri Bucephalum. Auriculæ breues & arrectæ, micantes. Aures enim equorum animum indicare solent, quare grandes & flaccidæ reijciuntur. Nares patulæ, siquidem hæc ad spirandum quàm angustæ sunt accommodatiores, & spiritus ferocitatisque in equo significationem præbent. Armis grandibus & rectis, laterib. inflexis. Spina supra armos paulò elatior præbet equiti commodiorem sessionem & armi reliquumq́; corpus firmius constringuntur, si illa duplex sit. Latera ,pfundiora demissioraque & ad aluum compactiora ac turgiuscula sessorē melius excipiunt, & roboris censentur maioris. Lumbi quo fuerint latiores, hoc facilius attollit priores pedes & po-

Oculi.

Aures.

Nares.

Armi.

Spina.

Latera.

Lumbi.

& posterioribus subsequitur, iliaq; minora videbũtur, q̃ vastitate sua partim deturpãt, partim etiam debilitant grauantq; equos. Venter sit substrictus. Clunes amplę & carnosæ, ita vt pectori lateribusq; respõdeant. Nam coxas & fœmora si habeat lata, ita vt posterioribus paululum diuaricari videatur, gressum firmiorem prębebit. Id quod deprehendimus sublaturi aliquid è terra diuaricatis non compressis cruribus attollimus firmius. Testes habeat pares & exiguos. Cauda longa & setosa crispaq; ἱππούρις inde dicta, quòd equinæ caudę proprium maximè sit. Longitudinem enim non ad elegantiam solùm, verùm etiam muscis & insectis animalibus abigendis idoneã. Sunt tamen qui mutilis delectenter, præsertim si clunibus obesis sint. Breuiter, sic corpus vniuersum compositum requiritur, vt sit grãde, sublime, erectum, ab aspectu etiã agile, atq; ex lõgo, quantum figura permittit, rotundum. Tradunt equisones generosum equum plurium aliorum animantiũ membris exquisitis cõstare debere, nẽpe capite & cruribus ceruinis, auribus & cauda vulpinis, ceruice olorino, pectore leonino, clunibus mulieris, pedibus asininis. Vergilius noster in suis Georgicis graphicè generosi equi notas depinxit, inquiens:

Venter.

Clunes.

Cauda.

ἱππούρις.

Equi forma à Verg absoluta.

Continuò pecoris generosi pullus in armis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluuios tranare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec vanos horret strepitus. Illi ardua ceruix,
Argutumqúe caput, breuis aluus, obesaqúe terga,
Luxuriatqúe toris animosum pectus, honesti
Spadices, glauciqúe, color deterrimus albis,
Et giluo: Tum si qua procul sonum dedêre,
Stare loco nescit. micat auribus & tremit artus,
Collectumqúe premens voluit sub naribus ignem,
Densa iuba & dextro iactata recumbit in aruo:
At duplex agitur per lumbos spina, cauatqúe
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.

Videtis quàm paucis versibus equi probati indolem virtutemqúe vniuersam absoluit Poeta. Sunt & alij mores, è quibus laudari solent, nempe hilares & feroculi, ex placido & concitato mitissimi, vt testatur Columella, quòd hi reperiuntur ad obsequia habiliores & ad certamina laborum tolleratiores. Xenophon laudabilis equi argumẽtum esse scribit, post defatigationem si non recuset iterare laborem. Comperimus & quò quis acrior equus, hoc in bibẽdo profundius eundẽ nares mergere. Et pullus cũ gregalib. in pascuis crebro cursu cõtendẽs, & vt Poeta notauit, si fluuium, pontem prior traijciat, non respectans alios, aut glacicm non

em non reformidet. EVPH. Quinam colores maximè probandi? Poeta reijcere videtur album, quem ego à pleriſque plurimum commendari audio, maximè in Britannicis tellonibus, quos in delicijs videmus habere quàm candidiſsimos. HIPPO. De coloribus variæ ſunt ſententiæ, atque in omnibus ferè coloribus, vt vulgo dicitur, & ignaui & generoſi reperiũtur, nec adeò refert cuius ſit coloris, ſi alia ſigna bonę indolis reſpondeãt. Attamen elegantiæ delectus atque etiam virtutis plerunque in colore quæritur. Præcipui colores à quibuſdam numerantur puniceus, albineus, badius, ruſſeus, murcus, ceruius, giluus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidus, niger, præſſus. Puniceum ac ſpadicẽ hoc tempore maximè commẽdari video, qui & à Poeta præfertur alijs, Galli fidum vocãt equum ſpadicem, lebaiart loial. Commendabiliores, qui in fronte veluti ſtellam, & ſiniſtro aut altero pede pauxillum albedinis habeãt aſperſum. Superioribus annis pomacei ſcutulati atque guttati, cerulei, thalaſſei, atque cani, quos griſeos vocant, habebantur in precio nõ minus, quàm hodiè ſpadices, & qui his proximi mucidi vel cum albedine, vel rubedine, vel nigredine commixti. Prorſus albos à Verg.im, pbatos Plato lau- *Colores.*

dat. Alij nigricantes laudibus vehunt, maximè si, vt de spadice diximus, in fronte vel asteriscum, vel lineam albicantem, vel deni que altero pede candoris aliquid habeant. Prorsus nigri sine vlla macula vitari solent. Guttati quasique muscis obsitis pilis præstantes habentur, & solent plerunque laboris esse tolerantes. Gilui & varij, quos picas vocant, ab omnibus penè reijciuntur, attamen vtriq; si fortunentur, solent nonnunquam præstantes esse, præsertim si gilui lineam nigram à ceruice ad caudam vsque per spinam rectà ductam habeant. Reijciuntur & varij, maximè si albedinis pluscu-

Admißarius. lum habeant. Admissarij vnius coloris, robusto corpore, membrisque confirmatis & cæteris iam dictis indicijs cõspicui requi

Matres. runtur. In matribus easdem ferè notas quęrere oportet, quas in maribus: in primis autem vt sint vasto corpore, formâ eleganti, vnius & ipsæ coloris, ventre magno & pectore, ac posterioribus quadratis amplis.

Aetas. EVPH. Quænam ætas ad generandum idonea? HIPPOC. Admissarius adhiberi potest cùm iam membris sit consummatis: nam præmaturi, fœtus imbecilliores reddunt. Bimo vtrinque vulgaris coitus, at à trimatu firmior, & vsq; ad annos 20. admissarius idoneꝰ: generasse enim ad annos 40.

ad

adiutũ in attollenda parte priore corporis. Non enim tempus, sed ingenium auferre libidinem, Aristoteles tradidit ante Plinium. Sunt tamen, qui ante quartum aut quintũ annum non putant admittendum, sed roborandum largo cibo, vt Veneri supersit, quantoq; fortius inierit, tantò firmiora semina prębet futuræ stirpi: nec minus, quàm sedecim, nec plures, quàm viginti, impleri volunt. Herodotus tradit, vicenis matribus vnum admissarium sufficere. Neque tamen æqualis numerus adhibendus, sed admissarij æstimandi, & submittenda coniugia vel pauca vel plurima, vt durare in plures annos possit. Iuueni firmoq; corpori non vltra 15. aut 16. Medijs aliquibus spacijs conuenit admissarium separari, propter noxã furoris alterni, habita interim corporis ratione. Sunt enim alij alijs imbecilliores viribus. EVP. Fœminę qua ætate admittuntur?. HIPP. Fœminas bimas concipere posse, sed præstare trimas, vt post tertium aut quartum annum enixa fœtũ educat: eamq; post decimum annum non esse admodum vtilem, nam ex annosa matre tardam & inertem prolem procreari. Vndenis mensib. ferunt, duodecimo gignunt. EVPH. Aetatem vnde cognosces, si de ea hesitaueris? HIPPOC. Eam cùm alia, tum præcipuè dẽ- *Equarum partus tempus.*

tium significatio prodit, atq; ij dentes, qui
Dentes. ætatem notant, *γνώμονες* græcè vocantur, q
γνώμονες. vbi exciderint equus neque delectat spe, neque reuendibilis est. Aristoteles tradit, equorum dentes 40. esse, quorum quatuor
Aetas è dē mense tricesimo mutantur bini vtrinque, su
tibus. prà dico & subter. Incipientes quartum agere annum itidem reijciunt infernè & supernè duos ab vtraque parte, perfectis 4. annis, & instante quinto, reliquos eijcit superiores & inferiores, eos qui nascuntur cauos habet. Sextum annum ingresso primorum cauitates explentur, septimo omnes expletos habet, neque vlla deinde cauitas restat, quare deinceps nulla è dentib. cognito. Sunt qui ex iūcturis caudę iudicēt vbi ętas in dentib. agnosci desinit. Palladius prouectiorib. tēpora cauari, supcilia canescere, dētesq; ꝓminere tradit. Aristoteles addit ætatē quadrupedū cognosci, si cutis prætenta maxillis detracta, mox relaxata
Vitæ tēpus. illicò in suū redeat locum, id indicium iunioris, cōtrà, si rugata maneat, veteris. Vitę tempus vt plurimum ad 20. annos, nonnullis ad 30. aut. 40. atque adeò ad 50. vt Aristoteles tradit, si & naturę bonitas, & cura diligens accedat. Proditum est, vixisse equum 75. annos. Fœminę minore, quā mares spatio, & admissarij alijs maribus propter coitum

tum, viuere traduntur. Crescendo finem faciunt equæ quinquennio, mares sexto aut septimo. EVPHO. Quænam existimas tempora magis admissuræ idonea? HIPP. Ab æquinoctio per vernum tempus, cùm primis opportunum adhibere admissarium æquarum desiderijs. Avere autem, reliquisque anni temporibus remouendum à fœminis putant quidam, ne, aut cùm volēt, aut si id facere prohibeantur, noxam ineant: siquidem vbi conceperint equæ, à coitu abhorrentes, mares calcitrando repellunt. Plerisque tamen locis per totam æstatem cum matribus committitur admissarius in pascua; atque id vtilius esse, nimirum vt ad desideria equarum adsint. Cùm interdum equæ nō ante æstatē vel Augustū marem admittant, & Augustales pulli sæpè feliciter adolescant. Tametsi vere editi pulli magis optandi, quòd ij per totā æstatē cū matribus educantur in lætis pascuis, & matres eodē tempore, quo conceperint, herbidis campis per annū paruo cum labore fœtum educent, nam duodecimo mense partum edunt, vt ex Aristotele paulò antè indicauimus, Eoque tempore maximè obseruādum, vt tam fœminis, quàm admissarijs coeundi fiat potestas. Quoniā hoc præcipuè armentum, si prohibeas, libidinis excitatur

Admissuræ tēpora.

tatur furijs, vnde & veneno nomen inditũ
Hippomanes. Hippomanes, quòd equinę cupidini similẽ mortalibus amorem accendat. Id in fronte caricæ magnitudine colore nigro nasci, quodque statim deuorat mater edito partu, quod si præripiatur, partum aut non diligit, aut non admittit ad vbera. Nec dubiũ quin flagrent aliquot regionibus equę tãta libidine, vt etiam si marem non habeant, nimia cupiditate figurantes ipsæ sibi venerem cohortalium more auium vento concidiant. Id quod Poeta notat: Scilicet ante
Vento cõcipere. omnes furor est ingens equarum. Vento enim cõcepisse in Hispania equas proditum fœtumque educasse, sed triennij vitam non excedere. Aristot. iuba tõsa libidinẽ equarum extingui scribit. EVPH. Quid, si equa marem nõ patitur, num remedio aliquo excitatur? HIPPO. Sunt, qui Scylla, vel vrtica, vel erithonio herba naturalia linant vel confricent, eaque re libidinem accendant. Nonnunquam ignobilis quoque vulgaris elicit coeundi appetitum: nam vbi admotus ferè tentauit obsequium, fœmina abducitur, & iam patientiori generosior equus imponitur. Sin autem mas ad venerem iners, odore perfricatur, detersis spõgia fœ-
Mas vt generetur. minæ locis & ad mota naribus equi. Si marem velimus progenerari, sinistrum testiculũ

culum admissarij funiculo obligemus: cũ fœminam, dextrum. Idemque in omnibus propè pecudibus obseruãdum. EVP. Quoto initu implentur? HIP. Non certo numero omnes æquè implent, sed aliquando vno, aliquando duobus aut pluribus. Aiunt vltra quindecim initus vnius anni equam non tolerare: Sæpè quatuor, aut quinque, atque etiam paucioribus contentæ. Admittendæ per interualla bis in die, mane & vesperi. Cùm satis sit, ipsæ matres declarant calcitrando. Aiunt cognationis sensum inesse huic bruto, & adduci difficulter posse, vt equus matrem insiliat. Proditum est, cùm quidam velato capite coegisset matrem inire admissarium, sublato velo cùm matrem agnouisset, impetu in prorigam facto illum mordicus interfeciſſe. A coitu mox equa ad cursum adigenda verberibus, ne genitalem vrinam profundat. Equam solam animalium à coitu ad Aquilonem, Austrũúe currere, prout masculum, aut fœminam cõceperit. Colorem illicò mutare rubriore, pilo, vel quicunque sit pleniore, hoc argumento desinunt admittere. Solent post dies aliquot admissionis rursum equę adduci, quod si iam conceperint, admissariũ repellunt, vt paulò antè dictum. EVP. Quotannis ne implendæ? HIPPO. Auaritia nostra

Cognationis sensus in equis.

ſtra ſingulis annis cupit equas fœtas eſſe.

An quotannis implendæ equæ.

Verùm ſi præſtantes velis habere pullos, ſolùm alternis ſubmittas, quo perfectior firmiorque partus fiat: vulgò tamen quotannis fœtum educare, ſolemne. EVPHOR. Aſinum quoque conſcendere equas videmus. HIPPOC. Maximè: nam hinc mulũ gignì duodecimo menſe, vt infrà dicetur.

De aſino admittendo.

Sunt, qui velint iubam equæ attondi, quæ aſinum admittere debeat, tametſi aliâs libidinem extingui detonſa iuba tradant. Prægnantibus equis cura adhibenda, largoque pabulo firmandæ. Quod ſi frigore hyemis herbæ defecerint, tecto contineantur, ac neque operi, neque curſu exerceantur, neque frigori committantur, nec in anguſto clauſoue, ne aliæ aliarum conceptus elidãt. Nam hæc incommoda omnia fœtum abigunt. Moderatis tamen laboribus exercere prægnantes nihil vetat, imò præſtat quàm ocioſas alere: ſiquidẽ ocio refractarię reddũtur & fatigantur citius. Ariſtoteles ſcripſit, Scythas equitare grauidas cùm primũ ſe mouere incipit fœtus, nimirum ad partus facilitatem id proficere arbitrantes. Cauendum tamen, ne venter allidatur repagulis, fœtu oneroſis. Quod tamen ſi aut partu, aut abortu equa laborat, remedio erit ſilicula trita & aqua tepida permiſta dataque

Prægnates quo pacto tractandæ.

que per cornu. Proditum est, abortum facere ex odore extinctæ lucernæ. Quotannis delectus faciendus, & inutiles equæ, & quæ gignere desinunt, destituendæ. Nam à prima fœtura vltra decimum annum non sunt seruandæ. Tum enim adhuc viribus pollent & possunt alienari, pòst non item. Editi pulli manu non sunt contingendi. Læditur enim vel leuissimo contactu. Curandum, vt, si in stabulis adhuc mater, spatioso setis & calido loco versatur cum matre, ne aut frigus infirmo noceat, aut mater in angustijs eum obterat. Congrua igitur vtrique loca deligenda, vt neque frigore, neque calore nimio affligantur. Paulatim deinde producendus erit pullus, prouidendumque, ne stercore vngulas adurat. Mox cùm firmior fuerit in eadem pascua, in quibus mater est, dimittendus, ne desiderio partus sui laboret equa. Siquidem id præcipuè genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. Orbus sæpè à reliquis fœtis educatur. Matres lætioribus pascuis alendæ, quò pullis vberior lactis suppeditetur alimonia. Quinquemestribus factis, cùm in stabulum reducti fuerint, obijcienda farina hordeacea mollita cum furfuribus, & quicquid aliud tenue natum libenter edent. Anni-

Delectus habendus.

Pullorum tractandorum ratio.

culi

culi vel in pascua læta mittendi, vel furfures & paleæ atque fœnum præbenda. Varro non prius biennio factos à lacte remoueri voluit. Quanquam autem non probemus præpropere amouendos, nos tamen à quinto aut sexto mense remouere solemus & lætis pascuis committere, eaque consuetudo non incommoda, receptaque est. Porrò quàm diu cũ matribus sunt, vtile fuerit pullos tractare nonnũquam, ne, cùm à matribus disiuncti fuerint, exterreãtur, aut homines exhorrescant. Docendi non irasci, & homines non solùm amare, verùm desiderare quoque discat varios aspectus nõ horrere, etiamsi strepitus fiant non terreri, sed appropinquare. Xenophon ait vti pueros præceptoribus, ita pullos oportet domitoribus committere, ac præscribere, quibus exercitijs imbuendi. Sunt enim varij equorum vsus, & ad suos quosque instituendi. Sed de his aliâs, cùm de re equestri, equisque domandis vberius dicetur. Iam de ijs solùm differemus, quibus apud matres & rusticis exercitijs imbuendi. Vt autem mansuetiores fiãt, frena, aliaq; instrumẽta equestria in vicino suspendẽda, vt oculis cõsuescant & videre eorum faciem, & è motu audire crepitus. Cùm verò ad manus iam accedere cõsueuerint, Varro docet, interdum

dum imponere his puerum bis aut ter pronum in ventrem, postea iam sedentem, hoc facere cùm sit trimus, tum etiam maximè crescere & lacertosum fieri. Sunt, qui existiment post annum & sex menses equulũ domari posse. Varro post trimum à quo far rago dari cœperit. Nos à secundo anno moderatis laboribus assuefacimus, primũ occando in agro proscisso, quod & pedibus prodest, & gressui: ac deinde aratro, alijsq; paulatim quibuslibet, & frigori caloribusque cum temperamento præparamus. In iungendo operi hoc curandum, vt pares viribus iungantur, ne valentioris robur alteri procuret exitium, hortamen clamoris & verberis metuentis. Trahendo minus læduntur, quàm portando. Subinde laboribus moderatis equum exercere vtile. Sic enim assuefactus non tam facilè læditur. Sed cura vigilanti opus. EVPHO. De castratione quid sentis? plurimis enim hîc vtimur castratis. HIPPOCO. Est quidem horum visus aliquis, sed qui bonum cantherium habere velit, hunc bonum (vt dicitur) equum castrare oportet. Castrãtur anniculi atque etiam grandiores: nos aliquando quinquẽnem, aut sexennem castrauimus. Atqui castrati animum amittunt. Obseruandum, vt sint benè habiti corporis: nam ferè ma-

Quando domandi, & laboribus admouendi.

Trahendo minus, quã portando lædi equos.

Castratio equorum.

net ea habitudine, qua est, dum castratur. Castrantur & equæ, sed rarius, & maiori periculo. EVPH. Equilia qualia esse cõuenit? audiui aliquoties multum referre, quo pacto stabuletur equus. HIPPO. Stabula equorũ sint loco sicco, ne humore madescant vngulæ, ꝙ facilè vitabimus, si stabula aut roboreis axibus, aut, quod Xenophon mauult, lapidibus rotundis constrata sint, ac denique subinde humo atque fimo emũdata rursum stipulæ stramẽtaque insternantur, ita, vt stantibus durum, cubãtibus molle sit stabulũ: altius substernendum, vt molliter cubent. Stabulum ita constitutum anteoculos esse Xenophon vult, vt in cõspectu sit Domini. Luminis plurimum equilia habere debent, ne tenebris assueti, cùm in lucem producuntur, caligent. Sunt, qui existiment mãsuetiores & minus horridos fieri, si lumen crebrius spectent, & nitidiores fieri, si ad matutinum solem pabulum capiãt. Aestate in aperto tã noctibus, quàm diebus libera aura præstetur. Hyeme tepere magis debẽt stabula, quàm calescere. Quare meridianas plagas equilia respicere conuenit, vt tamen non destituantur septẽtrionalibus luminib. quę per hyemem clausa non offendant, per æstatem patefacta refrigerent. EVPHOR. Idem etiam bubulo pe-

Stabula equina.

lo pecori conuenit. HIPPOCOM. Porrò cùm non minus corpora pecudum, quàm hominum sunt defricãda, sic sępè plus prodest pressa manu subegisse terga equi, quã si largissimè cibum præbeas: Fricare atque abstergere equũ tam manè, quàm vesperi, & quoties ab opere vel equitatione in stabulum reducitur. In distringendo ordiemur à capite ac iuba, frustra enim inferiora nitemur repurgare, si superiora immunda fuerint. Plurimum autem refert idoneis temporibus pecus ad præsepia, ad aquam, ad exercitia ducere. De exercitijs iam diximus. De papulis restat sermo, & quia de pascuis quoque superius dictum, de reliquo pascendi modo dicere conuenit. Vt quisq; generosiores habere velit, hoc meliore pabulo alere debet, siquidem pabulum ipsam generositatem plurimum adiuuare rustici affirmare solent. Si iuuenis sit equus, vt suprà de pullis dictum, herbis, paleis & fœno pascendus, adultior verò & ad labores perferendos aptus siccioribus pabulis vtatur, puta paleis, hordeo, auena & fœno. Paleis propter siccitatem non ita alitur, sed moderato tamen corporis habitu conseruatur. Et quia durum pabulum difficilius dissoluitur, ideo ad laborem commodatius. Gregibus spatiosa,

Fricatio.

Pabulum.

& paluſtria, nec non montana paſcua deligenda ſunt, rigua, nec vnquam ſiccanea, vacuaque magis, quàm ſtirpibus impedita, frequenter mollibus quàm proceris herbis abundantia, vulgaribus equis paſsim paſci permittitur. Si nimis breui gramine paſcantur, citius dentes atterũt anteriores, & ante iuſtum ſenium edentuli redduntur. Cùm autem omne animal naturaliter humidũ ſit, equus imprimis ſiue iuuenis, ſiue ſenex refici debet humidioribus herbis, vt naturalis conſtitutio conſeruetur. Cauendum exiſtimant quidam, ne herbæ aut gramina dentur vere. Tempore autem autumnali herbas præbendas cum ſuo rore, noctu nihilominus auenam, vel hordeum atque fœnum danda. Atqui locis frigidioribus in Germania, Gallia, & Britannia, vbi paſcua magis ſunt tenera, verno æſtiuoque tempore non dubitant viridi pabulo defecto, ac herbis pratenſibus equos purgare. Calidioribus regionibus etiã farragine idem efficiunt. Sunt, qui conciſa poma præbeant purgandi cauſa. Atque hæc purgãdis equis cura. In vniuerſum autem, qui equum velit habere ſanum & ad labores durabilem, is præbeat auenam conciſis ſtraminibus mixtam, ſic enim mediocriter & benè paſcitur, quod ſi labores augeantur,

Purgatio equorum.

tur, purior auena dari poterit. Præbendum autem pabulum demisso loco quidam contendunt, & nos pleriſque locis externis vidimus ſic conſtituta præſepia, vt cum quadam difficultate ac labore annonã aut fœnum capiant. Id enim conducere, vt flecten di extendiq́ue vſu exerceãtur, & ceruicem atque caput grandeſcere hoc exercitio, ac denique ad frenandum habiliores reddi equos. Adde hac cura robuſtiores fieri propter aſsiduam priorum pedum impreſsionem. Tametſi pluribus locis præſepia editiora exhibentur. Qualiacumque ſint, ſemper munda ſeruentur, & ante, quàm pabulum præbeatur, expurgentur. Pabulum, & ſi hippocomi, qui ad quęſtum equos alunt, quò vẽdibiliores reddant, ſiliginem decoquunt in pabulum aut fabaceam farinam, ijsque delicijs nitidos reddunt, verùm ad laborem hæc non probantur: Optimum pabulum auena, aut, vbi hæc non ſuppetit, hordeum. Cauendum ne triticum, aut ſiligo, aut ſicca legumina dentur. Prębendum autem pabulum pluribus potius portionibus, quàm ſemel aut his immodicè aut profuſius, ne nimia ſatietate pabulum faſtidire diſcat. præſtat enim ſubinde pauxillũ obijcere, vt eo abſumpto plus deſideret. Quinquies ferè paſci ſolent quotidiè, quando in

stabulis continentur spatijs horarum æqualiter partitis. Quoties laborant rarius, sed largius pasci poterunt: & si itineribus longis fatigentur, noctu etiam reficiendi. Semper, vt dixi, cauendum, ne nimia satietas fastidium pariat. Qui pabulum auidius vorāt, laborioſiores esse solent. Obseruandum quoque, ne sudanti, & è labore maximè itineris incalescenti, auena aut hordeum præbeatur antè, quàm refrixerit. fœnum autem prębere mox nihil prohibet. Fœnum autem sit grati odoris ac benè siccatum: excutiatur, antequàm pręsepibus imponatur, & imprimis dispiciendum, necubi plumæ auium adhæreant. Equus si vehemētius incalescat, prius quā pręsepibus alligetur, sursum deorsumque opertus ducatur pedetētim, vt paulatim refrigescat. Alligato substernenda stramēta, ne soli frigiditas offendat. Neque in aquam mox à labore ducendus, sed cùm iam à sudore refrixerit, tum demum & potandus, & abluendus, reductiq; crura abstergenda, defricandaq;. Equo autem recusante ac fastidiente pabulum, quidam allium cum pipere contusum præbere, denteſque fricare solēt tantisper, dum ad pabuli desiderium redeat. Alij linteum intinctum aquæ salsæ allegatumque bacillo in fauces inseri præcipiunt. Lupini (vt vo-

Equorū à labore cura.

Cibū recusās equus.

Lupini dētes.

(vt vocant) dentes si enascantur, qui impedire solent pabuli appetentiam, hos abradere conuenit. In potando non negligenda cura. Aristoteles scribit, p aquæ ratione iuméta & pabulo pasci, vt vel fastidiosius, vel appetentius pascantur atque alantur. Equi & cameli turbulentam suauius potant, adeò vt pede sæpè limpidam interturbent: boues contrà limpidam & fluentem malùt. Equum quatriduo sitim tolerare idem Aristoteles testatur. Varro bis potãdos equos præcipit in die, idque nos obseruamus, nempe semel antemeridiano tempore, & pomeridiano iterum. At brumæ tempore semel potasse sufficere potest. Equus aquandus prius extergi solet, ac deinde in aquam duci vsque ad genua, maximè si macilentus sit, pinguẽ altius ingredi nihil oberit. Sunt tamen plerique, qui existiment, non sic altè ducendos in aquam, vt testes aqua mergantur, præsertim si iuuenis sit equus. A Martio, & verno tempore in aquam fluentem sursum deorsum ducere ad agilitatem pedum & exercitium non inutile. Nam aqua exiccat crura, coercendo humores, quo minus deorsum ad crura descendant, inflationesque & gallas reprimit. Reducti ab aqua crura straminis manipulo extergen-

Aquã perturbatã potãti equi.

De aquando equo.

da, quòd fumositas stabulorum cruribus madidis inflammationes inducere soleat.

Aquæ. ratio.

Aquam Vegetius probat limpidam & perennem: ab alijs magis probatur leniter fluens, mollis & turbida præsertim ex argillosa terra, nam hanc aquam propter crassitudinem plus nutrire, magisq; reficere equos quàm rapidos fluuios, attamẽ assuetos limpidis rapidisque, ac durioribus aquis robustos fieri ac laborioſos. Quare animaduertere hac quoq; in parte oportet, vbi equus enutritus. Aquæ quò frigidiores, hoc minus alunt equos. Quo plenius equus biberit, hoc reddi creditur habitior. Proinde abluere os prius & fricare sale madefacto solent hippocomi, quo ad potus pabuliq; desiderium accendatur. EVPH. De morbis curandis addas quæso, nam Aristoteles tradit, equos tot morbis infestari, quot homines. HIP. Quod ad vitia & morbos attinet, prudẽtius est cauere, ne vitijs fiant obnoxij, vtque diligentia præuertat morbos, &, vt Vegetius inquit, studio incolumitatem tueri, quàm ægritudinis remedia præstare. Id autem fiet non difficulter, si ea, quę de pabulo, de aquando, deque stabulis & exercitijs, alijsque administrationibus iam paulò antè diximus, curare non grauemur. Qui probatum equum habere velit, & ci-

De morbis, & qua cura incolumitas conseruetur.

tra

tra noxam conſeruari, eum oportet ſuum pecus crebrò viſere, adire, contrectare, fricare, (Id enim manſuetudinem docet & cutem exhilarat) atque adeò ſemper eſſe memorem prouerbij, Oculum domini ſaginare equum, ac breuiter ſic in conſpectu habere, vt citius domini de penu aliquid ſubduci poſsit, quàm de præſepio pabulum, vti præcipit Xenophon. Nam qui equum negligit, ſeipſum negligit. Moderatum exercitium, & quotidiè producere in campum, ſi cælum patietur, vtile fuerit. Perinde enim negatum quàm immoderatum exercitium nocet. Matutini labores magis congruunt, quàm veſpertini. Neq; hyeme, neque æſtate equus immodicè fatigandus: nã ſudoribus nimijs agitatus, moxq; refrigeſcens facilè noxam cõtrahit. Quare hic repetendum, ſi à laboribus & ſudore vehemẽtius equus incaleſcat, coopertus aliquandiu ducatur leniter, vt paulatim refrigeſcat, antè quàm ad cibum, aut potum admittatur. Vbi refrixerit, in aquam ducẽdus atque abluendus. Reducto ſtramenta mũda ſubſternenda, crura abſtergenda, atque inde pabulum præbendum. Laſsitudini quies remedio eſt, & à ſudore ſi æſtus ſit, poſca, ſi hyems muria os ablui vtile putatur, quandoquidem harum rerum negle-

Oculus domini ſaginat equũ.

Exercitiũ equo vtile.

Laſsi equi cura.

ctu sæpè optimi corrumpuntur equi. Vinũ quoque & oleum faucibus infundi æstate frigidum, hyeme tepidũ post Vegetij præcepta, rei experientia docuit: fatigatum equum, si necessitas requirat longius ire, infuso in fauces vino roborari experimur. Incalescentem ex itinere, aut labore non oportet potare. Attamen si non nimiũ sudat, & rursus equitetur, non perinde noxium. Tutius tamen sitire, quàm æstuantem potare frigida. Equus si diutius steterit, ac quieuerit, non est subitò ad cursum extimulandus, neque mox longis iteneribus frangendus, sed paulatim labor augendus. Equus fatigatus mirum in modũ recreatur, adeò vt recens appareat, si vel in stabulo, vel alio mundo loco extra ventum aut pluuiam vltro se volutet. Quare Xenophon vicinum stabulis locum volutationi idoneum postulat, quo à laboribus soluti volutentur equi, quandoquidem hoc exercitio & salubritas inducatur, & quasi restituitur. Danda enim opera, vt vesperi diligenter curentur equi, atque à sudoribus extergantur, vtque noctu quietem habeant. Hyeme laneo stragulo operiendi propter frigus, æstate lineo propter muscas. Cauendum, ne longiorib. itineribus, vel laboribus vrinæ reddendæ pote-

Incalescẽtem nõ aquandum.

Volutationis vtilitas.

Tegumẽta equorum.

Vrinæ red

Potestas denegetur, sed mox hora vna ab inchoato vel itinere, vel labore, excutiēdo otio sistatur. Ducendus extra viam, & si cō tedatur, in fimetum maximè ouiliū. Quod si vrinæ reddendę impedimento crucietur, fomenta eadem admouenda, quæ frigori, nempe oleum immistum vino super ilia & renes infusum. Item pediculus peni immissus, aut etiam smigma podici inditum auxiliari compertū. Quæ si non profuerint mel e decocto & sale collyriū tenue foramini, quo meat urinæ inditur Sunt qui de bitumine collyrium naturalibus inseri præcipiant. Aelianus scribit retentam in equo vrinam solui, copioseq; reddi, si virgozona, quam gestat, faciem equi feriat. Pedum (quæ præcipua cura est) incolumitas conseruabitur, si, vt suprà de stabulis indicauimus, rotūdis lapidibus, vel axibus constrata diligenter mundentur. Subinde chelidoni aut plantis stercus bubulum, vel si hoc desit, equinum indatur, & tibiæ deorsum defricentur straminis manipulo conuoluto. Vt autem vngulæ crescant, vel attritæ reparentur, Allij capita in vncias 7. rutæ manipulos tres, aluminis tusi & cribrati vncias 7. auxungiæ veteris pondera 2. stercoris asini plenam manum commisceas, ac decoquas, & vtaris. Ab itinere pedes diligen-

dēdæ curæ

Pedū curæ

ligenter expurgandi, ne quid luti, vel sordium inhærere patiamur. Vnguento vngulæ attritæ reficientur eo, quo diximus, modo. Articuli quoque, vel suffragines post iter calido foueãtur vino, vel ouum vnum aut alterum incutiendum pedum plantis: ipsæ tibiæ cereuisia calida, aut simili fomento confoueantur. Si alterum pedem protédat equus, neque æqualiter stet, indicium est alicuius vitij, ac infirmitatis. Claudicare contingit equum, vel quia vngulæ ex itinere attritæ, vel ferraturæ vitio, vel etiam ex ocioſa in stabulis humorũ collectione, vel deniq; è gallis atq; crurum aliqua læsione. Quod si è ferratura claudicet, malleo concutito singulos clauos, & in cuius ictu sensseris vitare, eum clauum eximito: vel frigidam infundas vngulæ, & qui primus è clauis exiccatur, hunc euellas. Si pus sit, id exprimatur, atque inde picem cum axungia veteri benè coctam imponas. Oportet autem solum vngulæ aperire celeriter, vt per inferiores partes, si sit apostema, digeratur, ne per coronulas faciat eruptionem, quod difficilius & lentam curationem admittit. Signis autem id deprehenditur, nam priorem pedem planum ponet. Quod si suspendat, pedem subrades, & locum, quẽ videris nigrioré, digito pulsabis, si cesserit in do-

Vitij significatio in equo. Claudicationis vitium.

n dolore, & maturuerit, aperito, ſaniemq́;
:mittito. Si claudicat introrſum, nec pre-
mat niſi extremitates, indicium ex vngula
laborantis. Sin toto pede æqualiter terram
calcat, alibi quàm in vngula laborat. Clau-
dicans non flectens iuncturas, læſionẽ cir-
ca iuncturas indicat. In genere, ſi claudicat,
ſumito canabem cum oui albo atque impo
nito pedi, quo claudicat, & pòſt ferrato. Si
vulnus fecerit, puluerem oſtrearum, & æ-
rei vaſis fuliginem benè tonſa ad ſiccãdum
nſpargito, vel album oui cum fuligine at-
que aceto imponito. Crepatiarum, vt vo-
cant, vitium, quod inter iuncturas & vngu-
am contingit ad ſimilitudinem ſcabici,
oriturq́ue è ſtabulorum fumis & humori-
bus crurium madidorum, cura eadem, quæ
Grapparum, quod ipſum quoq; vitium in
iuncturis pedum, rumpens carnes & pus
generans. Euulſis pilis lauetur locus cereui
ſia tepida, vel aqua decoctionis maluæ, ſul-
phuris, & ſepi arietini, quorum ſubſtantia
obligetur iuncturis lætis veſperi atque ma-
nè. Vel cum ſepo arietino, aut hircino, ax-
ungia, ære viridi, ac ſulphure viuo, bolo, ſa-
pone vel ſmigmate decoctis, factoq́ue vn-
guento linẽdum quotidie bis, lauandum-
q́ue vino tepido, inde exiccato loco iterum
nguendũ: abſtinebitur ab aqua. Vini quo-

Crepatiarũ et Grapparũ cura.

que

que feces curandis crepatijs adhibentur.

Gallarum cura.

Gallarum, vt vocant, inflationes et tumores in tibijs, quas alij aquatilia, alij ozenas appellant excindendo & cauterijs curantur. Nonnulli eas in aqua frigida rapidaque, si equus crebrò ducatur, constringi & reprimi existimant. Item lauare sale, aceto, axungia, & oleo per dies aliquot obligãdo, vel scarificatione curare solent. Externa adustionibus curantur. Si dorsum è sella vel tumeat inflatum, vel læsum fuerit, Vegetius iubet cepas in feruẽti aqua decoctas, atque sic feruentes, quantum corium sustinere potest, imponere, fasciaque illigare tumori, & vna nocte tolli inflationem. Item salem tritum cum aceto miscendum additoque vitello oui, & loca, quæ tumere cœperint, perfricanda, atque sic destricta siccabuntur. Etiam herbam piperitidem contusam cum succo suo imponũt, & mox residere tumorem experientia docuit. Dorsum vulneratum lauetur cereuisia & butyro liquido. Est morbus, qui frequenter infestare solet equos, quem alij syncopen, alij stenachoriasin, alij aliter appellant, vulgò Vyuel vocatur, quo si corripiatur equus, aurem deprimito, & vbi desinit, auriculæ extremum incidito phlebotomo, vel scalpello saniem expurgato, cauendum, ne

Dorsi attriti cura.

Syncope.
Stenachoriasis.
Vyuel.

vena, quæ

vena, q̃ est paulò superius, incidatur. Si equus incalescens vel potu, vel vento lædatur, vulgus Germanorum Verfangenn vocat, sunt qui distentionem putent à Vegetio, alijs infusticationẽ appellari, remediũ: Concisa in frusta minuta mustelę pelle, addito butyro recenti, ouoq́; putrido cũ aceto, idq́ue commixtum per cornu infundendum, ac pòst madido stragulo contectus equus stet, donec incalescat. Ventris & intestinorum dolor sedari creditur equo & mulo anatum aut nantium conspectu. Vt à muscis non infestentur iumenta, succo foliorum curcurbitæ iumentorum pili intingantur æstate media. Solent & lũbrici iumẽtorum intestina affligere, indicium, si subinde ad aluum respiciant, si crebrò voluentur, si caudam iactent. Remedium adhibetur cornu ceruinum, aut sabina trita, atque cum aceto per cornu data. Columella iubet manum per anum inferere, & fimum eximere, ac deinde anum aqua marina, vel muria lauare. Rheuma, siue catarrhus equum reddit pigrum & languidum, nihilominus duci equitariq́ue patitur, estq́ue labor mediocris non inutilis: tepida poteur aqua, iectis triticeis furfuribꝰ, & quò magis excreauerit muccos, hoc melius habebit. Sunt morbi aliquot incurabiles, & quo-

Verfangẽ.
Distentionis cura.
Ventris doloris cura.
Aduersus muscas.
Aduersus lumbricos
Rheumatis cura.

& quorũ ratione ex Aedilitio Edicto redhi
bitio debetur, niſi aliter cautum ſit in ſtipu-
lando. Quales Aſthmatici, ſuſpirioſi, lunati-
ci, ſerpigine vel intertrigine infecti, vermẽ
appellant, qui morbus, ſi ad teſticulos vſq;
proſerpat, incurabilis æſtimatur. Addũtur
gallæ intrinſecæ vel introrſum manantes.
Aſthmaticum tamen curari quidam negãt,
quòd phthiſi homini mortiferæ aſsimile-
tur. Salus tamen promittitur, ſi principijs
occurratur. Nam ſanguinem in ſiccis mor-
bis detrahere contrarium eſt. At vino & o-
leo commixtis tepefactiſq; perungendum
totum corpus, & aduerſo pilo vſque ad ſu-
dorem confricetur. Interna autem hac po-
tione à prima die curanda. Succũ ptiſanæ,
adipem ſuillum remiſſum & amylũ ex mol-
le paſſo, quæ decocta per cornu danda, vi
canalis gutturis maxillarumque compage
laxetur, quo facto, loco calido ſtatuatur. Ité
prodeſt hordeum viride, atque herba, qua
ariditatem temperet. Proderit & potio ex
paſſo ouiſque crudis & butyro, thure atq;
croco, dulcibuſque quæ, aſperitatem miti-
gent. Interim quoque vngendus modo
quem diximus. Lunaticos curare ſtuden
à temporum parte detracto ſanguine. Ac
hæc quotidie oculum calido fomento cu-
rant foris. Intrinſecus collyrio thermanti-
co acer-

Vermis morbis.

Aſtumatis cura.

Lunatici cura.

co acerrimoq; per plures dies inũgunt, donec curetur. Scabiei & ſerpigini quidã adhibent cantharides contuſas mixta ærugine inungendo, deinde ferro candenti vel ſartagine corpus equi calefaciunt. Alij bis in die aqua calida ſubluunt, & mox decocto & trito ſale cum adipe defricant dum ſanies emanet. Præcipuè ſalutarem aiunt adipem vituli marini inter initia, ſi inueterauerit, vehementioribus opus remedijs, & adhibetur bitumẽ, ſulphur, pix liquida axungiæ veteri commixtæ pariq́ue menſura decoctæ, ſubinde ſcabie reſiccata piceq́ue liquida cum oleo illita. Infricatur & fuligo vlceri ex aheno. Pluribus & equi & bubuli pecoris morbis ſuccurrit radicula, cõſiliginem vocant & pulmonariam, pectoris pelli inſerta, facto prius ſubula foramine. Aduerſus omnes equorũ morbos probatiſsimam curam tradit Vegetius centauream, abſynthiũ, peucedanum, ſerpillum, agapenum, betonicam, ſaxifragam, ariſtolochiam rotundam æquis ponderibus tunſes, & cernes, ſi febrit animal, cum aqua: ſi non febrit, cum vino optimo dabis, & ſingulis per ſextarium aquæ vel vini cocti prælicti medicaminis ſingula maiora cochleria commiſceas, & per fauces ingeras. Deplere animalia veteres vetuerũt abſque

Scabies. Serpigo.

Conſiligo. Generale remediũ.

Deplendi ratio.

necessitate, ne consuetudo minuendi, si tẽpore aliquo factũ nonfuerit, statim morbũ generet. Rectiꝰ ergo minoris ætatis animalibus & benè valentibus non detrahendus sanguis, nisi è palato. Maturis non incómodum cùm in pascua mittuntur, sed cautio adhibenda in secando, ne altius imprimas manum. Castrata prorsus non sunt deplenda. Barbaricis equis ferunt nullam adhibẽdam medicinam. EVPH. De equis iam satis: ad asinos descendere tempus postulat.

HIPPOCOM. Præposterus hic progressus: attamen quando sic iubetis, hac quoq; in parte non deero, vt tandem, meo penso persoluto, vos paria symbola conferatis. Asinorum vulgaris cura, neque tamen aspernanda cùm propter varios vsus, quos præbent, tum propter pascẽdi facilitatem. Nam qualicunque, & parabili pabulo contentum id pecus, folijs, spinis, sarmentis, paleis, quibus omnes regiones abundant, etiam gliscit, tum imprudentis custodiæ negligentiam fortiter sustinet, plagarũ, laboris, famis, & penuriæ tollerantiss. rarisq; morbis afficitur: propter quæ tardius deficit, quàm aliud armentum. Quare huius animalis tã exiguæ tutelæ plurima & necessaria opera respondent. Nam & oneribus gestandis dorsuarius asinus equo par, veh-

De Asinis.

Asini vsus.

cul-

cula trahit non nimio pondere, molarum, & conficiendi frumenti penè solemnis est huius pecoris vsus. Quare maximè ruri necessarius asellus, qui & vtensilia in vrbem, & ad molam frumentum gestare ac reportare commodè potest. In Aegypto, & Lybia vbi leuior humus, etiam terræ proscindendæ eius vsus: & delicatæ illic mulieres asinis splendidæ phaleratis vehũtur. Quinetiam ad disciplinam docilis putatur, atque hodie in Cairo ad tibias saltare, & alia ludicra exercere à circulatoribus edoceri, traditur. In mercando, inquit Varro, vt cæteræ pedes emptionibus & traditionibus dominum mutant, & de sanitate & noxa caueri solet. Quadringentis nummis asinum emptum memoriæ proditur. In Celtiberia quadragenis nũmorum millibus asinas emi Plinius auctor. Varro duo genera describit. Vnum ferum, quos onagros vocant, quorum in Phrygia & Lycaonia greges sunt multi. Onagri domiti præstantissimi sunt maximè ad seminationẽ, & faciliter domari traduntur. Alterũ mansuetũ, de quib. nobis sermo. Ex Arcadia optimos, quanquã Varro ex Rheatinorum seminio pullos præstãtes solere produci scribit. Qui asinos educare vult mares fœminasq; bona ætate, corpore amplo, seminio bono, firmosque

Asini precium.

Onagri.

mosque deligat perinde atq; in equis. Admissarij minimum trimi. Nam à tribus annis ad decimum vsque generationi idonei sunt. Partus à tricesimo mense ocyssimus, sed trimatu legitimus: totidem quot equæ & eisdem mensibus, & simili modo conceptum fœtũ edunt. Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu. Rarò geminos parit. Paritura lucem fugit, & tenebras quærit, ne conspiciatur ab homine. Gignere aliqui tradunt tota vita, quæ durat ad trigesimum annum, vt Aristot. auctor. Admittũtur ante solstitium, & eodem tempore alternis annis pariunt. Duodecimo enim mẽse conceptum semen edunt. Prægnantes opere leuandæ. Venter enim labore nationem reddit deteriorem. Mas ab opere non disiungitur, quòd salaciſsimus sit, & remissione laboris fit deterior. Secundum partũ pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus patiũtur esse cum his, & leniter capistris aliaúe qua re habẽt vincti os. Tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos vult habere in vsu. Partum impensè diligit mater, adeò vt per ignes ad fœtum tendere non dubitet. Sed aquarum tædiũ maius, si riuus interſit, horret ita, vt pedes omninò tingere metuat.

Partus asinarum.

Nec

Nec niſi aſſuetos potant fontes, qui ſunt in pecuarijs, atque ita, vt ſicco tramiti ad potum eant. Nec pontes tranſeunt per raritatem plancarum translucentibus fluuijs. Non niſi ſpatioſa incubant ſpatia. Varia in ſomno viſa concipiũt, ictu pedum crebro, qui niſi per inane permicuerit repulſu durioris materiæ clauditatem affert. Summis labris bibendo aquam attingere ideo creduntur, quòd aurium longiuſcularum in aquis vmbram cernentes metuant, ne eas madefaciant. Frigoris id animal maximè impatiens. Claudicantes aſinos curabis, ſi aqua calida totum pedem circum laueris & ſcapello expurgaueris. Quod poſtquã feceris, vrinam veterẽ calidã, in qua adeps maximè caprinus eliquatus ſit, aut ſi is haberi nequit, bubulus, circumfundes, atque hoc facies vſq; quo ſanitatem adipiſcatur. *Claudicationis aſini remedia.*

EVPHORB. Aiunt aſino & equa mulũ gigni, è duobus diuerſis generibus nata tertij generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia. HIPPOCOM. Maximè, Atque etiam ex aſina & equo mula, ſed effrenis & tarditatis indomitæ, itemq́ue & equa & onagris manſueſactis mulæ veloces gignuntur in curſu, & eximia pedum duritia, ſed rugoſo corpore, & animo indomito, generoſo tamen. Equas nõ minores quadrimis, neque *De mulis.*

decennibus maiores adhibendas. Generá-
tur duodecimo menſe, ſicut & equi atque
aſini, auctore Ariſtotele: at Columella de-
cimo tertio menſe vix parere ſcribit. Con-
ceptum ex equo ſecutus aſini coitus abor-
tu perimit, non item ex aſino, equi. Fœmi-
nas optime à ſeptimo die impleri obſerua-
tum: mares fatigatos melius implere. Quæ
non prius, quàm dentes, quos pullinos vo-
cant, iaciat, conceperit, ſterilis intelligitur,
& quæ non primo initu cœperit generare.

Hinnuli. Equo & aſina genitos mares hinnulos anti
qui appellarunt, contraque quos aſini & e-
quæ gignerent, mulos. Mulos autem ipſos
negant gignere, & ſi quando peperint, id
prodigij loco habitum, ſterilitatis cauſam
exiſtimãtes, quòd ſemina contrariarũ qua-
litatum ſterilia ſint. Idque Ariſtotelẽ & plu-
rimos philoſophos fatigauit, tametſi Ariſto
teles alibi ſcripſit, in Syria mulas & coire &
parere omnes. Atq; huic aſtipulatur Theo-
phraſtus tradens in Cappadocia vulgo pa-
rere, & eſſe id animal ibi ſui generis. Idem
Mulas ali bi parere. comprobat Varro, & ante eum Dionyſius
& Mago prodiderunt, mularum fœtus re-
gionibus Africæ non eſſe prodigioſos, neq;
raros, ſed tam familiares, quàm nobis equa
rum. Verùm & forma & animo præſtantio
ra in hoc pecore, quę equa & aſino genera
tur,

tur,& ſi poteſt aliquatenus huic comparari quod generat onager,niſi quòd indomitum, & ſeruitio contumax,ſylueſtri more, ſtrigoſum patris ꝓferat habitū. Quare hic nepotib, quã filijs vtilior, inquit Columella. Nã vbi aſina & onagro natus admittitur equę,per gradus cõfracta feritate, quidqd ex eo prouenit,paternã formã,fortitudinẽque auitam refert.Mularũ generi ſeminando deſtinandus, cuius ſpecies experimẽto ſpecioſior. Verũtamẽ aſpectu nõ aliter probari debet, quã vt ſit ampliſsimi corporis, ceruice valida,robuſtis & latis coſtis,pectore muſculoſo & vaſto, fœminibus lacertoſis, crurib.cõpactis, coloris nigri ac maculoſi.Nã murinus cũ ſit in aſino vulgaris, tamẽ etiã non optimè reſpõdet in mula. Sũt, qui tradãt, quo colore ſobolem quis habere velit, eo colore palliũ circũ ponendum admiſſario. Aſinus autẽ vt eſt deſcriptus in admiſſurã educandus,eũ ſtatim à partu genitũ matri ſubtrahere opus, & ignoranti equę ſubijcere, vt diximus, fallitur aũt equa obſcuro loco, partu ꝓprio amoto,& alius quaſi ex ea natꝰ alitur. Cui deinde cũ decẽ dieb. inſueuerit equa,ſemper deinde deſtinanti prębet vbera.Sic nutritus admiſſarius equas diligere condiſcit. Interdũ etiã q̃is maternolacte ſit educatꝰ,poteſt à tenero cõ

Color mularum.

Amiſſarij aſini educatio.

uersatus equis familiariter earum consuetudinem appetere, vt Colu. tradit. At nostrates asini etiam vltro satis appetũt equas vt non opus sit ad hoc eos assuescere. Est enim animal mirè salax, & pro corporis portione membrosius. At non oportet minorem, quàm trimum admittere, atque id ipsum, si concedatur, vere fieri cõuenit, cùm & defecto viridi pabulo, & larga auena, aut hordeo firmandus erit. Nec tamen teneræ fœminæ committetur: nam nisi prius ea marem cognouerit, asilientem admissarium calcibus proturbat, & iniuria depulsum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener & vulgaris asellus admouetur, qui sollicitet obsequia fœminæ, neque is tamen inire sinitur: sed si iam est equa Veneris patiens, confestim abacto viliore, generosiori mari iungitur. Locum ad id extructum habere rusticos Col. scribit, machinã vocant, qui duos parietes inædificatos habet & angusto interuallo distantes, ne fœmina colluctari, aut admissario ascendenti auertere se queat. Aditus ab vtraque parte, sed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capistrata imo cliuo constituitur equa, vt & prona ineuntis semina melius recipiat, & facilẽ sui tergoris ascẽsum ab editiore parte minori quadrupedi præbeat. Quæ cum

Machina.

ex asi-

ex asino conceptum duodecimo mense edidit partum, sequenti anno vacua nutrit. Id enim vtilius, quàm vt fœtum admisso equo impleant. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitque postea longis itineribus idonea. Nam clitellis aptior mulus, illa quidem agilior, sed vterque sexus & viam rectè graditur, & terram commodè proscindit, nisi preciũ quadrupedis rationem rustici oneret, aut campus graui gleba robora boum, equorumq; postulet. Calcitratus inhibetur vini crebriore potu, vt Plinius scribit. Mulum octoginta annis vixisse idem testatur. EVPHOR. Postquã de armentis dicere cœpisti, ecquid de Camelo? HIPPOCO. Camelos inter armenta pascit oriens. Animal maximè omnium animalium hominis ministerio destinatum videtur quibusdam. Nam tuber in tergo ad onera portanda, quatuor genua, cùm equus, & asinus, & cæteræ quadrupedes tantùm duo, siquidem posteriora anterius flectuntur, sinuanturque posterius instar humanorum crurum, & prælongis cruribus in genua flectitur onus excipiens. Eorumque duo genera inter se differentia, Bactriani & Arabici, quòd illa duo habeãt tubera in dorso, hi singula & in pe-

De Camelis.

Bactriani cameli.

Arabici cameli.

ctore alterũ, cui incumbãt. Dentiũ ſuperiore ordine, vt boues, carent vtroque genere. Omnes autem iumentorum in ijs terris dorſo funguntur atque etiam equitatu in prælijs. Velocitas inter equos, ſed ſua cuiq; mẽſura ſicuti vires. Nec vltra aſſuetum procedit ſpatium, nec plus inſtituto onere recipit. Odium aduerſus equos gerunt naturale. Sitim quatriduo tolerant. Implentur, cũ bibendi occaſio eſt, & in præteritum & futurũ obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent. Paſcitur, præter paſcua & ea, quæ ſyluæ præbent, auena, aut hordeo cum ſale. Coitus camelis auerſus ſicut elephantis, tigribus, leoni, cuniculis, quibus auerſa genitalia. Solitudines coituri petunt cameli, neque interuenire ſine periculo datur. Ferunt 12 menſibus, pariunt vere à trimatu, iterumq; poſt annum implẽtur à partu. Proferunt ſingulos ſicut elephãti & maioris corporis animantia, lac prębẽtdum iterum graueſcũt, vt Ariſtotel. tradit. Didymus in ſuis Georgicis ſcribit, camelũ ſicut & equos cognationis ſenſum habere, & neque matri, neque ſorori miſceri. Et camelum Bactrianã in mõtibus Indicis à ſuib. feris (qui iſthic commune cum ipſis pabulũ habent) concipere traditur. E ſue autem ſiue apro & camelo fœmina gigni camelum

Coitus auerſus.

Partus cameli.

Camelũ è ſue.

gemina-

geminatum tuber habentem, quemadmodum ex equis & asinis muli, multasque notas habere camelum inde natum, quibus patrem referat, nempe & densum pilum, & virium robur, atque in luto non facilè labascere, sed viribus suis erigi, duplumq; pondus comparatione aliorum camelorum gestare, prodit idē author. Castrantur fœminæ, quæ bello præparantur, fortiores enim fieri coitu negato. Viuere quinquagenis annis Aristot. scribit, quosdam & centenis. Rabiem vtcunq; sentire Plin. addit. Horūque aliqua similitudo in duo animalia trāsfertur, & camelopardalis vocatur, pedibus & crurib. posteriorib. boui, anterioribus & capite cameli, collo equi, albis maculis rutilum colorē distinguentibus. Strabo tradit esse coloris varietate hinnulo simile virgatis pilis distincto, collo recto & in sublime subuecto instar Struthij, vertice paulò sublimiore camelo. EVP. Tale animal nuper depictum in aulcis vidisse videor, quo Aethiopes vxores cum liberis clitellis insidentes deducebāt nisi q̄ id pusilla habebat cornua, qualia oues nōnullæ habēt. Heliodorū de Aethiopicis rebus hanc bestiam arbitror depinxisse. Sed horum externorum animaliū apud nos nō ita frequens vsus. HIP. Tu igitur, Euphorbe, de tui pecoris disciplina nobis

Camelopardalis.

nobis ſtipulatũ ſymbolum depromas: proxima enim equino pecori dignitas & cura debetur bouino. EVPHOR. Quando ſic cautum inter nos, ipſe quoque, quantũ teneo de mea lubens impertiar profeſsione ſymbolum. Et principio nequaquam concedo primas inter pecora equo. Cùm veteres ferè præcipuum vſum & honorem boui aratori, & qui pro ſeruo eſſet, tribuerũt. Siquidẽ ex viro & vxore aut boue domũ cõſtare Heſiodus vetuſtiſsimꝰ, grauiſsimuſque noſtrę ꝓfeſsionis author cecinit, eiuſq; authoritate idem in ſuis Politicis, & Oeconomicis comprobat Ariſtoteles. Adeoque hoc animal in precio fuit & honore ſemper, vt inter exempla damnatus, qui ſociũ laboris, tanquam colonum, & inprimis neceſſarium armentum occiderit. Ab huius pecoris celebritate pleraque ducta celebria nomina. Nam à multitudine & pulchritudine fœtuque vitulorum Italiam dictam tradunt, quòd è Sicilia Hercules perſecutus nobilem taurum, qui diceretur Italus. Hic ſocius hominum in ruſtico opere, Cererisque miniſter. Et magnis rebus à boum maieſtate nomen indiderunt βοῶπιν, βούλιμον, βούπεινα, βούσυχον appellantes, vnã quoque bumammã. Ac breuiter, in hoc pecus conuerti voluit Iupiter Europam adamatã.

De bobus.

Italiæ nomen.

Deni-

Denique è boue putrefacto naſci dulciſsimas apes mellis matres, vnde Græci βυγόνας appellant, vt Varro teſtatur. Idem huius pecoris genera ætatis 4. numerat: & primã vitulorum, ſecundam iuuencorum, tertiam boum nouellorum, quartam vetulorum. Diſcerni in prima vitulum & vitulã, in ſecũda iuuẽcũ, & iuuencã, & in tertia & quarta taurũ & vaccam. Quę ſterilis vacca, eã tauram vocari: quæ pregnans, hordam. Ab ea hordicalia Varro, Sex. Pompeius hordica appellat ſecta, quod tunc hordæ boues immolarentur. Hoc genus pro regionum diuerſitate variat. Commẽdati veteribus, Epirotici, Cãpani, Hetruſci. Noſtris in precio ſunt Pannonij, Burgũdiaci, Auernici, Phryſij, Dani vel Cymbrici, & Anglici vel Britãnici. Atque in bubulo genere aliud laboribus, aliud lacticinio, aliud ſaginæ vtilius, pleraque omnibus. In vniuerſum verò ſiue ad laborem, ſeu ad ſaginandum, mulgendúmue comparentur, nouelli probantur, & qui ætate ad fructus ferẽdos ſint integrę potius, quàm expertæ. Boues enim, inquit Varro, cùm emimus ſic ſtipulari ſolere: Illoſce boues, vel iuuencos ſanos rectè, deq; pecori ſano eſſe, noxisq; præſtari ſpondéſne? Paulò verboſius hæc, qui Manilij actiones ſequuntur: lanij, qui ad cultrum boue emunt,

Taura.
Horda.

Stipulatio in bobus emendis.

emunt, & qui ad altaria hostiæ sanitatem non solent stipulari. Et quanquam à virtute alij probentur, alij à corporis mole, communiter præstant in hoc pecore quadratis benè compactis, & integris membris, longo, amplo, densoq;, & benè costato corpore, nigricantibus cornib. etsi in colore non tanta sollicitudo, etiam si albos tanquam molles quidam vitent, quod & Varro fatetur, requiritque, vt sit latis frontibus, oculis magnis, & nigris, pilosis, hirtisque auribus, compressis malis subsimísue, gibberi spina leniter remissa, apertis naribus & resimis, labris subnigris, ceruicibus torosis, crassis, at lõgis palearibus à collo ad genua defluentibus, latis humeris, coriũ attactu non asperum ac durum, vtero capaci, cruribus cõpactis, neruosis ac rectis, breuiorib. potiùs quã longis, corporis videlicet mole deprimente, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se pedibus non latis neq; ingredientibus, qui displodãtur, pilo totius corporis denso ac breui, cauda longa & setosa.

Bouis forma.

Boues quo modo emendi.

Boues ad laborandum Palladius comparãdos suadet vtilius in Martio, cũ necdum nequeant fallaciam venditoris, & vitia sua cælare, neq; repugnãdo domituræ contumacem pleni roboris exercere fiduciam. Melius de vicinis cõparari, qui nulla soli,

aut

aut aeris varietate tenentur. Nam indigena peregrino præstat, & nec cœli, neq; aquæ, nec pabuli mutatione tentatur, aut, si hoc deest, de locis similibus ad similia transferentur. Et hoc non negligẽdum, vt viribus ad trahendũ comparentur æquales, ne valentioris robur alterius procuret exitium. Adde, vt sint mansueti, arguti, timẽtes hortamen clamoris ac verberis, qui nec ad põtes, aut flumina formidolosi, multi cibi appetẽtes, verũ in eo conficiẽdo lenti, nam hi melius concoquunt. In tauris & vaccis ferè easdẽ notas requirunt, neq; alio distat à castrato bonus taurus, nisi quòd huic tor ua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua, torosior ceruix & ita vasta, vt sit maxima portio corporis, vẽtre paulò substrictiore, q magis rectus, & ad ineũdas fœminas habilis sit. Taurꝰ ante admissurã herba, palea, aut fœno roborandus, atq; à fœminis secernendus. Ante solstitium nõ admittitur. Varro vsq; Lyræ exortum à vaccis secernit. Aristo. tamẽ vult tempore coitus cum vaccis pasci taurum. Vaccę quoq; ꝓbantur altissimæ formæ lõgæq;, maximis vteris frõtibus latissimis & patentibus, cornibus venustis ac leuibus, ac cætera ferè eadẽ in fœminis, quę & in maribus desiderantur, & præcipuè, vt sint nouellæ, quoniam cùm

Tauri forma.

Vaccarũ forma, ætas.

cùm exceſſerint duodecim annos fœtibus inutiliores habentur: durant tamẽ ſæpè pluribus, ſi paſtura diligens accedat & à morbis incolumes ſeruentur. Vetulæ lactis plus præbent, quam nouellæ, iuxta Ruſticorum prouerbium. Vetulas vaccas lac, gallinas nouellas oua vberius præbere. Rurſum minores trimis iniri non oportet: ſi antè tamẽ conceperint, partum earum amoueri oportet, ac per triduũ, ne laborent vbera exprimi, poſtea mulctra prohiberi. Plinius ſcribit anniculas ad fœcũditatẽ expeti, ſed eas nõ grandeſcere, ſicut in omni præmatura videmus admiſſura. Quotannis in hoc genere pecoris æquè atque in reliquis delectus habẽdus, vt vetuſtę, quæ vel gignere deſinunt, vel alioqui inutiles fœturæ, ſummoueantur, & vtique tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandæ, vel aratro domãdæ, quoniã laboris & operis nõ minus vt Colum. teſtatur, quàm iuuenci, propter vteri ſterilitatẽ patientes ſunt. At nos eas ſaginæ deſtinamus. Aetas è cornuum nodis aut circulis colligitur, quod Plin. quoque in capris notat. Tempus admiſſuræ idoneum alij exiſtimant veris medium: Palladius Iulio ſubmittendas vaccas, quod ſic decem menſium partus concludi poterit.

Prouerb. Ruſticum.

Tauræſterilis.

Aetas è cornibus.

Nam

Nam totidem mensibus partum gerit, vul- *Partus*
go dicitur, Vaccæ & Reginæ idem tempus *vaccæ.*
partus: quicquid ante genitum inutile, vt
Arist. tradit. Pluribus locis malunt 30. aut
40. diebus post solstitium admitti, vt ad
Martium atque Aprilem partum edāt. Qui
autem lacte indigent, ita fæturam dispen-
sant, vt omni tempore anni superſit alimen
tum, atq; à vere in brumam admittūt. Vno *Vacca v-*
nitu conceptus peragitur. Quod si fortè *no initu*
pererrauit vigesimo pòst die marē repetit *cōcipit.*
fœmina. Aiunt si ad dextram tauri descen- *Mas qua*
dunt, marem gignere, si ad sinistram fœmi- *ratione*
nam Græci asserunt si marē creari velis, sini- *gignatur.*
strum tauri testiculum ligandum; si fœmi
nā, dextrum. Varro tradit exemptis testicu
lis si statim admiseris cōcipere. Vni tauro
15. vaccas Columella sufficere asserit. Nos
existimauimus vicneis sufficere posse vnu
taurum, si talis, qualem descripsimus. Si pa
buli copia sit, quotānis possunt matres fœ
turæ submitti. Cauendū tamen, ne nimiū
laginentur, nā sic difficilius cōcipere cre
duntur. Sed & pabulum subtrahitur fœmi
nis circa tempus admissuræ, ne eas steriles
reddat nimia corporis obesitas, & tauris ad
jcitur, quo fortius ineant. Si vacca taurum
non admittit, scylle medullam cū aqua te-
rere oportet, & naturam oblinire. Sin au-

tem tauri segniores sint, serui caudã vrito teritoq;,& vino subactam pudendo ac pestibus tauri illinito, eoq; & in alijs animalibus vti licebit, vt Quintilius tradit. Elicitur & cupiditas odore genitaliũ admoto naribus, & reliquis, quæ in equorũ admissura annotauimus. Taurũ non sæpius, quã bis salire in die debere volunt aliqui: attamen sæpius etiã posse compertũ. Plerisq; locis tauros & verres bannales habent, vt sicut ille omnibus vaccis, ita hic omnib. suibus prostitutus sit. Tauros rubro colore efferari, pditum, quemadmodum elephantes albo, leones limis oculis aspicere. Vitulos editos alij fugere matres sinunt, ne tamẽ cũ matribus cubent, nam obteruntur, alij remouẽt ab vberibus, & lacte vel sero lactis atq; furfuribus, aut farinis iectis educant tantisper, dũ herba pascantur alióue pabulo. Ex his siue ad sobolẽ, siue ad laborem, seu denique ad saginam educare velis, herbidis pascuis opus est. Et quãquam è genere sint nobili & magno, tamen si pabulo destituantur, iustum incrementum non assument. Pabulum enim & genus, & incrementũ donare vulgò dicitur. Castrare Mago & veteres cẽsuere, dũ adhuc teneri, ꝙ nos quoq; obseruam⁹, idq; ferro. Et nos ferè verno, vel autũnali tẽpore trimestres aut circiter masculos

Bannales tauri & verres.

Pabulum & genus, & incrementum largitur.

culos testibus exectis castramus, fœmellis matrices secamus, vulneraq;, consuta recẽti butyro oblinimus. Columella non ferro, sed fissa ferula cõprimere testiculos & paulatim confringere, idque optimũ iudicat castrationis genus, quod teneræ ætati absque vulnere adhibetur. Nam vbi induruit melius bimus, quã anniculus castratur: idq; faciendum vel autumno luna decrescente, vitulumq; ad machinam deligare oportet, deinde prius quàm ferrum adhibeas duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus apprehendere testiũ neruos, ex quibus genitales dependent, quibus cõprehensis statim testes ferro resecare, & expressos ita rescindere, vt extrema pars eorum adhærens p̃dictis neruis relinquatur. Nã hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus, nec in totũ effœminatur, sed seruata forma maris generãdi vim deponit. Attamen si permittas à recẽti curatione inire fœminã, cõstat posse generare: sed id nõ permittẽdũ, ne ꝓfluuio sanguinis intereat. Vulnera sarmẽtitio cinere cũ argẽti spuma linẽda, abstinendũq; eo die ab humore, & exiguo cibo alendus. Sequẽti triduo velut æger frõdib. & defecto viridi pabulo alẽdus, phibẽdusq; multa potiõe. Placet etiã pice liquida & cinere cũ exiguo oleo vlcera ipsa p

Castratio vitulorũ.

triduum linire, quò citius cicatricem obdu
cant, & à muscis non infestentur. Vitulos
adhuc teneros assuescere oportet, vt se trá-
ctari manu, & ad præsepia religari patian-
tur, vt in domitura & laboris, & periculi m
nus sit. Verùm ante tertium annum, & pos
quintũ Colu. domari iuuécos vetat, quo-
niam illa ætas adhuc tenera, hæc prædura

Domandi disciplina.

Eos autem, qui de grege feri comprehen-
duntur, & cius formæ sunt ac notæ, quam
superius descripsimus, sic subigi conuenit.
Primum omnium spatiosum stabulum pra
paretur, vbi domitor facilè versari & vnde
digredi sine periculo possit. Ante stabuli
quoq; campus, vel spatium patens, vt pro
ducti liberum habeant excursum, ne paui-
di arboribus aut obiacentib. rebus implicé
tur, noxamque capiant. In stabulo sint am-
pla præsepia, supra quæ transuersi affere
in modum iugorum à terra septempedibus
elati configantur, ad quos religari possint
iuuenci. Deinde dies eligenda à tempesta-
tibus & impedimẽtis libera, qua capta du-
cantur ad stabulum, quorum si nimia feri-
tas fuerit, vno die ac nocte inter vircula ie-
iunijs mitigentur, atque mox blandis ap-
pellationibus, illecebrisque oblati pabul
non à latere, neque à tergo, sed à fronte ac-
cedat bubulcus admulcens nares & terga

per-

ertractet, mero subinde conspergés, hac-
amen cautione, ne aliquem calce cõtingat
ut cornu, quod vitium si primum sibi ces-
isse feliciter senserit obtinebit in poste-
um. Hinc mitigati os & palatũ salibus fri-
abis, & in gulã demittas præsulsi adipis li-
erales offas, & vini sextarios singulos cor
u infundente per fauces, quę res intra tri-
duum totius seuitiæ iram resoluet. Alij eos
nter se iungunt, & docent onera leuiora
entare. Et quod vtile est, si arationi paran-
ur, subacto prius solo exerceantur, vt no-
ius labor cõlla non quassęt. Expeditior ra-
io domandi, vt asperum bouem masueto
& valido boui coniungas, quo ostendente
acilè ad omnia cogetur officia. Si post do-
nituram decumbat in sulco, non afficia-
ur igne aut verbere, sed pedes ligentur vin
ulis, vt non possit progredi, stare, aut de-
asci, ita fame ac siti lassatus ignauiam de-
onit. Pabuli ratio huius pecoris varia pro egionum more. Si vbertas regionis viride pabulum subministrat, nihil eo melius. Sic-ioribus agris & maximè hybernis tempo-ibus ad præsepia hæc armenta alẽta, & pro oci conditione pabulum præbetur. Vbi ricia suppetũt, ea sunt optima in fascem al-igata, itẽ caules brassicarũ vnâ cum paleis

De pabulo bubuli armenti.

& fœno, vel ſtipula, vel ſtramine conciſis, atque aqua coctis præbentur hyeme. Alicubi ſolum ſtramen iam recens excuſſo frumento, & paleæ dãtur. Pluribus locis aqua macerati lupini vel cicerculæ, vel erui miſta paleis. Ad hæc vinacea cum folliculis, ac frõdes pãpineæ, vlmeę, fraxineæ, populeæ, iligneæ, ſed poſt æſtatẽ deficientib. cæteris poſſunt & ficulneæ probè dari, ſi ſit earum copia, aut ſi ſtringere arbores expediat, iligineæ vel querneæ. Boues citius ſaginari maximè herbidis paſcuis, & frumẽto, item rapis, pomis, radicibus. Optimè & boues, & vaccæ ſaginantur, ſi paſcua deſint, in ſtabulis data farina miſta paleis triticeis & rapis, aut excrementis cereuiſiarijs. Citius ſaginari lauatione aquę calidæ, & ſi quis inciſa cute ſpiritum in viſcera arũdine adigat, Plin. teſte. Item pingueſcere Sotion tradit, ſi redeuntibus à paſcuis prima die braſsicam conciſam acri aceto maceratam præbeas, deinde paleas excuſſas & furfuribus triticeis miſtas ad dies quinque aut ſex, ſequentibus diebus pabulum paulatim auxeris. Et hyeme quidem circa gallicinij horam nutries, dein circa diluculum. Aeſtate primũ ſub diluculum, ſecundum ad meridiem, ac deinde veſpere. Potus æſtate bis, mane tribus ante meridiem, & totidem à meridie

Boues quibus ſaginẽtur.

De aquãdo.

horis

horis. Hyeme ſemel tepida præbenda, quæ etiam fœturam adiuare putatur, vnde lacunæ vtiles, quibus aqua pluuia colligitur. Aquam non requirunt hæc armenta lympidam, cùm ſordida & diluta non offendat: tamen præſtiterit mundam præbere. Huic pecori hyeme aprica loca, æſtate frigida paranda, & montana maximè, quia frutetis & his internaſcẽte herba ſaturatur, quãuis circa riuos, & lætis paſcuis omnium optimè & ſaginãtur bubula pecora, vt diximus, & lac copioſius præbent. AEſtate ſub dio etiam nocte durare plurimis locis, in Britanniæ inſula etiam hybernare foris, conſtat, Quãquam enim frigus tolerare poſsit, ſepta tamen fieri conuenit propter iniuriam grauidarum laxiora. Conſtituanturque ſtabula loco ſicco, vel lapide, vel glareis, aut arena conſtrata, illa quòd imbres reſpuant, hæc quod celeritur ſorbeant tranſmittantque. Sed vtraq; deuexa aliquatenus, vt humor, ſi incidat, poſsit defluere & elabi, ne fundamenta parietum, vel vngulæ pedum corrumpantur. Obuertantur autem parti meridianæ, & vt facilè ſiccentur, & frigidis ventis non ſint obnoxia, interim tamen, ne egeant ſeptentrionis & orientis luminibus, quæ, vt de equilibus dictum, hyeme

Bubulo pecori paſcẽdo idonea loca.

Bubilia.

clausa, æstate patefacta refrigerent, ac breuiter, si fieri possit, vt neque frigore, neque calore infestentur, & ab humore suspensa sint. Columella duplicia bubilia vult fieri, æstiua & hyberna: & illa quidem sine tecto, parietibus altis circumsepta, in quibus sine violentia ferarum, conquiescant. Lata esse oportet bubilia pedes ad minimum octo, vt simul ad procumbendum sit capacitas, ne in angustijs conceptum altera alterius, elidat, & vt inualida robustioris ictus euitet, & bubulcis atque iugarijs ad circumeundum laxa ministeria præbeat. Vitruuius bubilia ad focum & orientis cœli regionem spectare vult ideò, quòd boues lumẽ & ignem spectando minus horridi & mansuetiores fiant. Ignis autem beneficio naturali pecori amicus, siue quòd inutilis & pestifer humor discutitur et exudat, siue quòd conceptum è pastu aut opere frigus expellitur, flammarumque halitu interna curari existimant. Stabula distinctis præsepibus, falistis, longurijsque dirimantur. Præsepia non altius edita esse conuenit quàm vt bubulum pecus sine incommodo stans vesci queat: & ne à vicino pabulum diripiatur, ab vtraque parte singulis pecoribus præsepia clauduntur. Cannabeis funibus alligantur, ne se mutuò lædant: Cato clatratas falisicas habere

Stabula bubilia.

Præsepia.

habere vult. Cæterùm parum proderit benè pascere, nisi præstetur, vt sint salubri corpore, roburque conseruent. Quare siue in pascuis seu stabulis continẽtur, subinde cõsiderandaiumenta & pecora, atque etiam nocturna cura nequaquam negligenda, præsertim si fœtæ: quanquam semper & quotidiè diluculo & sub vesperam in pascuis visenda, tamẽ id maximè necessarium, cùm & recenter in pascua verna emittuntur: nam tum facilè è dietæ mutatione noxam contrahũt tam boues, quàm vaccæ atque iuuenci. Hyeme quoque diligens cura adhibenda, ne tam impensę vberioris pabuli vitentur, quàm ratio potius habenda iacturæ pereuntium animalium. Proinde in stabulis non parcendum stramentis, præsertim cum ab opere boues disiunguntur, substrictos confricare manibus dorsumq; comprimere, & pellem reuellere proderit. Cùm de via, aut à pastu redeunt, priusquam ad bouile deducantur, aqua pedes diluendi, ne inhærentes corpori sordes vlcera gignant, vel vngulas reddant molliores. Hyeme frigus cùm primis arcendum perinde, atque æstate accersenda pura aura, nẽpe vt interdiu non desit vmbra, noctu sub dio stent. Vtroque enim & frigore immoderato, & æstu morbos contrahunt.

Sanitatis bubuli pecoris cura.

Boues in cursum concitare, maximè æstate, nequaquam conuenit: nam is motus facilè febrium occasionem præbet, aut aluum citam reddit. Cauendum, ne sues, aut gallinę ad præsepia perueniant, vtraque enim immunditia sua perniciem afferunt. Sus ægra quod egerit, pestilentiam creare solet. Mortua quoque cadauera procul amouenda & altissimè obruenda, ne sana corpora contagio lædantur. Cùm verò pestilentia gregem corripuerit, continuò mutandus cœli status, & in plures partes distributo pecore, longisque regionibus segregandi incolumes à morbidis, ne cõtagio sanos corripiat, imprimis arcendi cõmunibus aquis, atque stabulis. Pestilentia commune vocabulũ, sed plures habet species. Alijs humor per os ac nares effluit: alijs siccitas, & animal indies magis atque magis macescit. Est articularis, quãdo vel plurib. vel posteriorib. claudicat. Subrenalis, à posteriorib. debilitas apparet, quia lũbi dolere credũtur. Farciminosis, quoties p totũ corpus tubercula ostentantur, & rursus euanescentia alio loco erumpunt. Subtercutaneus, quando humor in diuersis corporis partib. exudat. Elephantiasis, cùm velut scabies minutæ cicatrices in corio instar lenticulæ apparent. Est mania, cùm sensu priuantur, vt nec

Pestilentia vnde.

Pestilẽtiæ varietas in animalibus.

nec videant, nec audiant, vti consueuerint, etiamsi hilares, & nitidi sint. Atque hi morbi omnes contagione serpunt. Quare laborare incipiens pecus continuò segregandũ, ne alijs periculum generet, & negligentia (vt à stultis solet) diuinæ imputetur offensę. Propulsandi autem morbi, quantumuis pestiferi, accuratissimis remedijs. Commune remedium Colum. tradit, panacis & eryngij radices seminibus fœniculi miscendas, & cum defruti ac moliti tritici farina feruentique aqua conspergendas, eoque medicamine saliuandum pecus. Vulgo ægrotanti vel bubulo, vel equino, alijsque ferè omnibus pecoribus adhibetur radiculæ vsus, quam consiliginem vocant, eam bubulo pecori palearibus, equino pectori, suibus atque ouibus auriculæ, facto prius subula foramine, emissoque sanguine, inserunt, donec pars, quæ subula circumscripta est, excidat, quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, vt elabi nequeat, eò omnis vis morbi, pestilensque virus elicitur, & vbi iam satis collectus saniei tumor, radicula eximitur, vel sponte excidit. Suffimenta quoque plurimum iuuant à Vegetio tradita, sulphur, bitumen, allium, origanum, semen coriandri, carbonibus insperſa & cooperta boum

Cõmunia remedia.

Radicula.

Consiligo.

Suffimẽta

boum superva, in quo sufhimenta incenduntur diutius contenta, vt fumus os eorũ capiat ac nares impleat atq; ita ad cerebrũ & interna salubri remedio penetret. Prodesit etiam totum corpus sufhimentare, quò & pernicies tollatur & cætera pecora contagio non lædantur. Cruditatis signa sunt crebri ructus ac ventris sonitus, fastidium cibi, neruorum intentio, hebetes oculi, propter quæ bos neq; ruminat, neque lingua se detergit. Remedio erũt aquæ calidę duo congij & mox triginta brassicæ caules modicè cocti & ex aceto dati, sed vno die abstinendum alio cibo. Si neglecta cruditas, & inflatio ventris & intestinorum maior dolor insequitur, qui nec capere cibos finit, gemitus exprimit, locoque stare non patitur. Remedium est, proximam clunib. caudæ partem vinculo vehementius obstringere viniq; sextarium cũ olei hemina faucibus infundere, atque ita citatum per mille quingentos passus agere. Si dolor manet, vngulas circumsecare, & manu vncta per anum inserta fimum extrahere, rursumq; agere currentem. Sunt, qui cauda quatuor digitis ab ano percussa vena sanguinem emittendum censent, qui cùm satis effluxerit, papyri ligamine inhibetur. Est morbus, qui Lupus vocatur, Der Vvolf ger ma-

Cruditatis remedium

Ventris inflatio.

Venain cauda secanda.

Lupus morbus.

manis: Indiciũ in caudę extremitate ossicu lo se exercente, quo inciso, salem & fuligi-nem indere solent atque obligare. Ventris & intestinorum dolor sedatur, si anseres natantes, & maximè anates aspexerit, vt su-prà quoque de equino pecore dictum. Si-quidem anas conspectu sui id genus peco-ris sanare Columel. & Vegetius tradunt.

Torminæ quo curen tur.

Torminum signum cruenta & muccosa vẽ tris proluuies. Remedio est, vt à potu pecus prohibeatur triduo & primo die etiam à ci-bo. Item, vinaceorum duæ libræ torrefactę & cum totidem sextarijs vini austeri præbe-antur, omniq́, alio humore abstinendum, danturque lentisci & oleastri cacumina. Quod si neque ventris restiterit citata pro-luuies, neq; intestinorum dolor, & si sępi-us quã consueuit oculi lachrymẽt, & pitui-ta naribus profluat, frons vsque ad ossa v-ratur, auresq́; ferro scindantur. Vulnera dum sanescũt, bubula vrina defricari cõue nit. At ferro rescissa melius pice & oleo cu-rantur. Tussis boum non minus, quàm e-quorum curanda, quæ si recens fuerit, sex-tarius farinæ hordeaceæ cum vno ouo cru-do & hemina passi per os datur ieiuno: gra num quoque concisum tunsumq́; admi-xta farina, fabę frixę & pollinis lentis sexta-rio aquæ calidæ miscetur, agitataq́; diligẽ-

Aduersus tussim.

ter

ter per os infunditur. Columella etiam gramina conciſa & his admiſtam freſam fabam dari vult: lentes quoq; exemptas valuulis molitas minutè, atq; quæ miſtas. Veterē tuſsim duæ libræ hyſſopi maceratæ ex aqua ſextarijs tribus, quod infuſum teritur, & cum duabus partibus farinæ miſcetur & ſuper os datur, per ꝙ aqua hyſſopi decocti propinatur per cornu. Itē eruum cum ptiſana hordei ſi in pabulis molitum & cum aqua tepida vel mulſa in fauces ſaliuanti ori infundatur. Cùm pulmones exulcerantur atque inde tuſsis ac macies & ad vltimum phthiſis, quæ ne mortem afferant, radix coryli inuſta perforatæ auriculę inſeritur, tum porri ſuccus inſtar heminæ pari olei mēſuræ miſcetur, & cum vini ſextario potandus datur diebus compluribus.

Febris indicia.

Febricitantis indicium manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compreſsi, fluidum ſaliuis os, ex venarum inquietudine, & calore totius corporis intelligitur. Conuenit die vno abſtinere cibo, poſtero die exiguum ſanguinem ieiuno ſub cauda emitti, atque interpoſita hora modicæ magnitudinis coctos braſsicæ colliculos triginta ex oleo & garo ſaliuanti ori demitti, eamque eſcam per dies quinque ieiuno dari. Præterea cacumina lentium vel oleæ, vel

tenerri-

tenerrimã quamque frondem, aut pampinos vitis obijci, labra quoque detergenda ſpongia & aquam frigidã ter quotidiè prę-beri potandam. Sanguis demiſſus in pedes claudicationem afferre Vegetius prodit. Quod cũ accidit ſtatim vngula inſpicitur, tactus autem feruorẽ demonſtrat, nec bos vitiatam partem vehementius premi patitur. At ſi ſanguis adhuc ſupra vngulas in cruribus eſt, fricatione aſsidua diſcutitur, vel, cùm ea nihil profuit, ſcarificatione adimitur: quod ſi in vngulis iam eſt, inter duos vngues cultello leniter aperies, poſtea linamenta ſale atque aceto imbuta applicẽtur, ac ſolea ſpartea pes induitur, maximeque danda opera, ne in aquam pedem mittat, & vt ſiccè ſtabuletur. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit, qui ſi ſuppurauerit, tardè procurabitur: ac primò ferro circumciſus & expurgatus, deinde pannis aceto & ſale & oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere & ſeuo hircino pari pondere decoctis ad ſanitatem producitur. Si ſanguis in inferiori parte vngulæ eſt, extrema pars ipſius vnguis ad viuum reſecatur, & ita emittitur ac linamentis pes inuolutus ſpartea munitur. Mediam vngulam ab inferiore parte non expedit aperire, niſi eo loco

Claudicationis remedia.

Neruorũ doloris remedia.

loco iam ſuppuratio facta eſt. Si dolore neruorum claudicat, olea & ſale genua poplitesque & crura confricanda ſunt donec ſanetur. Si genua intumuerunt, calido aceto confouenda ſunt, & lini ſemen detritum aut milium detritum compreſſumq; aqua mulſa imponendum. Spongiæ quoque feruenti aquæ imbutæ & expreſſæ atque melle litæ rectè genibus applicantur, ac faſcijs circundantur. Si tumori ſubeſt aliquis humor, fermentum vel farina hordeacea ex paſſo aut aqua mulſa decocta imponitur, &

Suppurationis cura.

cùm maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro, eaque emiſſa, vt ſuprà dictum, linamentis curatur. Omnis ferè dolor corporis, ſi

Fomentorum ratio.

ſine vulnere eſt, recens melius fomẽtis diſcutitur. Vetus vritur, & ſupra vſtum, butyrum, vel caprinus inſtillatur adeps. Si talum

Vſtionis cura.

aut vngulam leſerit, picem duram & axungiam cum ſulfure & lana ſuccida inuolutã

Tali laſi et vngulæ cura.

candente ferro ſupra vulnus inurito. Eadẽ cura, ſi ſurculum, ſpinam, aut acutum aliqd calcauerit, vel lapide vngulam pertuderit, eo ſi quid inheſerit, exempto, aut, ſi altius vulneratum, latius ferro circumciditur atque ita inuritur, vt ſuprà monuimus. Si vbera intumeſcant, cereuiſia veteri incocta hedera confouenda ſunt, & fauis ac camomilla fumiganda. Subtriti pedes eluuntur calefacta

acta vrina bubula, de inde fasce sarmentum incenso & cùm iam ignis in fauillam ecidit, feruentibus cineribus cogatur instere, ac pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius linantur. Minus claudicant, si opere disiunctis multa frigida laentur pedes, & deinde suffragines coroæ, ac discrimen ipsum, quo diuisa est bois vngula, vetere axungia defricetur: Scaies extenuatur trito alio defricto, eodēue remedio curatur rabiosi canis morsus, quem & impositio vulneri vetere salsamento sanari tradit Columella. Scabiei quoque nederi cunilā & sulfur contrita, admistoque oleo atque aqua & aceto incocta, atq; ost tepefactis tritum alumen insperſum, dque medicamentum candente sole illitū rodesse inprimis. Alij vrinam bubulam cū utyro illinunt. Sunt qui resinam ac picem iquidam cum vino cataplasmatum modo mponunt. Coriago, cùm pellis tergori ita dhęret, vt prehensa deduci non queat à ostis. Ea contingit, si sudans ex labore rerixerit, aut si sub onere pluuia madefactus, ut ax lāguore ad maciem perductus. Quæ quia pernicioſa sunt, prospiciendum, vt cū b opere redierint & adhuc æstuantes anelantesque vino aspergantur, & offæ adis faucibus inserātur. Quod si vitium hoc

Pedū subtritorum cura.

Scabiei cura.

Canis rabidi morsus remedia.

Coriaginis cura.

sentiatur inhærere, proderit decoquere laurum, & ea calida fouere terga, multoq; oleo & vino confestim subigere ac per omnes partes apphendere & attrahere pelle. Idque optimè fit subdio, sole feruente. S

Sanguini sistendo.

percussa vena, sanguinis fluxus reprimi n possit, remediũ est stercus ipsius animali super impositum fluentibus venis. Com munis ad omnes morbos à Vegetio tradi tur potio ista: Radix scyllæ, radix populi, Græcè Rhamnos dicitur, & sales commu nes quantũ sufficit, mittẽtur in aqua, cam que animalibus vsq; ad sanitatem dabis i potu: atque ea ineunte vere per 14. dies cõ tinuos in potu data facilè omnes morbo

De Bubalis.

repellunt. Bubali, quos vulgus Buffalos v

Bisontes.

cat, Plin. bisontes esse contendit, in Italia maximè vltra Appenninũ frequẽtes, è fe rarum atque syluestrium genere, ob ferita tem annulo ferreo per nares traiecto tra ctantur, colore nigro, corpore vasto, cru ribus compactis, robustis ac breuibus, si re liquorũ membrorum proportionẽ cont pleris, cornib. magnis & vallicosis nigris que, pilis minutis, cauda exigua, plaustri trahendis, alijsq; operibus, perinde atq; b um, illic vsus. E lacte eius animalis casei cõ ficiũtur, qui Romæ, & alijs locis in precio hos maximi cibi esse scribit Columella, &

qu

qui difficilimè tranſeãt ſumpti. Hęc ſunt, q̃ de mei pecoris adminiſtratione dicenda, ꝑ meo ſymbolo afferenda duxi. Iã tibi Hedio lãpada trado. HEDIO. Poſt minores quadrupedes ouilis pecoris prȩcipuã rationem eſſe, nemo negabit, imò quæ prima ſit, ſi ad vtilitatis magnitudinẽ reſpicias. Nã vt boues ſumptum hominum excolunt, teſtante Plinio, ita huic pecori corporis tutela debetur. Siquidẽ oues ſimul & corporib. noſtris veſtem præbent, & lactis vbertate carnisq́; optimę dapes ſubminiſtrãt, quod expreſsit de Pythagoricis Poeta: *De ouib.*

Inquẽtuendos
Natum homines, (pecus) pleno quæ fertis in vbere nectar,
Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis, vitaquẽ magis, quàm morte iuuatis. *Ouid. Metamorph. lib. 15.*

Ouium genera plura. Nã pinguis & cãpeſtris ager proceras alit, gracilis & collinus quadratas, ſylueſtris & montoſus puſillas. Mileſias, Appulas, Calabrasq́; Veteres commendarunt, earumq́; optimas Tarentinas, inde Parmenſes, & Mutinẽſes. Nũc vellere præſtantiſsimo habentur Britannicæ, & ad Rhenum Germanicæ, atque Gallicæ. Varro cenſet prius ętatis rationẽ habendã oues comparaturo, vt neq; vetulæ neq; merę agnę ſint: ꝑ alteræ iam nondũ, alterę iã non *Ouium genera.*

Oues quæ ætate ac forma cõparandæ.

possunt dare fructum, sed ea melior ætas quam sequitur spes, quàm ea, quam mors. Bimæ igitur eligendæ, quæ trimatum excesserint, reijciendæ. Aetas in dentibus cognoscitur: nam vetulis ambesi. Deinde ouē quærendam amplo corpore, lana multa & molli, villis altis ac dēsis toto corpore, maximè circum ceruicem & collum, ventrem quoque vt habeat lanosum, (Itaque, quæ collo ac ventre non sunt pilosæ, maiores apicas vocarunt, vt Varro ling. lat. lib. 2. c. 2. easq; reijciebant) ceruice prolixa, ampli veteri, cruribus humilibus quanquam Britanicæ sint altioribus caudæ alibi breues, alibi prolixę & ad prodigium amplæ. Nam in Arabia alias cubitali longitudine sed latas, alias non minus tribus cubitis, vt Herodo. scribit, & Aelianus astipulatur, quas alligare oporteat à pastoribus, ne vulnerētur per terram tractæ. In Aegypto ad viginti & amplius libras veruecis caudam pendere proditum. Arietes cornibus intortis & ad rostrum pronis, licet alibi sint mutili non improbi, sed etiam præstantiores, intortis autem potius, quàm surrectis. Quibusdam regionibus, vbi status cæli, vuidus ventosusque, capri & arietes optantur amplissimis cornibus, quòd ea porrecta maximā capitis partem à tempestate defendant. Itaque atro-

Caudæ ouium miræ magnitudinis.

Arietes quales cō-parandi.

atrociore hyeme cornutos, clementiore mutilos probant mares. Accedit hoc incõmodum, cùm se sciat armatum, frequentius in pugnã procurrit, & in fœminas quoque procacior. Et riualem, quamuis solus non sufficiat, violẽtissimè prosequitur, nec ab alio tempestiuum patitur iniri gregem, nisi cùm est fatigatus libidine. Mutilus autem mitior, cùm se exarmatum intelligat. Quare pastores petulci sæuitiam cohibentes tabulam pedalem çonfigunt aculeis, & aduersam fronti cornibus religant, ea res prohibet à rixa, cùm suo ictu ipsum se sauciet. Aliqui tradunt, terebra secundum auriculas foratis cornibus qua curuantur inflexu, pugnacem mitigari. Et rursum alibi fœmellæ quoque cornutæ. Sit igitur aries cauis oculis, auribus amplis, pectore & scapulis ac clunibus latis, testibus amplis, cauda lata longaque. Animaduertẽdum quoque lingua ne sit nigra aut varia, quòd ferè quæ talem habeant, nigros aut varios procreãt agnos. Idque Vergilius notauit:

Illum autem, (quamuis aries sit cãdidus ipse)
Nigra subest ydo tantum cui lingua palato,
Reïce, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum.

Oues non nisi lauatas & intonsas comparandas, quo melius coloris vnitas appareat. Color albus cum sit optimus,

mus,tum etiam vtiliſs. ꝙ ex eo alij plurimi fiant colores,neque hic ex alio. Tametſi nõ deſit precium apud quoſdam fuſco & pullo,atq; etiam rutilo, quem vocant ἐρυθρὸν. Canã comam improbabis, quòd ſit incerti coloris. Ex India & Africa afferuntur oues velleris hirſutiſs. A progenie animaduertitur,ſi agnos procreant formoſos. In emptionib. vt Varro tradidit,eo iure vtuntur, quod leges præſcribunt,in quibus alij plura,alij pauciora excipiunt. Quidam precio facto in ſingulas oues, & agni chordi .i. ſerotini,duo pro vna oue annumerentur,&, ſi cui vetuſtate dentes absũt, item binę pro ſingulis vt prodãt. De reliquo antiqua formula vſurpatur. Nam cùm emptor dixit, Tanti ſunt mihi emptæ? & ille reſpondet, ſunt,& ex prõpſit nummos, emptor ſtipulatur priſca formula ſic: Illaſce oues, qua de re agitur, ſanas rectè eſſe, ſicut ouillum pecus, quod rectè ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam. i. ventre glabro, Varrone teſte,neque de pecore morboſę eſſe,habereq; rectè licere, hęc ſic rectè fieri ſpõdes? Nec,cum id factum eſt, tamen grex dominum non mutat,niſi ſit æs annumeratum. Nec non emptor poteſt ex empto vendito rem damnare,ſi nõ tradat,cum is non ſoluerit nũmos,vt ille emptorẽ ſimili iudicio, ſi non

Formula emptionis ouium.

Minæ.

si non reddidit precium. In Martio maximè comparandæ oues, & q̃ hyeme durauerint pastorũ animaduertit disciplina. Qui oues alere vult, hic necesse habet, vt agri conditionem metiatur, proque illius amplitudine & natura greges instituat. Nec satis, est si camporum spatia suppetant æstiuis pastionibus, verùm etiam hybernis pabulis sufficiat, oportet. Larga enim præbenda sunt alimenta, præstatque exiguũ numerum benè alere (id ꝙ plus quoque emolumenti domino reddet) quàm maximum gregem pabuli inopia laborantem. Florentinus tradit, numerum imparem esse debere, vt qui naturalem quandam vim ad gregis salutem ac durabilitatem habere credatur. Sed hæc superstitiosa, sicut alia pleraque, apud Ethnicos reperiuntur. Quotannis delectus faciendus, & in demortuarum ac vitiosarum locum totidem vel plures substituendæ. Nec committi debet, vt totus grex effœtus senectute dominum destituat. Sæpè frigorum atque hyemis sæuitia pastorẽ decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore autumni ratus adhuc esse tolerabiles, non summouerat. Quare Columella existimat non minori quadrimæ, neque ei, quæ excesit annos octo prolem submittendam esse, tum quod neutra ætas ad

Oues quãdo comparanda.

Numerus ouium alẽdarum.

ætas ad æducandum idonea, tum etiã qui a quod ex vetere materia generatur, plerunque congeneratum parentis seniam refert, & vel sterile est, vel imbecillum. A bimatu fœminas maritandas, iuuenemque haberi quinquennem, post annum septimum fatiscere idem paulò antè dixit. Plerisque à bimatu ad nouenos annos generationem in vtroque sexu durare compertum. Ante bimatum neque fœminam, neque arietẽ conuenit admittere, etsi plurimis locis etiã anniculæ generent. Deterretur à saliendo aries fiscellis & iunco aliáue re alligatis naturæ matrum. Commodius seruantur, si secretas pascas. Sed plerunque sine discretione permittuntur coire, Arietes, quibus vsurus ad fœturam, bimestri tempore segregãdos, & largiori pabulo explendos, aliqui volũt, vt firmiores facti ad fœminas admittantur. At nostrates ferè semper in grege compascuntur. Validiores fieri, si pabulo cepe aut polygo non herba admisceatur. Vetulas magis prosequuntur, quàm nouellas, quòd facilius vincũtur: & ipsos arietes in senecta meliores vtilioresque. Dextro teste preliga tofœminas, leuo mares generari. Aquilonis quoque afflatu mares concipi, Austri fœminas. Sufficere vnum arietem quinquaginta matribus Didymus tradit. Vbi omnes conceperint,

Aetas generandi.

Mas aut fœmina vt generetur.

ceperint, iterum ſegregandos arietes quidã præcipiunt. Nam prægnantibus nocere putantur. Quamdiu admiſſura durat eadem aqua vtendũ Varro & Plinius tradiderunt, quòd commutatio & lanam faciat variam & vterum corrumpat. Notum eſt ſtratagema Iacobi Patriarchæ ad varias oues producendas. Tempus optimum admiſſurę ab Arcturi occaſu ad Aquilæ occaſum, vt Varro & Columella ſcriptum reliquerunt, & Plinius interpretatur à tertio Idus Maij ad 13. Calen. Auguſti. Alij tempus admiſſuræ per totum annum diſponunt. Multi hybernos agnos præferunt vernis, ſolumque hoc animal vtiliter bruma naſci. Nam alicubi ſępius anno pariunt. Tonitru ſolitarijs ouib. abortus inferunt, quare conuenit eas congregare, vt cœtu iuuentur. Gerunt partum diebus 150, vel quinque menſes, poſteà cõcepti inualidi: Cordos vocabãt antiqui poſt id tempus natos. Plurimum pariunt ſingulos, ſæpè tamen geminos atque tergeminos, ſi bono pabulo & ſaturæ paſcantur. Compertum in Menapijs quinas matres vicenos produxiſſe eodem anno agnos. Incredibile fortè quibuſdam, & tamen probabile, cùm bis anno pariãt, & plerunque geminos, interdum tergeminos. Partus verò pecoris non ſecus, quàm obſtetricũ more cuſto-

Arcturi occaſus.

Admiſſuræ tempus.

Partus tẽpus.

Cordi.

Fœcũditas ouium.

re cuſtodiri oportet. Neq; enim aliter hoc animal, quã muliebris ſexus enititur. Sæpiusq; etiam, quantò eſt omnis rationis ignarum, laborat in partu. Quare conuenit opilionem veterinariæ medicinę peritum eſſe, vt ſi res exigat, vel integrum conceptum, cùm trãſuerſus hæret locis genitalibus extrahat, vel ferro diuiſum citra matris perniciem partũ educat. Agnus aũt vbi eſt editus erigi debet, atque vberibus admoueri, tum etiam eius deductũ os p̃ſis humectare papillis, vt cõdiſcat maternũ trahere alimẽtũ. Sed prius, quã hoc fiat, exiguũ emulgẽdũ eſt, q̃ coloſtram vocãt, de qua infrà. Nã ea, niſi aliquatenus amittitur, agno nocet. Si matrẽ amittat, per cornu lac datur, vt adoleſcat. Si ad matris mãmam nõ accedat, admouere oportet, & agni labra butyro, aut adipe ſuillo vngenda, & olfacere labra lacte. Cùm nati fuerint agni, cum matribus ſeorſum clauduntur, vt ſimul & hę partum foueant, & illi matrem agnoſcere condiſcant: poſtea laſciuientes cum comparibus virga ſegregantur area: Vel, vt Varro ſcribit, cùm decem dies præterierint, palos figunt, quibus eos alligent, re aliqua leui, ne membra delibent, neúe nimia exultatione puerili maceſcant. Teneriores à valentioribus ſemouendi, ne ab his opprimantur,

Agnorum educatio.

Coloſtra.

ac primũ manè, antequam in pascua procedat grex, atque vesperi saturis admouẽdi matribus agni, & cùm firmi esse cœperint, intra stabulũ, trifolio, ac modica, herbaque tenera, aut etiam furfuribus atque farina alendi: postea vbi validiusculi fiunt, in vicina aprica loca circa meridiem vnà cum matribus emittendi. Interea matres non mulgendas, quòd & lanæ plus ferant, & agnos plures. Cùm depulsi sunt agni à matribus, diligentia adhibenda, ne desiderio contabescant. Itaque deliniendi in nutricatu pabuli bonitate, & à frigore & æstu, ne quid laborent, curandum. Cùm obliuioñe iam lactis non desiderãt matres, tum deniq; compellendos in gregem. Pluribus tamen locis permittuntur agni vnâ cũ matrib. in ipso grege cõpasci, & agnos fugere matres ad messem, vsq; dũ matres ipsæ agnos repellunt atq; ablactant. Castrãdos agnos non minores quinque mensiũ, neque antè, quàm calores & frigora se exegerint, ex VARRONIS sententia. Verùm experientia docet, quò citius, hoc melius succedere castraturam. Nam in adultioribus periculosior est, sicut & in alijs animalibus castratis. Quos arietes submittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quæ geminos parere solent. Pabulum ouium

De castratione.

Geminos parientis eligendi mares.

Ouium pabulum.

ouium optimum herbæ, quæ aratro proſciſſæ aruis naſcuntur. Deinde quæ pratis vligine carentibus. Paluſtres maximè vitandæ, & quæ iuxta ſtagna ac paludes. Sylueſtria loca propter lanæ iacturam, incommoda, &, præter hoc, ſentes etiam corpora vulnerant. Pinguis & cãpeſtris ſitus proceras, vt paulò antè quoq; dictum, oues tolerat, collinus quadratas, ſylueſtris & montoſus exiguas, pratis planisque noualibus tectum pecus commodiſsimè paſcitur. Idque non ſolum generibus, ſed etiam coloribus plurimum refert. Breuiter, quò gramina teneriora, hoc magis ouillo pecori cõueniunt. Nulla tamen tam blãda pabula, aut paſcua, quorum gratia non exoleſcat vſu cõtinuo, niſi pecudũ faſtidio paſtor occurrerit præbito ſale, quod velut ad pabuli condimentum per æſtatem canalibus ligneis impoſitum, cùm è paſtu redierint, oues lambunt, atque eo ſapore cupidinem bibendi paſcẽdique concipiunt. Nam cùm potu potiſsimum pingueſcant oues, vt Ariſt. tradit, æſtate ſalem dari die quinto ſingulis centenis ſingulos modios. Sic enim pecus incolume & pinguius reddi & vberius lac põbere. Porrò contra hybernam penuriam ſuccurritur obiectis per præſepia intra tectũ cibis. Aluntur autem commodiſsimè regionib. calidio

Tectæ oues.

Sale oues reficiũtur.

calidioribus repoſitis vlmeis, vel è fraxino frõdibus, vel autũnali fœnõ, ꝙ mollius eſt, & obid iucundius, quàm maturum. Cythiſo quoque & ſatiua vicia paſcuntur. Vbi tamen cætera defecerint ex piſis excuſsis, ac leguminibus aluntur, triticiq́ue ſtramina, & paleæ præbẽtur. Nã per ſe frumentum ac legumina cum ſuis valuulis ſumptuoſius eſt, quàm vt quiuis ſuppeditare poſsit, tamẽ auenæ alijsque frumentis ſi ſuppetat copia, & res poſtulet, nequaquam parcẽdum.

Quanta diligentia hoc pecus paſcendum, declarat Virgilius Latinorum Poetarum princeps, qui etiam tempora paſcẽdi, & ad aquam ducendi non negligenda putauit:

At verò Zephyris cùm læta vocantibus æſtas,
In ſaltus vtrunque gregem atque in paſcua mittes,
Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde vbi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.

Medio autem die ad vallem, vt idem canit mox ſubdens:

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendit ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubat vmbra.

Rurſus

Rursus deinde mitigatæ vapore cogentur ad aquam, etiã per æstatem id faciẽdum, atque iterum ad pascua perduceudũ,

Solis ad occasum, cùm frigidus aera vesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida Luna.

Pascẽdarum. ouiũ cura.

Varro pastiones temporibus distingui scribit in Appulia, vt æstate prima luce exeant in pastum & tum herba roscida meridianã, quæ est aridior, iucũditate superet, Sole exorto propelli, vt redintegrantes rursũ ad pastũ alacriores fiant. Circiter meridianos æstus dum deferuescunt, sub imbriferas rupes & arbores patulas subijci, quoad refrigerato aere vespertino rursus pascant ad solis occasum, atque ita agendum, vt auersum sit soli caput: nam caput illi molle. Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendum appellant & rursus pascunt quoad cõtenebrauit: iterum enim tunc in herba iucunditas. Hæc ab Vergiliarum & Caniculæ exortu ad æquinoctium autumnale obseruari. Idem Columella & Plinius docent, per emersum caniculæ sidus, vt ante meridiem grex in occidentem spectans agatur, & in eam partem progrediatur, post meridiem in orientem. Quibus in locis messes sunt factæ, interest duplici de causa, quòd & caduca spica saturantur, & obtritis stramentis & stercoratione faciunt in

unt in futurum annum ſegetes meliores: attamen noſtris non placet ouem ſpicas legere. Reliquæ paſtiones hyberno ac verno tempore hoc mutant, quòd pruina iam exhalata propellunt in pabulum & paſcunt diem totum, ac meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habere exiſtimant. Noſtratibus obſeruatur, neque ante exorientem ſolem, neque poſt occaſum paſci oues foris æſtate, propter roris noxiam, hyeme non perinde nocentem. Hyeme & verè matutinis temporibus intra ſepta continendæ tãtiſper, dum dies aruis gelicidia detrahat. Nam pruinoſam illis diebus herbam pecudi grauedinem creare, ventremq; proluere. Quare frigidis, humidisque temporibus anni ſemel duntaxat ei poteſtatẽ aquæ faciendam eſſe. Tumque gregis cuſtodem circumſpectũ eſſe oportet, id q̃ omnibus omnium quadrupedum paſtoribus præcipitur, vt clementia vtatur, & ſibilis, fiſtulis cantuque oblectet. Nam Muſica delectari id genus pecorum, eoque non minus, quàm paſcuis pingueſcere Arabes exiſtimant, vt ſcribit Aelianus. Sicque moderetur, vt in cogendis, recipiendisque acclamatione, atque baculo minetur, nec vnquã telũ in eas emittat. Neque ab ipſis lõgius recedat, nec aut recubet, aut cõſidat. Nã niſi

Spicas oues legere non conuenit.

Paſtoris in paſcendo cura.

Muſica oues delectari.

nisi procedit, stare debet, quoniam grex
quidem custodis officium, sublimẽ, celsiss
mamque oculorum veluti speculam desi
derat, vt neque tardiores & grauidas dum
ejiciuntur, neque agiles & fœtas dum
procurrũt, separari à cæteris sinat néue fur
aut bestia hallucinantem pastorem deci
piat. De pastionibus abũdè: de stabulis iam
addendum. Nam eorum magna ratio hab
da, vt sint loco idoneo, nec ventoso, quæq
spectent ad orientem magis, quàm ad me
ridiem. Columella humilia postulat, & in
longitudinem potius, quàm in latitudinem
porrecta, vt hyeme calida sint, nec angusti
fœtus oblidant, & poni vult ad meridianam
plagam, nam pecus hoc & si est vestitissi
mum, frigoris tamen impatiẽtissimum, nec
minus æstiui vaporis. Nos vidimus stabula
huius pecoris quædam sic disposita, vt &
ab oriente, & meridie ostium, & pro tem
poris ratione cœli capax esset. Columella
subijcit, vt stabulum sit ad meridiẽ obuer
sum, & ab alia parte vestibulum idque clau
sum, in quod sit tutus exitus refrigerandi.
Danda opera, vt vbi stent, solum eruderatũ
sit, & procliuum, vt euerri facilè possit, ac
fieri purũ, & necubi vrina consistere queat.
Nam ea vligo non solùm vngulas, sed lanã
etiam corrumpit, scabrasque reddit. Neigi
tur

Stabula ouium.

tur sit humor, sed semper quàm aridissimis silicibus, vel culmis stabula constrata sint, quò mollius ac purius incúbent fœtæ. Sint quala mundissima. Quò enim mundius quiescunt, hoc lubentius pascuntur. Pascẽdæ sunt largiori pabulo. Nam, vt dictum, exiguus numerus, cũ pabulo satiatur, plus domino reddit, quàm maximus grex malè nutritus, vt paulò antè dictum, hic repetẽdum. Facienda quoque septa separata ab ilijs, quò enitentes secludere possis, & ægras. Atque hæc de villaticis ouibus, quæ quotidiè domum reducuntur. Porro locis quibusdam pascuntur procul à villis atque tectis, nempe in saltibus, aut campis amplioribus. Hic pastores ducunt secum crates, & tentoria, quibus cohortes in solitudine faciãt, cæteraq; vtensilia. Cùm interdum millib. aliquot hybernę pastiones ab ęstiuis absint, vt Varro tradit, greges quæ in Apulia hybernarent, in Reatinis montibus æstiuarẽt. Et Virgilius de pastoribus Libycis canit:

Oues pauca & benè pascendas.

Oues quæ procul à stabulis pascuntur.

Crates pro ouilibus.

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpè diem noctemqúe & totũ ex ordine mensem,
Pascitur, itqúe pecus longè in deserta sine vllis
Hospitijs, tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius Afer agit, testumqúe, laremqúe
Armaqúe Amyclæumqúe canem Cressamqúe pharetram.

Idem in Bructeris, & alijs aliquot Germaniæ locis non rarum esse, ipse testari potero. Vbi cum grege in agris pernoctantes pastores cratibus gregem cingũt, alligatis canibus excubitoribus. Ipse opilio in carruca aut cisio biroto, cui tectum impositum, tanquam ἁμαξόβιος iuxta gregem quiescit. Græcas autem oues, sicut Asianas, & Tarẽtinas, & quas tectas vocant, has moris est stabulo potius, quã foris nutrire, propter precioſi velleris curam. EVPHOR. Tonsuræ quæ tempora obseruãtur? HED. Tõsuræ variant tempora, quia non vbique idem cœli status, neq; pecoris, pabuliq; ratio eadem. Estq; modus optimus considerare cœli temperaturã, quò ouis neq; frigore tonsa, neque æstu, si intonsa maneat, lędatur. Quibusdã locis bis tondentur, nẽpe ad initium Maij, aut finiente Aprili, temperatis diebus, prima tõsura, & iterum circa Septembris initium, secunda vsurpatur. quibus semel tondere duntaxat consuetũ, hi circa solstitium æstiuũ vellere pecus liberant. Quo tempore & ij, qui gemina vtuntur tonsura, agnos quoque tondere consueuerunt. Ante triduum quàm tondeantur, benè lauandæ, atque vbi exiccatæ, tondendæ. Non omnibus locis tondendi, sed quibusdam locis vellendi morem esse scribit

Tectæ oues Græcæ.

Tonsuræ tẽpora.

bit Plinius. Lanam Veteres laudatissimam celebrauere Appulã, & quæ in Italia Græci pecoris appellabatur, inde Italicam, tertium locum Miletiæ tribuerunt. Appulæ breues villo, nec nisi penulis celebres, circa Tarentum Canasiumque summam nobilitatem habent, in Asia Laodiceæ: Iam Britannici velleris præcipuum precium. Quò pabulum magis tenerum, hoc lana mollior gigni existimatur. Ouiũ, quas lupus occiderit, vellera, & factæ ex his vestes pediculis procreandis magis obnoxia, quã cętera Aristoteles scripsit. Vulnera, quæ inter tondendum contingunt, pice liquida inungenda. Tonsas tradunt adlinendas succo decocti lupini, fecibusque vini veteris & amurca pari mensura atq; in vnũ corpus commixtis. Post triduum vel in mari, si id vicinum, vel in mediterraneis aqua cęlesti cum sale decocta pecorum corpora diluenda, hoc modo curatũ pecus toto anno nec scabrum fieri, & prolixas lanas creare fertur & molles: vnde Vergilius, Fluuio, inquit, sæpe mersare salubri. Sunt, qui pręcipiunt tribus per annum totum diebus, aprico die lotas oues oleo & vino vngendas. Propter serpentes, quæ sub præsepibus plerumque latent, cedrum, vel galbanum, vel mulieris capillos, aut ceruina

Lanæ præstãtissimæ.

Delectus quotannis habendus autumno.

cornua vrenda. Autumno delectus habendus, de quo suprà admonuimus, & debiles quæque precio commutandæ, ne eas imbecilles hybernum frigus absumet. Vna autẽ cæsa aut altera, inspiciendum hepar, quod si vitiosum sit, nam hinc futuri periculi significatio datur, tum vel vendendæ, vel sagi nandæ atque mactandæ. Vix enim hepate infecto incolumes seruari poterunt. Oues frequentius, quàm vllum aliud animal infestatur scabie, quæ ferè nascitur, vt Poeta testatur:

Scabies ouium.

-cùm frigidus imber
Altius ad viuum procedit, & horrida cano
Bruma gelu.

Vel si æstiuum sudorem mari vel flumine non abluas, si detonsum syluestribus rubis ac spinis sauciari patiaris, si stabulo vtaris, in quo muli, aut equi, aut asini steterint, præcipuè autem exiguitas pabuli maciem, macies scabiem generat. Intelligitur pecus vitiosum, si vel scalpat, aut cornu vel vngula tundat, vel arbori affricat vel parietibus, quod vbi videris comprehensam, lanaque deducta deprehendes asperam cutem & velut quandam pruriginem. Varia huic malo remedia præscribuntur à pluribus, sed quæ non vbique omnibus obuia. Virgilius nullũ remedium prę̃tius existimat, quàm

si ferro

si ferro poteris rescindere summum
Vlceris os: alitur vitium, viuitq́, tegendo.

Constantinus ex Didymo tradit scabiẽ ouium curari lauando vrina & sulphur cũ oleo illinendo. Vulgus pastorum mox compræhensã fricantem se ouem, deducta lana oblinit locum suspectum pice liquida, quã in eum vsum in pixide circũferunt. Alij alia remedia profitentur operosiora, quæ non sunt cuilibet vel regioni, vel opilioni parabilia. Quòd si totam gregẽ inuaserit, aliquoties ita hæret, vt ipsa stabula, atq; adeò (q̃p in omnibus morbis vtile) regionem & aerem mutare necesse sit. Vnum ego depræhẽdo conseruandæ incolumitatis huius pecoris præsentissimum remediũ. Baccas iuniperi contusas minutim insperge auenę, misceaq́ue sale, hęc simul mista ter quaterúe quotannis præbeto. Nam etsi iuniperi grana per se respuãt, tamen propter salis & auenæ appetentiam simul non grauatim assument. Si pediculis, aut ricinis infestentur, aceris radices contundantur, additaq́; aqua coquantur, eumq́; liquorem diuulsa lana inspergas tepidum, vt à spina per totũ corpus diffluat. Alij mandragoræ radice vtuntur, at cauendum, ne degustent. Febricitantibus sanguis de talo inter duas vngulas mittẽdus, quod Poeta docuit, inquiens:

Commune remediũ conseruãdæ incolumitatis.

Aduersus pediculos & ricinos.

Febricitãtiũ remedia.

Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam.

Intertrigo. Sunt qui sub oculis & de auribus sanguinem detrahunt. Intertrigo pice liquida & alumine ac sulphure acetoque mistis eruitur, vel æris ærugine infriata. Tuberculum cautè circumsecandum, ne vermiculum, qui, inibi occultatur, saucies, nimis saniem emittit noxium vulnusque facit insanabile.

Spirantes difficulter. Si solis æstu læsæ concedant, neque edant, Betæ sylvestris succum dato, coganturque ipsas betas edere. Si difficulter spirent, aures ferro incidantur.

Tussis. Si tussis, amygdalæ tusæ cum vino cyathis tribus per nares infundantur.

Pulmonaria ouis. Ouem pulmonariam & suem curabis inserta per auriculam consiligine, quæ radicula vulgò vocatur, hic morbus plerumque aquæ penuria creatur, quare præsertim æstiuo tempore omni quadrupedi largius bibendi potestas danda est.

Crura fracta. Crura fracta non aliter, quàm hominum curantur, inuoluta lanis oleo atque vino insuccatis & mox assulis aut ferulis circumdatis cõligata.

Mentigo. Mentigine quoque emissi agni atq; aliæ oues ex roscidis herbis depastis laborant, & os & labra vlcerib. corripiuntur. Remedio hyssopus & sal æquis ponderib. cõtrita, si ea mistura os, palatum, & labra confricentur, vlcera aceto piceque liquida cum

da cum adipe ſuillo perlinantur. Si ex herba noxia vel vermis eſu intumeſcat venter, lancinatis ſupra labra venis ſanguinem mittes, itemq́ue quæ ſub cauda ſunt iuxta ſedē, hominisq́; vrinam infundes. Si hirudinem deglutiuerit, acetum acre calidum, aut oleum infundito. A lupis aiunt, liberas eſſe, ſi duci gregis ſylla herba alligatur Anatolio teſte. EVP. Caprarū tuarū, Hedio, ne obliuiſcaris. HED. Capris multa cum ouibus communia. Nam & ſaliuntur ijſdem temporibus, & geſtant in vtero menſibus totidem, quot & oues. Reditus affert carne, lacte, caſeo, pelle, piloque. Nam & tondetur. Pilus ipſe vtilis ad funes & ſaccos, atque his ſimilia & nautica miniſteria, & quæ neque humore putreſcant, neque facilè incēduntur. In caprino pecore, ſicut in alijs quoq;, & ætas & forma conſideranda, maximè ſi ad fœturam comparetur. Ad eam rem nouella, quā vetus melior, forma ſint firmæ, magnæ, corpus leue habeāt & pilo crebro, niſi glabræ ſint. Nam duo genera Varro cō memorat, glabras & piloſas. Quæ mamillas aut verruculas, aliqui lacineas vocant, ſub mento penſiles habēt, has facundiores exiſtimant. Vber quoque grande habeant & lac pingue, & multū proportione præbeant. Hircus molliore pilo atque lōgo, cerui

Hirudinis deglutitæ cura.

Aduerſus lupos.

De capris.

Verruculæ

Lacinia.

ce & collo breui, gurgulione lõgiore, cru-
ribus craſsis, auribus prægrandibus & flac-
cidis. Melius vnũ gregẽ totum, quã ex plu-
ribus particulatim mercari. Dependet om-
niũ mento villus, quem aruncũ vocari ſcri-
bit Plin. hoc ſi quis appræhenſam ex grege
vnam trahat, cæteræ ſtupentes ſpectãt. Hir-
cus cùm barbæ fiducia, tũ naturæ quodam
inſtinctu, vt Aelian. teſtatur, genus maſcu-
lũ fœmineæ præferens, antecedit. Emptio-
nis huius pecoris alia ratio, quã ouium, q̃
capras ſanas nemo ſanus promittit. Nunq̃
ſine febri ſunt, ſed ſtipulantur capras illas
hodiè rectè eſſe, & bibere poſſe. Mirandũ
in hoc animali, quòd nõ, ſicut cætera, nari-
bus ſpiritũ ducant, ſed aurib. Meliore ſemi-
ne, quæ bis pariunt, & his potiſsimũ mares
ſubmitti ad admiſſuras ſolent. Caper men-
ſium ſeptem ad procreãdum habilis, quo-
niam immodicæ libidinis eſt, dum adhuc
vberibus alitur, matrem ſtupro ſuperue-
nire, traditur. Et ideo celeriter, & ante ſex
annos ſeneſcit, quòd immatura Veneris
cupidine, primis pueritiæ temporibus ex-
hauritur. Itaque quinquennis parum ido-
neus habetur fœminis implendis. Tempus
admiſſuræ per autumnum, ferè ante De-
cembrem, vt appropinquante vere, germi-
nantibus frutetis, partus edatur. Geſtat

Gregẽ potius, quàm particulatim capras mercari.

Aruncus.

Stipulatio in capris emendis.

Capras obnoxias morbo.

Capras auribus ſpiritũ ducere.

Veneris noxa.

vterum

vterum, vt diximus, mensibus quinque, sicut & ouis, edit ferè binos & aliquoties ter geminos atque quaternos, vt Plinius testatur. Ex geminis singula capita, quæ vidētur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cętera vel mercantibus vel culinæ traduntur. Quod ad fœturam attinet, desistente autumno exigunt à grege & campis hircos in caprilia. Item, vt de arietibus dictum, quæ concepit post quartum mensem redit tempore verno, vt Varro tradit. Edunt partum āniculæ atque bimæ capellæ, sed educare partum non debere, Columel. contēdit, nisi trimam: quare āniculæ depellēda soboles, bimæ tamdiu admittenda, dum possit esse vendibilis. Pessimam fœturam idem tradit cùm matres bimæ ternos hœdos procreant. Qui vbi editi, eodem modo educantur, quo agni, nisi quòd hœdorum lasciuia magis compescēda arctiusque cohibenda, tenuesque frondes super lactis abundantiam præbendæ. Plinius tradit trimas minus vtiliter generare & in senecta nec vltra quadriēnium, incipere septimo mense & adhuc lactentes. Primus in die coitus non implet, sequens efficacior & dein concipit, parit octonis annis. Quare capellas vltra octo annos non esse seruandas suadent, quòd assiduo par-

tu ſterileſcant. Mutilos conuenit eſſe, ſicut & aliarum gregum maritos diximus ſuperius, quoniam cornuti pernicioſi propter petulantiam. Mutilis etiam capris maiorem lactis copiam eſſe aſſeuerant. Columella et ſi mutilam quoque probet quieto cęli ſtatu, attamen procelloſo & imbrifero cœlo cornutas non improbat. Quibus cornua ſunt, in his indicia annorum per incremẽta nodorum æſtimantur. Traditur noctu eas non minus, quàm interdiu cernere. Itẽ auerſas iacere, nec in paſcuis contueri inter ſe. Frigus nocere huic pecori proditur, maximè fœtis, nocet & ęſtus. Solertiam eius animalis Mutianus ſibi viſam prodit in ponte prætenui, duabus obuijs è diuerſo, cùm circumactum anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cęca, torrente rapido minaciter ſubterfluente, alteram decubuiſſe, atque ita alterã proculcatę ſupergreſſam. Gregem vnum totũ, quàm è plurimis particulatim comparare melius, & meliorem, qui non ex collectis comparatus ſit, ſed ex conſuetis vnâ. Greges plures potius, quàm magnos Varro probare videtur exẽplo cuiuſdã Gaberij, ꝙ magnus facilè peſte inficitur, ſatisq; magnũ gregẽ quinquagenas. Colume. plus, q̃ centũ vno clauſo ſcribit non habendũ, nec cùm

Cornua ætatẽ indicant.

Caprarũ mores & ſolertia.

eũ lanigerę mille pariter ſtabulẽt. Morſus earũ arborib. exitialis. Quare Baccho immolari ſolitæ, ꝙ vitib. noxiũ ſit hoc pecus. *Caprile.*

Caprile ipsũ vel naturali ſaxo, vel manu cõ ſtratũ probauit Columell. quoniã huic pecori nihil ſubſternere op⁹, niſi cũ foris pernoctandũ, virgulta quędã ſubſternunt. Paſtor ſubinde ſtabulum conuerrere debet, nec pati ſtercus, aut humorẽ cõſiſtere, quæ capris ſunt inimica. Quoniã, vt ſuprà memoratũ, rarò ſine febre ſunt, & peſtilentia vexãtur. Atq; alia pecora cũ peſte corripiũtur prius morbo, & lãguorib. macęſcunt, ſolæ capellę quãuis optimę & hilares ſubitò cõcidũt, & veluti ruina aliqua gregatim proſternũtur. Idq; maximè accidere pabuli vbertate ſolet. Quapter ſtatim cũ vnam aut alterã peſtis percutit, omnib. ſanguis detrahendus, nec tota die paſcendæ, ſed medijs quatuor horis intra ſepta claudenda. Sin alius morbus infeſtat, pabulo medicantur arundinis, & albæ ſpinæ radicibus, quas cũ ferreis pilis diligenter cõtuderis, admiſcẽda aqua pluuialis, ſolamque potandam pecori præbebis. Quòd ſi ea res ægritudinem non depellit, vendenda ſunt pecora, vel ſi id fieri nequit, mactanda ſaliendaque. *De morbis caprarum.*

Mox interpoſito ſpatio, alius grex reparandus, nec tamen antè, quàm peſtilens

tempus

tempus anni, siue id hyemis vertatur æstate, siue autumni vere mutetur. Cùm singulæ laborant, eadem quæ ouibus remedia adhibétur. Florentinus tradit, si ciconiæ ventriculum aqua contritum cochlearij mensura infuderis, pestilentia neque capras, neq; oues tentari. Si aqua distẽditur cutis, quod vitium Græci ὕδρωπα vocant, sub armo pellis leniter incisa pernicioſum trãsmittit humorem, vulnus factum liquida pice curetur. EVPHORB. Iam de tuo pecore curando satis nobis feciſſe videris. Vnum ab omnibus nobis prætermiſſum in te recidit, nẽpe lactis cura, præcipuo noſtro alimento.

Lactis cura.

HEDIO. Quoniam ex hoc animalium genere, quorum curã enarrauimus, nõ aspernandus lactis prouentus redit, eius quoq; ratio nequaquam prætermittenda. Nam lac, inquit Varro, est omnium rerum, quas cibi causa sumimus liquentium maximè alibile. Discrimina lactis vel ab animalium natura, humanum, bubulum, ouinum, caprinum, asininum, equinum, camelinum. Maximè alit humanum, mox caprinũ. Vnde Iouem capra nutritum dixêre Poetæ. Dulciſsimum post humanum est camelinũ. Cameli lac habent, donec iterũ graueſcãt. Efficaciſsimum asininum. Asinæ continuò pregnantes lacteſcunt. Bos non habet lac

Butyrum.
Caseus.

Lactis discrimina.

niſi à partu. Stomacho accommodatiſsimũ
caprinum, quoniam fronde magis, quàm
herba veſcuntur. Bubulum medicatius &
aluum maximè ſoluit. Ouillum dulcius &
magis alit, ſtomacho minus vtile, quoniam
eſt pinguius. Omne vernum aquatius æſti-
uo, & de nouellis. Innocentius decoctum,
præcipuè cum calculis marinis. Lac nigrũ *Lac nigrũ.*
boues præbere in Ponto ad flumen Aſtacem
Plinius tradit. Lac generatim omne, vt Di-
ſcorides tradit, boni ſucci eſt, ſtomachum
& inteſtina inflatione vexat, vernum diluti-
us & aluum magis emollit. Diſcrimina lac-
tis à paſtionibus & pecudum natura atq;
mulctu ſumuntur, Varrone teſte. A paſtio-
nibus, quod fit ab hordeo & ſtipula, & om-
nino arido & firmo cibo pecude paſta, id-
que alibile. Ad perpurgandum id, quod à
viridi paſcuo, & eo magis fluxe ex herba,
quæ eadem & ipſa ſumpta perpurgare cor-
pora noſtra ſolet. E ſalicis cortice, ſi Beryto
credimus, paſta pecora acerbum & præſtan
ius lac præbere, & multo magis à cythiſi
trabulo. Noſtrates maximè probant è ſpo-
nia, & trifolio, & paſcuis luteis, floribus a-
bundatibus. A pecudum natura lactis diſ-
crimen, quòd melius à valentibus, & ab ijs,
quæ nondum veteres ſunt, quàm contrà. A
mulgendo optimũ eſt, quod neque emul-
ctum

ctum longè abest à mulso, neque à partu

Colostra, Lac quo pacto probetur an burum.

continuo sumptum, vt est colostra prima i partu spongiosa densitas lactis. Probari autem lac an purum & non corruptum, iunco acuto immisso & extracto lacteque ad vnguem instillato, si mox defluxerit, indicium est aquæ admistæ, sint constiterit in ungue, parum iudicatur.

Schiston.

Schiston lactis genus adiectione guttulæ mulsi vel aciti, à cõcreto lacte discriminatum, vt docet Dioscorides.

Cremor.

Pingue lactis cremorem appellat

De butyro.

Celsus. E lacte butyrum fit, cuius vsus & s inferioribus Germanię populis plurimus & commodissimus, alijs tamen nationibus quoque, & veteribus, atque adeò Patriarchis vsurpatũ butyrum, & sacræ & prophanæ testantur historiæ. Huius vtilitas cùm ad alia, tum ad famem sedandã & ad vires cor seruandas commendatur. Fit autem butyrum è lacte statim è mulctralibus in cõchas testulasque, fictiles magis probantur, & lata magis, quàm profundæ effusum. Inde altero die aut tertio pingue illud, quod summum lactis tegit, antè cremorẽ vocari dixi mus, id ademptum collectumq;, in vas immittitur oblongum magis, qua latum cylindrica figura, & si sint qui etiam alia vasorum forma prona atque iacenti vtantur crebraque agitatione sursum ac deorsum

lac

lac concutiunt donec pingue à liquidiore ſecernatur, primum velut in micas, & pòſt continuata agitatione in maſſam cogatur. Inde exemptum aut recens manditur, aut ſalitum reconditur. Tenue autem lactis à butyro ſeparatũ velut Schiſton familiæ aut porcis vitulisque in cibum datur non inſalubrem, neque ingratum. Fit & caſeus ex omni ferè lacte quadrupedum in fictile vas infuſo, indito adiectoq; pauxillo coaguli, nempe lactis duobus cõgijs magnitudine oleæ, vt coeat. Probatur coagulũ leporinũ aut hœdinum magis quàm agninũ Varroni: Nos plurimum vtimur vitulino. Sunt qui addunt lac ficulneum & acetum. Alij vtuntur pellicula, quæ auium ventribus adhæret, vel agreſtis cardui floribus. Lac quò recẽtius & purius, hoc caſeus fit melior, nã ex miſto aut cui pingue ſublatum factus caſeus celeriter aconem concipit & indureſcit, neque ſeruari diu poterit, quare celerius abſumendus aut diſtrahendus dum adhuc viridis ſuccum retinet. E pingui & recenti lacte factus diuturnæ cuſtodiæ ido neus eſt caſeus, & teneritudinẽ ſuccoſamque pinguedinẽ diutius retinet. Duabus aut trib. horis à coagulo indito lac concreſcit, traſſumq; ipsũ in formulas aut fiſcellas cathoſq; vimineos mittitur, aut p tyrocneſtem

De caſeo faciendo.

Coagulũ.

ſtem exprimitur, vel ſi caſei puſilli ſint, ma-
nu premuntur. Sin maiores, pondere vrgē-
Serũ lactis tur. Maximè. n. refert mox ſerũ (ſic liquidũ
illud quod defluit vocamus) percolari, & à
concreta materia ſeparari, neque permit-
tere vt ſua ſpõte pigro humore defluat. Qui
grandiores caſeos faciunt, formas in hoc
paratas habent, ac pondera ſuperimponũt,
quibus ſerum exprimatur. Deinde calathis
aut formis exẽptos in crates vel mũdiſſimas
tabulas loco opaco & frigido, atque à ven-
tis remoto componunt ſalibusque conſper-
gitur, vt & acidum liquorem exudet atque
ita componunt ne ſe contingant. Vbi iam
conſpiſſatus duratiorque factus, vehemen-
tius premitur, torridoque ſale contingitur
ac rurſus ponderibus condenſatur, ſic neq;
fiſtuloſus, neq; aridus prouenire creditur.
Quæ vitia ſolent accidere, ſi vel non fati
preſſus, aut nimium ſalitus. Sunt qui viride
pineas nuces in mulctram dimittunt & ſu-
per eas mulgent, lactique permiſcent atq;
congelant. Alij thymum tritum & frequẽ-
ter gelatum cum lacte cogunt. Similiter
qualemcunque velis ſaporem efficere po-
teris adiecto, quod elegeris, condimento
ſeu piperis ſeu cuiuſcunque pigmenti. At
Columella optimum caſeum iudicat, qui
minimum medicaminis habet. Caſei maxi-
mi cib

mi cibi sunt bubuli & qui difficillimè tran-
seant sumpti. Secundo loco ouilli sed mi-
nimi cibi, & qui facillimè deijciantur, ca-
prini. Equinos eosdem effectus, quos bubu
os habere tradunt. Fiunt & camelini caſei
& asinini: bubulini Romæ in delitijs. E cæte
is animantibus quæ vtrinque dentata, &
quæ plures quaternis mammas habent, ca-
eum non fieri proditum, quòd horum lac
on coeat, & caseo sit inutile. Cõmendan-
ur nostra ætate ad Padũ facti, qui Parmẽses
ocãtur magnitudine & sapore in precio-
abiti. Nam octoginta librarum & maiores
n externas regiones transportantur. Plini-
s scriptum reliquit Lunenses ad singula
ilia pondo premi. Martiali celebrantur
unenses, Vestini, Velabrenses, Trebulani.
audantur & Batauici atque Anglici, qui
ipsi mercimonijs cum exteris permittan
ur. Vitia caseorum, vt attigimus, si sicci, si
tulosi. Seruari aiunt caseos & durabiles
ri, si aceruo leguminum maximè cicercu
aut frumenti teguntur. Molles caſei ma-
s sunt alibiles, quã aridi, & stomacho vti-
res, neque in corpore residęs, veteres cõ
i: vnde tritum prouerbiũ, Caseus nequam
si recens, senescentes autem in musteum
orem redire, aceto è thymo maceratos,
t etiam vino. Si ob vetustatem durior aut

Caseos nõ fieri ex animantib. q̃ plures quãquaternas habeant mammas.

Parmẽses caſei.

Omelysis. amarus sit, in omelysi (hoc est farina ex hor
deo non torrefacto) permadescat, deind
in aquam mittatur, & pòst quod in superfi
cie hæret, auferatur. Compertum habemu
duriusculos caseos linteo inuolutos, quoc
aceto vel vino madefactum sit, sæpiusqu
aspersos & vino in rimas infuso atq; sepol
tos emolliri, & gratiorẽ recipere saporem
Sunt qui fermentum imponunt, eoque lo
cum apertum claudunt, quo dempto recẽ
tiorem præstari. Zoroastem aiunt 20. anni
in deserto victitasse caseo ita temperato, v
Recocta. vetustatem nõ sentiret. EVP. Ex sero ꝙà c
seo defluit recocta fit, lento nimirum ign
incalefacto, donec ad summum pinguedi
casei emergere incipiat. HE. Tu eo cibo de
lectari soles. EV. Fateor, maximè si recen
lac copiosè sero infundatur. Tradunt vet
Melca. res lacticinij genus non multum à recoct
dissidens, quam Melcã vocant. Confici aũ
si fictili nouo acetũ indes, & leniter ad ig
nem feruere sinas, vt à vase cõbibatur ace
tum, inque ea vasa lac mittas recondasqu
loco, vbi immota maneat, mox meleas prę
stantissimas habiturus. HE D. Sed abund
De suib. ac porcino pecore. meum video r symbolum persoluisse, ad t
iam transit periodus Eumæe. EV M. Suill
pecoris curã ad rei rusticæ pastionẽ pertin
re, vetus maiorum dictum declarat, Igna

uum

tum & sumptuosum esse eũ rusticum, qui succidiam in carnario suspendit à laniario & non à domestico fundo desumptã. Nam est suus ex hoc pecore nostris agriculis nõ minus pœnitendus prouentus sæpè, quam vobis magnis pecuarijs è vestris gregibus. Nisi enim lardũ suppetat agricola, pręcipuus apparatus culinæ rusticæ desiderari putatur. Et quanquam Iudæis suilla abominabilis, arbitror eos nõ gustasse Celticas pernas, quæ Varroni, Straboni, Athenæo atq; aliquot alijs grauissimis scriptoribus vehementer probantur. Equidem eos intellexisse puto Vuestphalicos petasones nostro etiam num tempore externis, atque adeò Roman. expetitos, eosque Celticas pernas appellatas, quòd veteres maximè Gręci, transalpinos populos tam Gallos, quã Germa. Celtas appellarunt. Certè nullo alio animali numerosior ganeæ materia, propè 50. sapores, cum cæteris singuli. Hinc censoriarum legũ interdictaque cænis abdomina, testiculi, vuluæ, sincipitia, vt testatur Plin. Ac verò nõ solũ Celtæ huius pecoris curã habuisse deprehenduntur, sed etiã Græcos & Italos greges amplis. porcorũ aluisse cõtat. De Gręcis Homerus testatur, q cognominẽ meũ memorat 12. haras habuisse, quarũ singulę quinquaginta fœtas clauderent.

Pernæ Celticæ.

Græges porcorũ.

Et Polybius vna fœtura mille nonnũquã & plures porcos apud Italos antiquos, & Tyrrhenos, atque Gallos enutriri solitũ scribit. Varro centonarium modicum existimat. Qui porcinum gregem alere constituit, idoneam rationem formæ & ætatis habere debet. Varro addit, generis quoque regionisque qualitatem. Et quia patri plerunq; similior progenies, probandi sunt corpore eximij, quadrati, &, quod ad rem maximè pertinet, quàm salaciſsimi. Coloris vnius magis probantur Varroni, Setæ densæ, atq; duræ & nigræ si frigida regio, si temperata, glabrum pasci potest: setæ aduersæ vitãtur.

Scrofæ forma. Forma spectatur oblonga, longisq; lateribus, quibus sit par ad sustinendum fœturæ onus, magnus venter in longum se effundens, & succidias longas pariens, clunibus vastis, nec perinde cruribus aut vngulis proceris, amplis & glanduloſis ceruicibus, rostris breuibus & resupinis, intorta cauda. A progenie commendantur, si plurimos porcos pariant. A regione, vbi proueniant amplipotiùs, quàm exiles.

Aetas. Aetas verri anniculа ad generandum idonea, tametsi semestres etiam fœminam impleãt. Sufficit vnus verres decem fœminis & amplius. Fœmina ad partus edendos anicula quoq; idonea, & in annos septem, quæ quantò fœcundior est,

or est, hoc celerius senescit. E primo partu deprehenditur quã sit futura fœcunda, neque enim multum in reliquis mutat. Sues generosæ duodenas mammas habent, vulgares duas min⁹, aut pauciores. Suã quemque porcellum mammam nosse in fœtu quo genitus est ordine, eaque ali nec alia, detractoqua illa alũno suo sterilescere ilicò ac resilire & Plin. & experientia docet. Emi & comparari solent hac stipulatione: Illasce sues sanas esse, habereque rectè licere noxijsque prestare, neq; de pecore morboso esse, spondes ne? In pastu locus huic pecori aptus vliginosus, quòd delectetur non solùm aqua, sed etiam luto. Itaque, vt scribit Varro, lupi cùm sint nacti suem, trahunt vsque ad aquam, quod dentes feruorem carnis ferre nequeant. Etsi autem hoc pecus omnem situ ruris ferat, (nam & montibus & campis quoq; paludinosis magis, quàm sitientibus pascitur (nemora tamen maximè vliginosa conueniunt, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, cerris, ilicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisq; ỹlueſtrib. vt sunt albæ spinæ, græcæ siliquę uniperus, lotus, pinus, cornus, arbutus, prunus, cerasus. Hæc enim diuersis temporib. nitescunt, ac penè toto anno gregem saurant. Ac vbi penuria arborum, terrenum

Stipulatio emẽdorum porcorum.

De pascendis suibus.

pabulum conſectandum & ſicco limoſum præfertur, vt vel paludem rimentur, effodiantq; lumbricos atque luto volutentur, & aquis abuti poſsint, id quod per æſtaté maximè neceſſarium. Veſtigant & radiculas maximè filicis aquatilis q; ſyluæ, veluti iunci, ſcirpi, & degeneris arundinis. Adde, graminoſum quoq; agrum ſuem alere, &, qui cõſitus ceraſis, prunis, pomis, nucibus. Nec tamen propter hæc parcetur horreis, nam ſæpè de manu dãdum eſt, cùm foris deficit pabulum, propter quod plurima glans vel ciſternis in aqua, vel fumo tabulatis recondenda. Item faba, piſa, leguminaq; alia prębenda, neque parcendum hordeo. Nam hæc maximè generis alunt nobilitatem, & non ſolùm pinguetudinem efficiũt, ſed etiam carnem cõmendant. Imprimis cùm adhuc lactant porcelli & ipſi & matres benè paſcendæ. Paſtum exigimus manè & ante ſolis æſtum, ſubiguntque in vmbroſa loca maximè vbi aqua ſit: prius, quàm procedant ad paſcua conditiuis cibis ſuſtinentur, ne immaturis & viridibus herbis aluus citetur, quo vitio maximè emaciantur. Poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt. Hyberno tempore non prius educũtur, quàm pruina euanuerit & colliqueat glacies. Etſi ad ſuárij vocem agnitam accurrunt, tamen

Pabulum genus nobilitat.

ad

ad buccinã vel paſtũ, vel domũ porcos reuocãdos mauult Varro, ſiue ſint paſcendi, ſeu includẽdi. Pabulũ prębendum lõgius, ſic enim minus deperit, &, vt ſpatiũ ſit paſcẽdi minorib. neà maioribus depellãtur. Vbi buccinã ſonuerit, etiãſi lõginquo & ſylueſtri loco diſperſi ſint, mox accurrere dicũtur. Polybius tradit Italos ea conſuetudine vti, vt ſubulci porcos nõ ſequant̃ è veſtigio, vt alijs locis, & grẽcis mos eſt, ſed ad ſpatiũ aliquod ꝓgreſsi buccina ſonãt, porci verò à tergo buccinę ſonitus cõſuetudine aſſueti ad miraculũ ſequũtur etiã numeroſiſsimi greges. Adeò vocẽ ſubulci agnoſcit & obſequitur, ſi Aeliano credimus, vt etiã piratæ cùm in Tyrrheno mari appuliſſent, & ex hara porcos plures impoſitos naui abduxiſſent, piratis autem ſoluẽtib. ſuarij voce agnita ſtatim in alterum latus nauem impellentes euerterunt, merſisque piratis, porci ad ſuos enatarunt incolumes. Quia iam de verris & ſcrofæ conditionibus, ac ſimul de paſcẽdo diximus, de fœtura adijciendum.

Ad buccinæ ſonum porci colligendi.

Admiſſuræ tempus exiſtimatur à bruma ad æquinoctium vernũ, ita enim fit, vt a ſtate pareat. Nam quatuor menſibus fœta, quinto parit. Vno initu impletur, ſed geminatur propter abortiendi facilitatem. Quod ſcrofam parere velis, ꝓſtat eã Februario aut

Admiſſuræ & partus tẽporã.

Sus 4. mẽſes fœta.

etiam Ianuario verri ſubmittere, vt videlicet Aprili aut Maio pariat, cùm iam & tellus herbeſcit & lactis ſit firmior maturitas. Cumque iam deſierint vberibus ali, ſtipula paſcantur cæterisque frumenti leguminũ caducis frugibus, vt deinde rurſus ſub autumnum parere poſsit. Natura enim, vt Varro teſtatur, annus eius diuiſus eſt bifariam quòd bis pariat anno: quaternis menſibus fert ventrem, binis nutricat. Vbi conceperint, verres ſeparandus, nam impetu in ſcrofas facto abort' faciũt. Matres nõ minores, quã anniculas admittẽdas, Varro cõtẽdit, attamen octauo menſe ſæpè pariunt vſque ſeptimum. Sed quò fœcundiores, hoc celerius ſeneſcunt. Verres octo mẽſium, atque ſemeſtris etiam incipit ſalire, permanetq;, vt id rectè facere poſsit, vſque in quartum annum. Deinde trimi aut quadrimi caſtrãtur, ſaginanturque. Supra octo capitum numerum alere non debere quidam volunt. Alij ne ſuprà ſex. Non quòd fœcunditas ſcrofarum maioris numeri eſſe non poſsit, ſed quia celerrimè fatiſcit, quæ plures educat. Varro ſuem Aeneæ Lauini 30. procellos peperiſſe albos prodit, ſed hoc portentum putatur, quoties plures parit, quã quot mammas habet, & ſi minus pariat fructuariam idoneã nõ eſſe. Scrofam in ſua quam-

Triginta porcelli vno partu editi.

que

que hara, vt ſuos alat porcellos oportet cõtinere. Non enim, vt cæteri greges, vniuerſi claudi debent, ſed p porticus haræ faciẽdę, quib. aut à partu, aut etiã pgnantes includãtur. Nã præcipuè ſues cateruatim atq; incõditę cùm ſint pariter incluſę, ſuper alias alię cubant & fœtus elidũt. Quare haræ pariẽti bus iunctæ conſtituendæ ſunt in altitudine pedum quaternũm aut altius, ne ſus tranſilire queat. Nam contigi non debere haram, vt inſpicere ſuarius & numerum à ſuperiore recenſere poſsit, & ſi quem decumbens mater ſupreſſerit, cubanti ſubtrahat, & vt facilius purgari poſsit cubile. Quoties purgatur, toties arenam aut aliud inijcere oportet, quod exugat humorem. Etſi enim ſpurcum animal ſit ſus, mundum tamen cubile poſtulat. In haris oſtium ſit & limen altius, ne porcelli, cùm mater prodit, tranſiliant, neque alieni irrepant. Cùm peperit, largiore cibo ſuſtentare oportet, quò largius lac ſuppeditare poſsit, maximè autem hordeũ madefactum aut molitum, atque aqua temperatum. Quod ſi penuria pabuli ſic ferat, lactens porcellos, ære commutandus. Sic enim mater labori ſubtracta celerius iterũ conceptum partum edit. Qui hyeme naſcũtur, ſunt exiles tum propter frigora, tũ quòd matres aſpernãtur propter lactis exiguitatem,

Harum cõſtitutio.

tem, dentibusque mammas sauciant. Scrofa si partus deuoret, non protinus prodigium existimandum, nam lues ex omnibus pecudibus impatientissimę famis, atque ea adigente nõ solùm alienam, sed etiam suã sobolem mandere. A partu decem proximis diebus non producunt matrem ex hara præterquam potum, pòst sinunt abire in propinquum villæ locum, vt crebro reditu lacte alere possit sobolem. Cùm creuerint, cupiunt sequi matrem, tum domi seorsum pascuntur à matre, vt desiderium parentis ferant facilius, quod decẽ diebus assequũtur. Porcellos à mamma depulsos delicos & iam non lactantes vocari vult Varro, atque à partu decimo die sacres antiquis dictos, quòd tum primùm ad sacrificia idonei, Ne frẽdes, quòd nondum fabam frendere, hoc est, frangere possunt. Porculator vt industrius sit & impiger, necesse est, memorque omnium, quas pascit, & matricum & iuniorum, vt vniuscuiusque partum consideret & enitentem obseruet, claudatque, vt in hara fœtum edat. Tum denotet protinus quot & quales sint nati, & curet maximè, ne quis sub nutrice aliena educatur. Nam facillimè porcelli, si euaserint harã, miscent se, & scrofa cum decubuit, ęquè alieno ac suo præbet vbera. Quare vnaquęq;

Delici.
Lactantes.
Sacres.

cum

cum sua ꝑple claudéda suario, qui si memoria deficitur, quo minus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notá scrofæ & porcis imponat, & siue per literas siue per alias notas vnãquamq́; prolem cum sua matre distinguat. Siquidẽ in maiore numero diuersis notis opus, ne cõfundatur memoria suarij. Castrationis duo tẽpora seruari tradũt veteres veris & autũni, vt videlicet neque æstus, neq; frigora periculũ afferãt. Et mares cùm primũ ineunt semestres & dicũtur maiales, aut cũ sępius ꝑgenerarunt trimos aut quadrimos castrandos, vt possint pingueſcere, nẽpe impressis duobus vulnerib. per vnãquamq́; plagã singuli eximũtur testiculi. Aut, cùm vnũ testiculũ exemeris, per impressũ vulnus scalpellum inseritur, & media quasi cutis, quæ interuenit duob. testiculis, rescinditur atque vncis digitis alter testiculus educitur, sic fit vna cicatrix. Verũ hoc genus castrationis periculosius. Fœminis quoq; vuluæ ferro exulcerãtur & cicatricib. claudũtur, ne fiãt grauidæ, & pingueſcant melius. Aristot. & eum secutus Plin. fœminas post bidui inęliam suspensis prioribus pernis vuluã recindi tradit, atq; sic pingueſcere celerius. Nobis probatur magis, vt iuniores castrentur, nẽpe bimestres, nã sic minꝰ est periculi. Castratis abstinẽdũ à potu, & modico cibo

Castratio.

Maiales.

Indiciũ ſanitatis in ſue.

De morbis porcorũ et remedijs.

Indicia ægrotantis ſue.

Febricitãtium ſuũ medela

paſcendi. Vulnera recenti butyro vnguntur ac conſuuntur. Sicut ſanitatis ac bonę conſtitutionis indicium, cauda cõtorta, ſic inualidam ſuem eſſe certis ſignificatiõibus deprehenditur. Nam ſetis è dorſo euulſis, ſi cruor ſit in radice ſetæ, non eſſe ſanam notat. Adhæc ſues ægrotantes, aut febricitantes capita tranſuerſa gerunt, & per paſcua ſubitò, cùm paululũ procurrerint, conſiſtunt, & vertigine correptæ concidunt, eoque notanda capita in quam partem proclinentur, vt ex aduerſa parte auricula ſanguinem mittamus. Item ſub cauda duob. digitis à clunibus intermiſsis vena ferienda, quę eſt in eo loco ſatis ampla, eamq; ſarmento prius oportet verberari, deinde abiecto virgæ tumentẽ ferro reſcindi, detractoq; ſanguine colligari ſaligneo libro vel vlmeo. Quo facto vno aut altero die ſub tecto pecudem continebimus, & aquam modicè calidam, quantum volent, farinæque hordeaceæ ſingulos ſextarios præbebimus.

Anginæ remedium.

Quoniam anginæ & ſtrumæ maximè obnoxium hoc animal. Anginæ & tonſellæ ſi affligant, Didymus è ſcapulis ſanguinem detrahere iubet, alij ſub lingua: Aliqui radicula curant inſerta. Strumoſis ſub lingua mittẽdus ſanguis, qui cùm profluxerit, ſale trito cum farina triticea confricari totum

os

os conuenit, Democritus aſphodeli radicẽ tuſam ad minas tres ſingulis ſuibus præbere iubet. Nauſeanti bus ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale fricto & fabæ minutæ freſæ commiſta ieiunisque prius, quàm in paſcua prodeant obiecta. Sues dum dulcedinem pabuli conſectantur, (eſt enim inſatiabile animal) ſuprà modum ſplenis incremento laborant. Cui ſuccurritur, ſi fabricẽtur canales, alueiúe tamaracis è trunco, repleanturque aqua, ac deinde ſitiẽtibus admoueantur, eius enim ligni ſuccus medicabilis. Democritus lienoſas potandas tradit aqua, in qua candentes miricæ carbones extincti fuerint reſtincti. Solet hoc pecus ægrotare ſæpe ita, vt emacietur, nec cibos capiat produ-ctumque in paſcua in medio campo procũbat, & quodam veterno preſſum ſomnos æſtiuo ſub ſole captet. Quod cum facit, totus grex clauditur ſtabulo, atque vno die abſtinetur potione & pabulo, Poſtero die radix auguinei cucumeris trita & commiſta cum aqua datur ſitientibus, quàm cum biberint nauſea correpta vomitans atque expurgãtur, omnique bili depulſa faba dura muria compreſſa, ſicut hominibus aqua salida, potanda datur. Et cùm omni quadrupedi per æſtatem ſitis ſit infeſta, tum illo maximè inimica. Quare nõ, vt capellę & oues,

Nauſeãtium cura.

Lienoſarum cura.

Veternoſi & ignoti morbi remedium.

& oues, bis tantùm ad aquas producendũ, sed si fieri potest iuxta flumen aut stagnum detineatur æstiuo tẽpore, quia cũ sit æstuosissimum, non contentũ potione aquæ, nisi obesam illuuiem & distentã pabulis aluum demerserit ac refrigerauerit. Nec vlla re magis gaudet, vt antè quoq; dictum, quã luto volutari. Quod si ea loca denegentur, puteis extracta, & largè canalibus immissa prębẽda sunt pocula, quib. nisi affatim satientur, pulmonariæ fiunt. Is morbus sanatur auriculis inserta consiligine aut helleboro nigro Colu. auctore. Solet etiã vitio splenis laborare, qp accidit, cũ siccitas magna ingruit: cui succurritur, si fiãt canales ex tamaricib. & rusco, repleãturq; aqua & sitiẽtib. admoueantur. Nã eius ligni succus medicabilis epotus inteſtinorũ tumorem cõpescit. Quare Didymus prunas tamaricas aqua extinctas in potu præbendas, vel aquã, in qua ferrũ candens extinctum, acceto mistã præberi aduersus splenis vitium prædit. Aqualiculos plũbo vestiri, ad sanitatem conferre. Suum morbis rubetam mederi, à Plinio proditum. Aiunt suem vno oculo amisso, citò extingui, alioqui ad 15. ãnos victurã. Est & vitium porci alioqui rectè valentis & pinguis, vt carnẽ habeat grandinosam, & granis veluti pisis infectã. Græci chalazos,

Pulmonariæ cura.

Splenis vitij remedia.

azos vel χαλαξῶ δεις sues vocant. Idque animaduertere licet & linguæ indicio & vocis raucore. Aiunt natiuum esse hũc morbum, & antidotum esse ne inficiatur, si in lintre plumbi affixa sit lamina. Incolumes quoq; seruari sues, si bryoniæ radix in potu subinde detur. Generale remedium, alumen, sulphur, lauri baccæ æquis partibus suliginis quantum pugillus cõplectitur, eaque confusa sacculoque indita potionibus immittantur, idque quotãnis bis renouetur. Aegrotantib. ex hac potione, cui sacculus impositus, præbendum. EVPHORB. Amabò Eumæe qua arte nobis tam pingues succilias paras? arbitror te frumẽti plurimũ nobis horreo suffurari, quibus tuũ pecus tam nitidum alas. EVMAEVS. Rationibus quibuscunque vtar, certè hero meo non sunt iæ inutiles, vti neque vestræ artes, quibus quos bouesq; & reliqua pecora sic nutris. ne strigosa videãtur. Superius dictũ, iniquum esse agricolã, qui succidiã à laniario emptius, quã à proprio fundo cõparet, & alioqui à medicis suilla caro cõmẽdatur, quod humano sanguini simillima. Neq; ex alio animali numerosior ganeæ materia, vt initio prolocuti sumus. Quare maximè refert, rusticã culinã suilla carnis annona, & succijs instructã penũ esse, qua p totũ annum familiam

Grandino saſuis antidotum.

De saginã dis parcis & salsura suillæ carnis.

familiam sustentet. Imprimis curandum, v
singulis annis pro familiæ numero sues a
saginam educentur. Facilè enim vel nemo
ra, aut, si illa desint, horrea, & paludes cam
piq́ue suppeditant, quibus alantur. Saginã
tur, vt Plin. existimat sexaginta dierum spa
tio, sed magis tridui inedia ante saginatio
nem orsa. Pinguescunt autem hordeo alió
ue frumento, atque leguminibus vel moli
tis, vel integris. Omnium autẽ optimè glan
dibus, eaq́ue caro omnibus præstat, solidi
orq́ue est, quæ quercinis, quàm quæ fagi
nis glandibus, aut castaneis saginam cõtra
hit. Id pecus adeò pinguescit, vt scipsun
prę pingudine neque sustinere, neque pro
gredi possit: & Varro refert, in Arcadia sp
ctatam suem, quæ præ pinguedine carni
non modò surgere non posset, sed etiã i
eius corpore sorex exesa carne nidum fe
cisset, & mures peperisset. Idem addit, L
Volumnio Senatori missam offulam cun
duabus, costis. quæ penderent tres & vigi
ti pondo, cuiusque suis è cute ad os peden
& tres digitos fuisse. Præstat saginare sue
bimos aut trimos, quàm iuniores, & qua
nondum plenum augmentum acquisiue
rint. Nam hi augescendo saginam retarda
re solent. Vt autem in diuturnum vsum ca
ro conseruetur, saliri & fumari consueuit

qua

qua cura simul & salubrior & gratior reditur, penusq; pluribus annis instrui poterit, & vnius anni vbertate sequentibus steri ibus succurri poterit. Sus igitur iam sagiatus pridie, quàm occidatur, potione proibetur, quò sit caro siccior. Nam si biberit, plus humoris salsura habebit. Ergo sitiem cùm occideris, eum vel aqua feruéte, vel ex stipula, aut sarmentis, tenuibusq; lignis flamma excitata glabrato. Vtroq; enim modo pili detrahuntur. Neque probandũ, quòd quidam detrahere pellem solét. Inde suspensus posterioribus pedibus exenteratur, & intestina in suum quemq; vsum epurgãtur: & caro refrigescens, vbi induuit, mox capite, pernisque, ac succidijs geninis recisis, in mensa aut tabula largũ sale infarciunt, maximè in eas partes, vbi os à relicta. Inde in seriam substrato sale immittunt. Salsuram decrescente luna volũt ieri quidam. Antequam saliuntur, prius omnis sanies & cruor exprimatur absterguráue. Sunt, qui priusquam salire inipiant, exossare consueuerint, existimantes eam rem salsuram durabiliorem, & minus vitiosam efficere. Nonnulli quoq; non n cupis aut seria, sed in tabulato succidias eliquasq; salitas carnes relinquunt ad dies o. pòst suspenduntur, vt aere puro perflé-

tur in carnario, atque, vbi aliquot dies per
flatæ, paulatim modico fumo & deincep
acrius perfumentur. Gratiores reddentu
carnes, si simul cum fumo aeris afflatum re
cipiãt. Si initio vehemẽtiori fumo accendã
tur, rancidæ fiunt carnes. Didymus carne
longo tempore recentes seruari tradit,
repurgatæ, refrigeratæque atque exiccat
in locis vmbrosis & humidis collocentur
Boreali magis, quàm Australi cœlo exposi
tis. Suauiores fieri niue circumposita, pale
isque super iectis. Vasa, in quibus carne
De pastoribus. seruari debent, probantur ea magis, in qui
bus oleum fuit, quàm in quibus acetũ. Et
de pastorum dignitate, atque antiquitat
diximus, hoc tamen loco addendum, stru
ctrà de iumentorum, pecorumq; cura prę
cipi, nisi sint, qui hoc munus diligẽter exe
quantur, habetque ars pastoritia disciplinã
in qua iam inde à pueritia erudiri vtile fue
rit. Et profectò villicum maximè conueni
in huius disciplinæ tyrocinijs per omne
gradus ad magisterium operarũ ascendisse
Nempe à porculatore ad opilionem, atqu
inde ad armentarium pastorem, reliquasq
rei rusticæ operas: Verissimumque hoc, si
cut in maioribus imperijs cum demum re
ctius præesse posse, qui aliquando imperio
paruerit, & per omnia gubernationis mu
nia

nia ad fastigium euaserit. Quanquam autem vbi pusillus grex, & in propinquo pascitur, etiam pueri & puellæ hãc operã præstent, quotidiè ad villam reducentes: Attamen qui gregem amplum & in saltibus, remotisque campis pascunt, diu noctuque apud gregem excubias agentes, &, vti suprà diximus, in Apulia hybernantes in Reatinis æstiuarét, hos & ætate, ac robore, industria scientiaque pastoritia instructos esse oportet. Neque senes, aut pueri collium difficultatem, montiumque asperitatem facilè ferunt: Quod faciendum ijs, qui gregem sequuntur, præsertim armatarium & caprarium, quibus rupes ac syluæ cordi sunt. Videas in Heluetiorum alpibus robustissimos, & militari arte instructos homines armata sequi, & procul à consortio hominum pernoctare, atque ipsa lacticinia curare. Quare, qui huiusmodi locis, & gregibus præficiendi, hos oportet esse veloces, firmis membris atque expeditis, qui non solùm pecus sequi, sed etiam à noxijs, rapacibusque bestijs defendere, onera extollere in iumenta possint, quique excurrere, si grex requirat, & iaculari calleant. Qualem Homerus suum depingit Eumæum. Proinde veteres in emendo pastore certa stipulandi forma vsi, vbi inter

Heluetiorum pastores.

Stipulatio in emendo pastore.

cætera cauetur, sanum esse, furtis noxisque solutum. In Illyrico etiam coniuges pastoribus comites in pascendo esse, author est Varro, quæ cibaria, & cætera necessaria pastoribus expediant. Ac verò, quæ ad valetudinem pecorum pertinét, ea oportet pastorem in promptu habere. Varro ob eam rem, & quòd rationem domino conficere possit, literatum requirit. De numero pastorum, & quot pecoribus armentisúe pastores singuli sufficiant, pro loci, animaliúque ratione constituút. Idem Varro octogenis hircis singulos tribuit pastores, Atticus centenis: ad equarũ gregem quinquagenarium binos homines, & vt equas habeat in ea regione domitas, in quibus regionibus stabularij equas solét abigere, vt in Lucanis & Apulia sæpè accidere proditum. Nostris regionibus vnus opilio centenis, ducentis, sępè trecentis et pluribus ouibus præficitur: præsertim, vbi quotidiè in villam reducuntut. Porculator vnus vicenis, aut tricenis, ac pluribus sufficit, si nõ nimis angusto loco pascendus grex. Bobus, atque vaccis ad eundem modum. Equorũ apud nos greges rarò pascuntur: sed suo quisque ruri necessarios alit siue in stabulis, seu pascuis atq; pratis rarò vicenarium excedente numero. Quo autem pacto pascenda

scenda pecora vel æstate, vel hyeme, & quando in meridiem atque occidentē, de hoc superius suo loco admonitum. Canem etsi inter pecora referendum neget Iureconsul. neque fructuosum sit animal, tamen, sicut & pastor, custodiæ excubiarumque causa & fidelitatis multis modis commendabile. Nam & pro dominis sępè pugnasse, & dominis defunctis inedia vitam finisse, quosdam compertum. Vnde precia generosorum canum cœperunt esse immensa. Alcibiades 7000. drachmarum canem emisse proditum. Cùm primis autem rei rusticæ administrandæ, velut subsidiarum animal canis, cuius rei exempla passim obuia. Nam præter fidem singularem, & nocturnas vigilias, etiam custos est pecoris, ꝙ eo comite opus ad defendēdū maximè ouillum & caprinum pecus, quod lupi inprimis captare solent, nisi canes oppo nantur defensores. Sues si gregatim pascantur, se defendere solent grunnitu, quasi ad arma socijs conclamatis. Armenta partim calcitratu, partim cornibus se tuentur, propulsantque impetentes. Canum autem, qui ad vtilitatem parantur, tria genera, nā de quarto, quod in delicijs habetur, Melitæarum & similium, non multum laborabimus. Vnum genus est venaticum, quorum inda-

De Canib.

Canum genera.

gine, velocitate, atq; labore feras prosequi mur, hi quales esse debeant, & quo modo illis vtendum κυνηγετικοῖς suis Xenophon et Oppianus docuerunt, & nos postremo libro, vbi de venatione dicetur, horum meminerimus. Nunc de rusticis canibus, pecorum ac villę custodibus, sermo instituitur, ac prius de œcuro dicemus domus ac villæ custode. Is comparandus est grandi & vasto corpore, voce grauissima & quàm clarissima, vti simul & latratu ꝑdat, & visu terreat, ac ne conspectus quidem horribili fremitu fuget insidiantem. Forma quadrata potius, quàm longa aut breui, capite magno, oculis acribus & radiantibus, vel rauis, vel glaucis, labris subnigris neque resimis superius, neque pendulis inferius, palatu atro, rictu amplo, mento suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus dextra & sinistra paulò eminulis, superioribus directis potius, quàm brochis & acutis labroque tectis, aspectu leonino, villoso pectore atq; amplo, latis armis, cruribus crassis, cauda breui, pedibus amplissimis. Mores neq; mites neque truces nimium, ne vel furem aduletur, vel domesticos inuadat, maximè in custodia vigilans, nec erroneus, vt neq; vagetur procul à villa, neq; temerariꝰ sed circũspectus, nec vano strepitu concitatus latret.

Oecuruset villaticus canis qualis esse debeat.

Nec

Nec refert si villatici & ὀικυροὶ non sint veloces, nam plus cominus, quàm eminus laborabunt, intraque septa se continere debent, aduenientes sagaciter acriterq; adoriantur, & latratu prodant terreantq;. Pecuarius canis neque tam strigosus, neque pernix, quàm venaticus: neque tam obesus aut grauis, quàm œcurus ac villæ custos, sed robustus tamen & promptus ac strenuus ad pugnam adque cursum idoneus. Vt qui lupum aliasue feras & insidiatores repellere, raptoremque persequi, aut ad prædam denique eripiendam appositus sit. Proinde corpus productius atque longius ad eum vsum habilius, quam breue & quadratum, in cæteris cum œcurro conueniet & corporis & naturæ ratio. Quod ad sexum attinet, mares probantur magis, nam fœminæ catulientes propter canum greges molestæ, tametsi castratæ feroces mordaciss imęque & vigilantes esse solent. AEtatis non nimis vetuli, neq; prorsus catuli. Siquidem hi neque sibi, neque gregi præsidio esse poterunt, ad custodiam tamen villæ aut domus, vetulorum aliquis vsus esse potest. Quod si catulus (nam is melius instituitur) siue ad custodiã seu ad pastoritium vsum cõparetur, experimentum è pedum constitutione capitur, si magnus futurus.

Pecuarius canis qualis quærẽdus.

Catuli generosi indicia.

Vtq; caput habeat grande, leue, venoſum, atque, vt Xenophontis verbis vtar, ἰνώδη τὰ κάτωθεν τῶ μετώπων, auriculis magnis, & flaccidis, pendentibusque, internodijs articulorū longis, pedibus anterioribus, quã poſteriorib. breuioribus, ſed rectis & magnis, qui ingredienti diſplodantur, digitis diſcretis, vnguibus duris, talo neque carneo neq; nimiū duro, ſed molli, à fœminibus ſummis corpore ſuppreſſo, ſpina neq; eminula, neque curua, latera non ita caua, ſed coeuntia in obliquum, humerorum interualla diſtantia, clunibus obeſis & ſupra caudam latis, & cætera, quæ ſuprà in œcuro requirebamus. Colore quo ſit, nõ multũ refert, etſi Varroni albus placere, & Columellæ in paſtorali quoque idem videtur non diſplicere, ſicut in villatico niger: nam varium in neutro probari, ſed vnius potius coloris. Album autem ideo commendari, vt ſi in obſcuro lupus propulſandus albus conſpici poſsit, ne canis pro lupo feriatur. Niger tamen & villaticus, & œcurus conuenientior: ſiue enim luce clara fur aut inſidiator aduenerit, terribilior niger conſpicitur, ſiue noctu, ne conſpicitur quidem propter vmbræ ſimilitudinẽ, & tectus tenebris tutiorẽ acceſſum habet ad inſidiantem. Gilui atque flammei, cineritijúc haud diſpli-

Color.

diſplicent, ſi cæteris virtutum notis reſpon
deant. Certè huius indolis, veluti leonem
ex vnguibus metientes, vel comparabimus
uuenes, vel domi natos diſciplina idonea
nſtituemus. Nam quantum diſciplina faci-
at, declarat Lycurgi exemplum apud Xe-
nophontem. Vt acres reddantur, ſubinde
rritandi, auribus vellendi, complauſuque
ad mutuam pugnam incitandi, adiuuandi-
que ne opprimantur. Nam ſic audaciores
eddduntur, & interriti, adq; labores infra-
cti. Vinculis primum aſſuefiunt, ſi fuſtis lo-
o allegetur collo, quem aliquãdiu trahat,
deinde hac veluti pædagogia etiam alliga-
us vel ducitur, vel domi retinetur. Vincti
nterdiu reddduntur acriores, noctu ſoluun
ur, ſicque aſſueſcunt noctu vigilare & in-
erdiu dormire. Verùm, vt armati ſint ad-
uerſus lupos, & alias feras, canesque ſæuiẽ-
es, imponunturillis collaria, Varro mellũ *Mellum.*
vocat circulum circa collum ex corio fir-
no cum clauulis capitatis, & ne duritia no-
ceat, inſuitur pellis mollior. Videndum in- *Genus.*
primis, vt boni ſeminis ſint canes, & ſi fieri
poſſit ex eodem ſemine, nam cognati maxi
nè inter ſe ſunt preſidio, matres ſint animo
æ, æqualibus papillis, ætas iuſta ad pariẽ- *Aetas.*
lum annua, & pariunt quotannis ad annos
nouem, nec ſunt vtiles poſt annum deci-

mum. Mares, vt Columella scribit, generant iuueniliter vsque ad decem annos, seniorum pigra soboles. Homerus videtur canis vitam vltra 20. annos producere, vbi de Vlysse reuerso, deque canis ἀναγνωρισμῷ loquitur. Et nos vidimus, qui ad eam ætatem putabantur accessisse, sed inutiles prorsus. Aetas è dentibus cognoscitur, iuuenũ sunt albi atq; acuti, senũ nigri & obtusi, vt Arist. tradit. Vere catulire plerunq; incipiunt, gerũt in vtero sexagenis diebus, vel ad summum sexagenis trib. diebus, eisdem Aristotele & Xenophonte authoribus. Varro ternis mensibus prægnantes esse scribit, Laconicæ octauo mense generant, cęteræ canes etiam semestres coitum patiuntur. Vno initu implentur. Pariunt circa solstitium. Gignũt cæcos, & quò largiore alũtur lacte, eò tardiorem visum recipiunt, non tamen vnquam vltra vicesimum primum diem, nec ante septimum. Quidam tradunt, si vnus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo, idemq; in singulos adijci, totidemque esse tarditatis ad lucem dies. Et eam, quæ ex fœmina primipara genita, citius cerni. Optimũ in fœtu, qui nouissimè cernere incipit, aut quę primum fert in cubile fœta. Statim, vt editi sunt catuli, de generes abijciãtur. E septem reti-

Partus canum.

retineantur tres aut quatuor, è tribus duo. Primis mensibus dum corroborantur, cũ matribus permittendi lusus causa, pòst instituendi, interdiu catenis continendi, & nocte, vt antè diximus, soluendi. Nec vnquam eos, quorũ generosam indolem volumus conseruare, patiemur alienę matris vberibus nutriri. Quoniam & lac, & spiritus maternus plurimum ad ingenij atque corporis incrementa faciat. Quod si effœta lacte deficitur, caprinum maximè prębetur, dum fiunt mensiũ quatuor. Substernere oportet ipsis paleas, aut aliud, vt molliter cubent & incalescant, frigus enim & hoc animal ægrè fert. Caudas catulorum pòst diem quadragesimum, quã sint editi, sic castrari conueniet. Neruus est, qui per articulos spinæ prorepit vsque ad vltimã partem caudæ. Is mordicus comprehensus, & aliquatenus eductus, abrumpitur, quo facto neque in longitudinem cauda edũ capit incremẽtum, & rabies (vt quidã volunt) arcetur. Existimãtur in vrina attollere crus ferè semestres. Id est signum consumati virium roboris, fęminę hoc idem sidẽtes. Cibus canis vtriq; generi communis, prior Varro inquit hominis, quã bouis. Pascitur enim culina & ossibus. Diligẽter illi de cibo, puidẽdum, alioqui fame com-

Caudæ præcisio.

Cibus canis.

compellitur ad cibum quærendum diuertere & diuagare vel à villa, vel à pecore. Xenophon totum annum lac præberi vult, & ea, quibus per omnem vitam vsuri sint, & præterea nihil. Graues enim repletiones crura canum distorta reddere, morbos generare atque interiora corrumpere scribens. Panis communis cibus, sed eum cum lacte aut sero lactis dandum Varro censet quod eo cibo assueti à pecore non citò discedant. Datur etiam panis iure perfusus ex ossibus, atque ea ipsa ossa contusa, quæ dentes firmiores & os patulum reddunt, ac malè vehementius diducuntur, acrioresq; fiunt propter medullarũ saporem. A morticinæ ouis carne abstinendum, ne ducti sapore minus abstineant à pecore. In fœtura dandus potius panis hordeaceus, q̃ triticeus. Magis enim eo aluntur & lactis præbent maiorem facultatem. Cibum assuescat capere interdiu, nocte soluũtur excubiarum causſa. Ter pascere oportet quotidie: mane vbi alligantur, apponendusque potus, item meridie & vesperi cùm soluuntur. Nomina imponi debent breuia, quo celerius quisque vocatus exaudiat. Græci & Latini dissyllabis, Germani monosyllabis plerunque vtuntur. Etsi Colu. non breuioribus duab. syllabis nomina indi deberi scribat

Nomina canum.

bat,idque declarat in nominibus tam Græcis,quã Latinis, σκύλαξ,ῥώμη,ἄλκη,λάκων. Item lupa,tigris,cerua. Xenophon innumera recenset omnia ferè dissyllaba. Morbi & vitia canum sunt muscarum plagæ, ricini, scabies. Aduersus hæc catulos ex amygdala amara cum aqua trita circa aures & intra digitos liniendos,vt neque muscæ hæreãt & exulcerationem inducant, neque ricini aut pediculi molesti sint. Quod si vlcerib. iam p̃occupatę fuerint,picem liquidã suillo adipi vulnerib. instillari conuenit. Hoc medicamine etiamricini contacti decidũt, nam manu non sunt auellẽdi. Pulicosæ cani remedia cyminum tritum pari pondere cum veretro & aqua mistum atque illitum vel vetus amurca per totum corpus fusa. Si scabies,cythysi & sesami tantundem contrito,& cum pice liquida permisceto, vitiosamque partem linito. Quod medicamentum etiam hominib. conuenit. Scabiei mederi ferunt,si cutem pertũdas graphio vel stilo,item si puluere tormentario oblinas. Arist. scribit canes trib. potissimũ morbis laborare rabie, angina, podagra. Ac rabiẽ facere furorẽ & quæ momorderit omnia rabie corripi,at hominem non semper. Intereunt hoc morbo etiam,quę morsa sunt excepto homine. Rabies Syrio ardente cũ primis

Morbi.

Ricinorũ pellendorũ ratio.

Rabies.

primis pestifera. Nam & solis æstu & frigo
re intensissimo rabie infestari canes trad
Aegineta. Demorsos aquæ metus, quae
ὑδροφοβία. ὑδροφοβίαν vocãt, corripit. Quapropter ob
uiam itur per triginta eos dies gallinace
maximè fimo mixto canum cibis, aut si prę
uenerit morbus, veretro. Plinius traditi
λύσσα. lingua canum nasci vermiculum, quæ vo
cetur lytta à Græcis, quo exempto infanti
bus catulis, nec rabidos fieri, nec fastidiun
Signa rabidi canis. sentire. Columella, vt paulò antè dictum
neruum in cauda eductum eodem confer
re tradit. Rabidi cibos & potum auersan
tur, largam spumosamque ore ac naribus
profundunt saliuam, toruis intuentur ocu
lis, strigosum corpus, & solito compressi
us cauda sub natibus cõtrahitur, assultant
De Felib. sine latratu & nullo discrimine beluas &
homines notos iuxta & ignotos. Quemad
modum canis ad custodiam tam domus &
facultatum, quàm pecoris, ita felis domesti
cum animal (ab Aegyptijs propter vtilita
tem pro Deo coli solebat felis aurea) nam
cùm mures tam in vrbibus, quàm in villis
multum incommodi afferãt, aduersus hoc
felium vsus perneceſſarius, nec vllum reme
dium præsentius. Catum vulgus, Græci æ
lurum vocant, muribus natura inimicum
animal noctu vigilans, interdiu dormit. Si

lentio

lentio enim & leui vestigio ac velocitate occultoque speculatu in mures & auiculas insilit, noctu acrius, atque interdiu cernens, testatur Alexan. Aphrodiseus. Oculi in tenebris radiant fulgentque. Coitus ferè circa Februarium & alias: nam sæpius gignit marestante, fœmina subiacente. Cœcos parit sicut & canis. Herodotus author est, feles postquàm sunt enixæ non amplius adire masculos, ipsos verò mares fœminas cocundi gratia quærentes, cùm potiri nequeant, fœtus necare, quibus illæ orbatæ, cupiditate prolis, cuius est id animal amantissimum, ad mares reuerti. Masculi castra domum custodiunt diligentius, alioqui ob venerem euagantur. Excrementa obruunt terra vel frumento, intelligentes odorem illum indicem esse sui. Locus quò mundior, hoc citius vrinam in eum eijcit. Plutarchus scribit felem odore vnguenti turbari ac furere.

Finis libri tertij.

LIBER

LIBER IIII. D
AVIARIIS, RELIQVISQV
VILLATICIS, AC COHOR.
talibus pastionibus.

QVemadmodum pecuariæ p
stionis cura non aspernan
rusticis stipem affert, ita &
uium, apum atque pisciu
alendorum studium vberr
mum pro natura locorum quęstum præb
re solet. Vnde simul & villæ prouentus a
gere, & mensam assiduis inemptisque d
pibus opulentare licet. Auiaria primùm i
stituisse omnium generum inclusis auibu
M. Lęlius Strabo Brundisij proditur, atqu
ex eo cœptum animalia coercere, quibu
natura cœlum assignarat. Aues autem exc
ticas & peregrinas varias subinde aduel
cœptum, è quarum educatione ac sagina
tione, simul & voluptas & fructus percip
tur. Introduximus Pullarium, Chenobo
cum, Melisseum ac Piscinarium de pastion
cohortalium, auium atque apum differen
tes. MELIS. Ecquas te hic video, Pullari, a
ues educare? arbitror impędij plusculum
prouentum exiguum percipere, ornitho
nisqu

nisque impensas, quæstum facilè vincere.
PVL. Certè impẽsas ipsas sarciũt aues, siue
vẽdere eas, siue culinę destinare libeat. Aiũt
Auidium Lurconem HS. sexagena millia
nummûm è suo ornithone singulis annis
collegisse. MELI. At ego communes illas
ues & indigenas magis probo. PVLLAR.
Et nos eas quoque educamus in hoc rure.
MELIS. Age igitur mihi cõmemores, qua
disciplina vtaris: nam oportet te peculiari
diligentia & arte in his curandis vti. PVL.
Ad suum quenque quæstũ æquum est esse
nduſtrium: Si requiras, non recusabo mei
uiarij studium explicare, si tu quoque apũ
uarum œconomiam non graueris explica
e. MEL. Nequaquam grauabor in hoc
ibi quoque mutua opera parêre. PVL. Bo-
is igitur auibus meam disciplinam vobis
eclarabo, exorsurus à communibus: Nam
nter domesticas aues primum locum gal-
nacei pulli sortiri vidẽtur, adeò vulgares,
t vel pauperrimæ mulierculæ impensa fa
ilè nutriri queant. In hac aue tria naturæ
τῆς σοφῆς admirari licet. Primum, quòd
uorum excludendorum tanta sollicitudi
e tenetur, vt cibi potusque necessitatem
egligat: Deinde, quòd pullos tanta curat
iligentia, vt vitæ suæ discrimen pullis tuen
is opponere non dubitet: postremũ, quòd

tempestate ingruente aut frigore, atqu
ægritudine afflictos sub alis colligat, foue
atque, neglecta proprij corporis iactura.
Suauissima extat in Euangelio comparati
scripturæ, qua Christus seruator noster
gallinæ comparat pullos sub alis colliger
tis. Quare cùm hæ omnib. cõmunes, & ir
tra villarum septa pascantur, ab his ordier
dum erit. Ac primùm, qui pulli probentu
magis, & quæ educandi, pascendi, sagina
diq; ratio. Principiò, cõparandæ ad fœtu

Gallinæ quales cõparãdæ ad fœturam.

fœcũdissimę, quales sunt ferè fuscis, aut ru
bicũdis, flauis, aureisq;, atq; etiã nigris plu
mis. Vitantur albæ, quæ sunt plerunq; mo
les, ac minus viuaces, tum ne fœcundæ qu
dem facilè reperiuntur. Et quia conspicu
accipitrum prædis magis expositæ. Sint ig
tur matrices coloris probati, robusto cor
pore ac pectore, magnis capitibus, rectis, r
tilisque cristulis, & interdum geminis, aur
bus albis, & sub hac specie quã amplissima
vngulis paribus. Generosissimæ iudicãtu
è Columellæ sententia, quæ quinis digiti
sed ita, ne cruribus emineant transuersa c
caria, nam quæ hoc insigne gerit virile, a
concubitum contumax, dedignatur adm

Pumiliones gallinæ.

tere marem, raroq; fœcũda, etiam cùm in
cubat calcis aculeis oua perfringit. Pumili
ones gallinas etsi vetustas cùm propter in

fœcun

fœcunditatem, tum propter alias causas im-
probat: tamen pluribus locis fœcundæ re-
periuntur, ouaque plurima edunt. In Britã-
nia insula hoc tempore ad cibos delicatos
expetuntur. Gallinaceos mares quàm sala- *Gallinacei mares quales deligendi.*
tissimos habere conuenit, atque in his idẽ
qui in fœminis color, idemque numerus
unguium, & alia pleraque probantur: atta-
men status altior requiritur, caput erectũ,
sublime, cristæ roseæ, excelsæ, nec obliquę,
oculi nigricantes ac rari, aduncum ac bre-
ue rostrum, aures magnæ, candidæque, pa-
leæ ex rutilo & albo resplendentes, & velut
canæ barbæ dependentes, iubæ variæ, vel
ex aureo colore flaueſcẽtes, vel ex viridi re-
sucescentes, per collum ceruicemq; in hu-
meros diffusæ, musculosa pectora, lacertis
robustis, alæ plenæ ac proceræ, cauda du-
plici ordine singulis vtrinque prominenti-
bus pennis inflexa, fœmina & clunes fre-
quentibus plumis hirta, robusta crura, in-
stis sudibus nocenter armata: Mores etsi
non ad pugnam, neque ad victorię laudem
figuntur, attamen generosi, alacres, vigi-
lantes probantur, & ad sæpius canendum,
cubiasque seruandas prompti: Est enim *Gallus pœnitentiæ cõcionator*
ores, diem horasque, &, vt Prudentius te-
statur, pœnitentiam annuncians: nec qui
facilè terreantur, nam interdum resiste-

re debent & protegere coniugalem gr
gem, atque etiam serpentem, aliudúe n
xium animal interficere : ad pugnandu
tamen propensi & rixosæ libidinis nó pr
bantur, quòd plerunque cæteros perseq
tur, neque patiuntur gallinas iniri, cùm i
si pluribus sufficere non possint. Proin
illa procacitas prohibenda est corio in o
bem formato, perque mediam eius co
partem pes galli inseretur, eaque quasi c
pede coerceatur petulãtia. Nam etsi qui
ferociſsimos alant ad pugnam & ad cert
mina, attamen hîc industrij patrisfamili
vectigal instituitur potius, quàm rixosa
Mas quot fœminis iũ gendus. auium lanista. Mari, qualem descripsimu
quinas aut senas fœminas adhibebimus, p
regrinis, & quas maritimas vocant, pauci
res propter grauitatem subdẽdæ, nẽpe te
næ singulis aut quaternæ, quòd mares n
perinde salaces, neque matres ita fœcunc
& quæ quàm maxima geminisque intere
vitellis oua pariant, plurimæ tamen iner
ad incubandum, raroque multos educa
pullos. Itaque quibus cordi est id genus
ducare, oua generosarum vulgarib. sub
ciunt excludenda, à quibus & pulli nut
untur. MEL. Cedò, quo tempore maxi
Incubationis tempus. conuenit pullitionem procurare? PVL
Quibusdam locis nempe calidioribus, I
nuar

nuario incipiunt oua edere gallinæ, frigidioribus Februario, aut ad finem Ianuarij. Potest autem fœcunditas maturior cibis idoneis prouocari, præbeturque commodissimè hordeum semicoctum, quod & ouorum auget incrementum, & partus frequentiores. Sunt qui eum cibum existimẽt condiendum cithysi folijs & semine eiusdem, quæ vtraque mirum in modum putantur auium fœcunditatem augere. Aut vbi hæc non suppeditantur, sporia supplere poterit. Proderit & calidioribus locis aues foueare, & cùm parturierint aues, curandum, vt habeant cubilia munda, paleisque strata, eaque subinde conuerrenda, & recentia substernenda stramina. Nam replentur pulicibus, alijsque animalibus, quæ gallinas conquiescere non sinunt, ob quam rem ouia aut inæqualiter matureſcunt, aut consenescunt. Obseruare autem oportet, cùm ova ponuntur, vt edita colligantur notẽturque, quæ quoque die nata, vt quàm recentissima glocientibus supponãtur: Possunt tamen & requieta supponi, dum ne vetustiora sint, quàm dierum decem. Cùm primùm parere desierint, ferè incubare cupiunt, verùm id non omnibus permittẽdum, quòd nouellę ouis edendis, quàm excubãdis sint vtiliores. Inhibetur autem ea cupi-

Oua quæ supponẽda ad excludendum.

Excubãdi cupiditas

quo inhibeatur.

tas pinnula per nares traiecta. Veteranæ potius ad excubandum eligendæ, quæ id sæpius fecerint quàm pullastræ. Cognoscendæ etiam quæ excubando vtiliores: Aliæ enim excubandis, aliæ educandis aptiores. Rursus quædam & sua & aliena conculcando frangunt aut deuorant, easque submouere oportet, & si vngues, rostraque acuta habent, eas quoque pariendo potius occupandas, quàm incubando. Citra excubationem excludi pullos existimat Democritus, si gallinarum stercus cribratum tenuiter in ventriculos mittatur, eique gallinarũ pennæ circum ponantur, superq; has oua interponantur recta, parte acuta sursum versa. Deinde super hæc rursum idem stercus injiciatur, donec vndiquaque sint contecta. Quo facto, primos duos aut tres dies sinentur, ac deinceps in singulos dies conuertãtur, ea cautione habita, ne oua inter se colludantur, & æqualiter foueantur. Post vigesimi dies reperientur oua in ventriculis rupta. Vigesima igitur die testam adimito, pullisque exemptis, gallinis committito. Est proditum literis, in sinu mulierem ouum fouisse non intermisso tepore. Nec falso Augusta augurata traditur Imperatoris inde fœta. Adhæc inuentum, vt oua in furno aut calido loco posita, paleisque, igne modico foue

Ecclusio citra excutionem.

fouerentur, homine aliquo ea versante die ac nocte, statutoque die erumpere fœtum. Aristoteles scriptum reliquit, vasis tepidis iniecta sponte oua pullum procreare, aut etiam fimo obruta: Syracusis potatorem tamdiu, vt oua sub storia posita excluderentur, potasse. Numerum ouorum, quę subijciuntur, imparem esse volunt aliqui, nec semper eundem. Nam Ianuario aut Februario quindecim, nec vnquam plura subijciantur, Martio nouendecim, nec his pauciora. Deinde tota æstate vsque in Septembrem aut Octobrem totidem, Pòst superuacua pullationis cura, quòd pulli frigore intereant & humoribus. Etiamsi à solstitio æstiuo pullos incrementum non suscipere quidam tradant, atque optimam fœturam esse ab æquinoctio verno. Semper autem obseruandum, vt luna crescente à decima ad quintam decimam id fiat. Tum enim commodissimam suppositionem, Et sic dispensandum tempus, vt rursus excludantur pulli luna crescente, diebus videlicet quibus animantur oua, & in speciem volucrum conformentur. De tempore exclusionis variant. Aristoteles vndeuiginti diebus excludi scribit, Varro ter septenis, vel bis denis diebus gallinaceum genus, pauoninum & anserinum

Tempus excludendi.

ter nouenis perfici, aliquando pluribus, a-
natum totidem, quot gallinaceorum, Idq̃;
si diem simul atque noctem incubet, præ-
terquam manè ac vesperi, dum cibus ac po
tus præbetur, quod tempus etiam inuitis
concedendum. Aestate citius, quàm hyeme
absoluitur exclusio. Si pauonina cum galli
naceis excludenda supponas, pauonina de
cem diebus ante gallinaceos subijcias, vt
vnà excludantur: nec plura, quàm quin-
que pauonina aut anserina gallinis suppo-
nenda. Vt mares excludantur, quàm lon-
giſsima & acutiſsima oua subijcies: sin fœ-
minas, quàm rotũdiſsima, vt Plinius & Co-
lumella scribunt, licet contrà Aristoteles
sentiat. Oua subinde diebus aliquot inter-
positis vertenda, vt æqualiter cõcalescant.
Vt autem deprehendere liceat quæ plena
sint & vtilia, & quæ inutilia, in aquam mit-
tenda sunt, vt Varro præcipit, & quæ inania
sunt, supernatant, plena subsidunt. Alij ad
lucernam explorant, nam quod inane, per-
lucet. Non autem quatienda, ne vitales fi-
bras iam inchoatas confundas. Compertũ
quassata claudos produxisse pullos. Poteri
mus etiam animaduertere, an oua quæ ex-
cubantur in se semẽ habeant, si quatriduo,
pòst quàm incubari cœperint, ad lumẽ aut
solis splendorem teneas, & si purum ani-
maduer-

Vt mas aut fœmina p ducatur.

Oua quomodo exploranda.

maduerteris, eijciendum, & aliud ſubſtituendum. Aduerſus tonitrua, quibus vitiantur oua, quidã folia vel ſurculos lauri ſubijciunt, aut graminis aliquid infra cubiliũ ſtraméta. Aliqui allij capita cum clauis ferreis. In ipſis caloribus æſtiuis oportet aliquoties oua conſpergere leniter aqua ac madefacere, ne nimia caliditate exiccẽtur aut inania reddantur, preſertim Indicarum auium & pauonum. Si nidum euerras ſternasque ac mundare velis, oua ſingula manu in alueolum ligneum conferas, ac deinde in præparatum nidum reponas. Incubantibus, cibus & potus iuxtà ponendus, vt ſtudioſius nidis immorentur, neúe longius euagantes oua refrigerentur. Et quamuis matres oua pedibus conuertant, tamen vbi deſilierint matres, manu verſanda, vt æqualiter calore concepto facilè animentur: & ſi qua vnguibus læſa ſunt, ea remoueat auiarius. Die vndeuigeſima inſpiciendum an pulli roſtellis oua percuderint, auſcultandumque an pipiant. Nam aliquoties propter duritiem putaminum erumpere non queunt. Itaque hærentes eximere manu oportet pullos & matri fouendos ſubdere, idque non amplius triduo faciendum, nam poſt vnum & vigeſimum diem ſilentia oua parent animalib. eaque remouenda ſunt, ne

Aduerſus tonitrua.

incubans inani ſpe detineatur effœta. Vigeſimo enim die ſi moueatur ouum, iam viuentis intra putamen vox auditur. Ab eodē tempore plumeſcit, ita poſitus, vt caput ſupra dextrum pedē, dextrā verò alam ſupra caput habeat, vitello paulatim deficiente. Pullos non oportet ſingulos, vt quiſq; natus ſit, tollere, ſed vno die in cubili cum matre ſinere, & aqua ciboque abſtinere, dum oēs excludātur. Mirum & tamē compertū, quod antè, quàm cibum attigerint, nō pereant, ſi è ſublimi decidant. Poſtero die cùm grex fuerit effœt⁹, Colu. docet, cribro ſupponēdos, & pulegij ſurculis fumigare, aut in cophinum miſſos ſuſpendere in fumo, quæ res prohibere pituitā putatur, ea enim celerrimè teneros necare ſolet: Inde cauea cum matre claudendi, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vinoq; inſperſo modicè alendi. Maximè enim cruditas vitanda eſt, atq; ob hoc tertia die cauea cum matre cōtinendi. Poſtquā emittuntur ad recentem cibum, ſinguli tentādi, ne quid heſterni habeant in gutture: Nam ſi vacua non eſt ingluuies, cruditatem ſignificat, abſtineri debēt dum cōcoquant. Longius aūt non eſt permittendum teneros euagari, ſed circa caueā continendi ſunt, & farina hordeacea paſcendi dum corroborentur. Cauendum autem

autẽ ne à ſerpẽtib. afflentur, quorum odor tam peſtilens, vt vniuerſos enecet: Id euitatur incenſo ſępius cornu ceruino, vel galbano, vel muliebri capillo, quorũ omniũ nido re p̃dicta peſtis repellitur. Curandũ vt tepidè habeãtur, ſiquidé nec frigus nec calorẽ immodicũ tolerant. Plumę circa podicẽ & ſub cauda ſubinde detrahendę, ne ſtercore indurato naturalia p̃cludãtur, q̃ ſi sẽtiatur, pinna pertundatur, digeſtisq́; cibis iter aperiatur. Cũ matrib. ad menſem ferè ſeruãtur clauſi, pòſt datur vagandi libertas. Inimiciſſima etiam validioribus omniũq́; generi pituita maximè inter meſsis vindemiæq́; tempus. Alba eſt pellicula linguã veſtiens extremam, hæc vnguib. vellitur & locus cinere tãgitur, & allio trito plaga cõſpergitur. Ea peſtis euitatur mũdiſsimis vaſis, & vt mundiſsimã p̃beamus aquam, gallinariaq́; munda p̃ſtentur fumigenturq́;: aut incubatus ſit in fumo maximè ex lauro & herba ſauina.

De morbis pullorũ & remedijs.

Aduerſus pituitam.

Mederi quoq; vulgus ſolet huic malo penna per tranſuerſas inſerta nares, perq́; oẽs dies mota: cibus, vel ruta butyro oblita, vel alliũ cum farre aut aqua perfuſum, aut deniq; ſpicę allij tepido madefactæ oleo fauci busq́; immiſſæ. Quidã inquit Colu. hominis vrina tepida rigant ora & tamdiu comprimunt, dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauſeam. Sunt

Sunt qui allio in frusta conciso & oleo feruenti indito, quo refrigerato os eluunt. Si lupinum comedant, sub oculis illis grana erumpunt, quæ nisi leniter apertis pellículis auferuntur, extinguũt aues. Quod si pituita circũuenit oculos, & iã cibos respuat, ferro rescindantur genæ, & coacta sub oculis sanies exprimatur, ac sal tritum infriatur. Idque accidit cùm æstate consistens in cohortibus aqua potatur, & cùm cibi penuria laborant ac frigore cruciantur. Oculis laborantes portulacæ succo & muliebri lacte curare solent, oculis forinsecus illitis, aut cumino ac melle saleque ammoniaco. A pediculis liberantur cumino tosto & staphide agria paribus portionibus contusis, illit aque ex vino. Item aqua decoctorũ sylueſtrium lupinorum proluere, vtile tradũt. Si gallina ouum comedat, oui candido euacuato gipsum, aut aliud liquidum infundatur, vt in testæ duritiam transeat. Vt vuas non attingant, efficit vua labrusca de vepribus immatura lecta, & cum farre triticeo minuto cocta esuriẽtibusque obiecta, eius sapore offensæ aspernantur vuas. Dandum vuæ florem in cibo, vt vuas non attingat, Plinius tradit. Vt autem in cæteris animalibus rusticis, ita in hoc genere optima seruanda & deteriora vendenda aut mensæ destinãda.

Delectus in seruãdo

da. Quapropter per autumni tempus omnibus annis cùm fructus earum ceſſat, numerus minuendus, ſubmouendæ veteres, puta quæ trimatum excedunt, & quæ aut parum fœcundæ, aut non bonæ nutrices: imprimis autem quæ oua, vel ſua vel aliena exorbent, nec minus quæ vt gallus cantare atque calcare incipiunt. Adde ſerotinos pullos, qui à ſolſtitio nati iuſtũ incrementum accipere non queant. Galli tamen quandiu fœminas implent, retinendi. Rarior enim in his auibus mariti præſtantia. Ad ſaginam potiſsimùm aptæ, quæ in ceruice cute pingui. Locus ad ſaginandum calidiſsimus deligendus, & modici luminis, quòd motus earum & lux pinguedini inimica, vt Varro tradit, & experientia ſuffragatur, idque ad dies 25. tum denique pingues fiunt. Singulæ caueis vel ſportulis pendeãt, habeantq; ab vtraque parte foramina, vnum quo caput, alterum quo caudã exerant, vt & cibum capere, & ſtercus egerere poſsint. Subſternantur paleæ aut fœnum, nam ſi durè cubent, citiſsimè pingueſcunt. Pluma omnis in capite ſub alis atque clunibus detergatur, illic ne pediculum creet, hîc ne ſtercore naturalia lædantur. Cibus præbetur hordeacea farina, quæ cùm eſt

De ſaginã do.

aqua

est aqua aspersa, ea subacta formãtur offæ, quibus aues saginãtur, ea tamen primis diebus parcius datur, donec concoquere assuescant: deinde tantum dandum, quantũ concoquant, neque recens admouenda, nisi apparuerit tentato gutture nihil remãsisse. Alij mulsa aqua conspergunt farinam, melli tribus aquæ partibus additis, vini vnã addunt, eoque madefacto triticeo pane obesant: alij lacte addito saginari delicatissimè tradunt. Castrãtur gallinacei, vt Aristoteles tradit, parte nouissima alui, quæ, cùm coeunt, concidit. Hanc si duobus aut tribus ferramentis adusseris, capos fieri. Quòd si perfectus est qui castratur, crista pallescit & cucurire desinit, neque coitum repetit. Nostrates fœminæ circa fœmina vulnere facto testes digitis eximunt, plagaque resuta butyro illinunt, inde cauea inclusos die vnó aut altero à potu arcent. Porrò ab ineunte messe, atque per hyemem tam abundè cùm alijs tum hisce auibus excussa frumenta ministrant alimenta, quibus sustineantur. Vbi vinearum vsus, hic subtractis sumptuosiorib. cibis vinacea præbentur: vbi & frumenti excusio & vinacea desunt, hic vel auena, sporia, alióue pabulo aluntur. Vt aũt & hyeme oua pariant, præbetur semen cannabis, qp calefaciat. Si magna oua

Castratio.

Ouorum discrimina, & de

ɔua desideres, Leontius tradit, testã laconi *ouis in ge-*
ctã, tusam furfurib. & vino admiscendã atq; *nere.*
ſubactã gallinis obijciendã: aut testæ con-
uſæ acetabulũ vnũ ad duas chœnices fur-
furis admiscendũ & in cibum ꝑbendũ. O-
ua gallinacea, sicut & columbarum & anse
rum ac pauonum & testudinum, candidi
ũnt coloris, aquaticis subuiridia & pallida
quędã. Indicarũ auiũ pauoninis cętera si-
milia, nisi ꝙ pũctis minutis, sicut & melea-
gridũ, distincta. Phasianis & cẽchridũ sub-
rubri coloris. Intus omne ouũ volucrum
ɔicolor, vt scribit Pli. Aquaticis lutei pl⁹, q̃
lbi, idq́; ipsũ magis liuidum, quã alijs. Pis-
cium vnius coloris, in quo nihil cãdidi. A-
liũ oua ex calore fragilia, serpentum ex fri-
gore lenta, piscium ex liquore mollia. Ex-
unt oua à rotũdissima sui parte, dũ pariun
ur molli putamine, sed ꝑtinus durescẽte,
quibuscũq́; emergunt portionib. Oblõga
ɔrobantur magis, attestante Poeta: Longa
quibus facies. Atq; his, vti superius dictum,
nascules produci, rotundiorib. fœminas,
icet Aristoteles contrà sentiat. Vmbilicus
ɔuis à cacumine inest, quasi gutta eminens
n putamine. Gallinæ quædã grandiuscula
ɔua pariunt, & geminis plerunque vitellis,
t putaminis medium quasi circulo cinctũ,
quod & ab Aristotele proditum, & expe-

rientia

rientia didicimus. Nonnullæ gemina edũ
geminosque excludunt. Quarundam tar
ta fœcunditas, vt sexagena, quarundam
quotidiè, aliarum vt bis die pariant: Aliqu
in tantùm fœcundæ, vt effœtæ intereant.
Omnibus ouis medio inest quasi guttu
sanguinea, quod esse cor auium existimã
primum in omni corpore id gigni existim
tes. Ipsum animal ex albo corporatur. Cil
eius in luteo. Omnibus intus caput maiu
toto corpore. Oculi compressi capite ma
iores. In crescente pullo, cãdor in mediu
vertitur, luteum circumfunditur. Vicesim
die si moueatur ouum, iam viuentis intr
putamen vox auditur, ab eodem tempor
plumescit, ita positus, vt caput supra dex
trum pedem habeat, dextram verò alar
supra caput, vt ex Aristotele Plinius prodi
dit. Plena quæ sint, vt cognoscatur, supe
ὑπηνέμιον ὠὸν. rius dictum. Oua irrita, quæ & hypenemi
dicuntur, mutua fœminarum imaginatio
ne libidinis gigni tradunt: Alij vento ea pu
Zephyria. tant generari, & ideò Zephyria dici, vt Ari
stoteles ante Plinium tradidit. Oua seruan
tur per hyemem, si paleis vel lométo obru
as: æstate, si furfuribus vel tritico. Quidar
trito sale sex horis prius operiunt, deind
eluunt, atque ita paleis aut furfuribus obr
unt. Nonnulli solida, plerique etiam fres
fab

ſa coaggerant, alij ſalibus integris operiũt: Verùm ſal, ſicut non patitur putreſcere, ita minuit oua, nec ſinit manere plena. Galli- *De gallina*
naria conſtitui debent parte villæ, quæ hy- *rijs.*
bernum ſpectat orientem, iunctaque ſint, ſi fieri poſsit, furno aut camino, aut denique culinæ, ita vt ad gallinarium fumus perue-
niat, qui his auibus eſt ſalutaris: vnde arbi-
ror ortum, vt in penſionibus maiores repe
riantur ſtipulaſſe pullos fumarios tanquã *Pulli fu-*
melioris notæ, id quod documentis publi- *marij.*
cis penſionum conſtat. Ornithonis autem *Rauchu-*
ellę perpetua frons orienti ſit obuerſæ, in- *ner.*
ue ea fronte aditus detur: Sint autem cel-
æ ſcalis tabulatisque inſtructæ, & paruis ab
oriente illuminentur feneſtellis, quæ & ip-
ſis auibus matutinum præbeant exitum, &
veſpertinum ingreſſum ad quietem noctur
nam. Nocte autem claudantur, quo tutio-
res maneant, & feneſtellæ ſic clatris muni-
antur, ne poſsint noxia animantia irrepere.
Per ordinem etiam diſponenda gallinarũ
cubilia & nidi, quibus aut oua edantur, aut
excludantur pulli. Aſcenſus ad cubilia &
nidos datur iunctis aſſerculis atq; ſcandu-
lis, quæ paululum formatis gradibus aſpe-
rentur, ne ſint aduolantibus lubrici, neque
cubilis aduolando & inſiliendo oua perfrin-
gant. Non eſſet inutile intrinſecus & extrin

secus auiaria poliri opere tectario, ne v
mustelæ aut alia noxia animalia accessũ h
beant. Tabulatis insistere dormientem
uem non expedit, & ferè recusant volucr
Sic enim suo lædũtur stercore, quod cũ
pedibus adhæresci, podagram generat
Quare perticas habeant, quib. insistãt, qu
in quadrum dolari vult Colu. sed mag
conuenit esse rotũdas, ita tamen, ne sint
teretes vt leuitas insilientem non patiatur
contineri. Perticæ autem foratis duob
diuersis parietibus induuntur, ita vt à t
bulato pedalis altitudinis & inter se bipe
lis latitudinis spatio distent. Hęc erit coh
talis officinæ dispositio. Porrò cohors p
quam vagantur nõ tam stercore, quàm
ligine careat. Nam plurimum refert, aqua
nõ esse in ea, nisi in vno loco quam bibar
eamque mundissimam: Nam stercoro
pituitam generat, vt antè dictũ. Pura vt se
uari poterit aqua quã bibant, & cibus va
lapidea vel fictilia, quæ præstant: aut etia
lignei canales superius tecta à laterib. fab
centur, quæ foramina habeant, vt auiũ c
pita possint admittere: Nisi enim tecta sin
auis insiliens proluuie ventris conspurc
Esca danda manè die incipiente, ne lati
euagentur, & ante vesperam, vt tempori
ad cubilia redeant. Clausæ ter, vt Colume

Pascẽdarum gallinarum cura.

la vul

la vult, pascendæ. Bis aut ter certa voce cõ-
uocandæ, vt ea agnita propter cibi spem
accurrant. Debetque numerus subinde re-
cognosci, quod volatilia facilè custodiam
fallant. Est etiam siccus puluis iuxta parie- *Puluerem*
tes suppeditandus, quibus veluti lauentur *gallinis sup*
& pinnas emundent. Nam sicut sus vo- *peditãdũ.*
lutabro, sic puluere delectãtur cohortales
aues. Hæc ferè sunt, quæ de gallinaceis pul
is dicenda videntur. MEL. At de reliquis
quoque auibus ruris differendum erit: id
ortè Chenobosc̃us expediet. CHE. Si sic
ubetis, nõ recusabo de meo quoq; penna-
o pecore differere. MEL. Maximè. CHE. *De anseri*
nter aues rusticas profectò anseres meritò *bus.*
ecundo loco referentur & anates, quæ &
nter ἀμφίβια numerantur, quòd nõ solùm
errestribus, verumetiã aquatilibus pabulis
lantur. Et quia non vsque adeò magnam
urã flagitant, chenobosc̃ia rustic̃e pastioni
on inidonea, quòd citra magnas impen-
s, si locus sic ferat, sustineantur, & quæstũ
on aspernandum ex ouis, pullis, plumisq;
beant: Nã præter ouorũ prouentũ, bis an-
o, vere atq; autũno vellere licet, & saginã
inistrant lautissimã. Adde silentibus cani-
is custodiã præstare anseres. Quapropter
Romanis hęc auis honorata, quòd insidi-
tem Capitolio nocturnum hostem pro-

diderit. Anſerem perpetuò adhæſiſſe La-
cydi Philoſopho Plinius tradit. Deligendi
qui genere ſint ampliſsimi, Varro albos
mauult, eumque colorem veteribus fuiſſe
in precio, è priſcis clientelarum pactioni-
bus apparet: varium genus ferum vocat id
Varro. Aluntur commodius vbi paludes
ſtagna, locaque vliginoſa & communia, ſi
quidem ſegetibus, pratis, conſitisque loci
noxia auis, & tenera quę contingere potes
decerpit, neque facilè renaſcuntur ab ha
alite demorſa: Adhæc fimo inutili atq; et
iam noxio cõſpurcat loca, in quibus verſa
tur. Quare, vt dixi, paludibus ſtagnisq; ma
gis conuenit, & terris non conſitis. Ea con
ditio loci ſi permittat, vtiliter ruſticis & i
villis educantur: Neque enim ſine aqua, ne
que ſine multa herba ſuſtinentur faciliter.
Cibarijs natura humidis ac refrigerantibu
gaudere anſerem. Vitare autem natura ea
q̃ noxia, qualia ſunt lauri folia & rododd
phnẽ, vt AElianus teſtatur. Aptiſsimũ tem
pus ad pariendum incubandumque eſt
Calendis Martijs ad ſolſtitium vſque. Sa
liunt ferè in aqua, dum ſe mergunt in flum
ne vel piſcina. Columella ſingulis maribu
ternas fœminas deſtinari vult: Nã propte
Hara anſeraria. grauitatem plures inire non poſſe. Intra c
hortẽ vt protecti ſint, haras ſecretis angul
facer

facere oportet in quibus cubitent & fœtus edant. Anſerarium quidã ſic conſtitui volunt, vt ſingulæ ſuas haras habeant: Sed ſi cui operoſius videtur, vna ſatis ampla ſufficere poterit. Cellę humorem non habeant, ſed molle ſubſtramen è palea aliáue re, neque eò detur noxijs beſtijs acceſſus. Minimè concedendum eſt fœminis extra ſeptũ parere, ſed cum videbũtur ſedem quęrere, comprimendæ atque tentandæ ſunt: Nam digito tanguntur oua in prima parte genitalium, quamobrem includi debent vt oua edant, idque ſemel atque iterum feciſſe ſatis eſt, eodem enim recurrit, quò primò peperit. Ter anno parere proditum, ſi prohibeantur ſuos fœtus excludere, quod magis expedit, quàm quòd ipſæ ſuos foueant, quã loquidem à gallinis melius enutriuntur, & grex hac ratione augetur. Ouis anſerinis & olorinis Indorum Reges tragematum loco & in delicijs vſos memoria ab Aeliano proditum. Ariſtoteles tradit fœminas tantùm, nõ etiam mares, vt in alijs quibuſdam incubare, quas vt ceperunt nunquam intermittere, ſed perpetuo fouere incubitu. Nouiſsimo fœtui ipſas incubare ſinemus, notandaque vniuſcuiuſque oua characteri vt ſuis matrib. ſubijciantur: Negantur enim aliena excludere, niſi ſubiecta ſua ſerinorũ.

Anſerarij conſtitutio eiuſque hara.

De partu anſerum.

Excluſio ouorũ anſerinorũ.

quoque habuerint. Supponuntur autem gallinis huius generis oua, ſicut & pauonina, vt plurimum quinque, pauciſsima tria, vt ſuperius quoque de gallinis admonitũ, ipſis anſeribus pauciſsima ſeptem, & plurima quindecim. Cuſtodiri debent, vt oui ſubijciãtur vrticarũ radices, quo quaſi remedio mederi exiſtimant quidam, ne nocere poſsit excuſsis pullis, quos enecant vrticae ſi teneros pupugerint. Pullis excludendis triginta diebus opus, cùm ſint frigora, tepidioribus paucioribus: ſæpius tamen anſer trigeſimo die naſcitur. Sunt qui hordeũ maceratum incubantibus apponant, ne cogantur matres ſæpius pabuli cauſa nidum deſerere. Vbi excluſi pulli, decẽ primis diebus paſcuntur in hara cũ matre, poſtea cùm ſerenitas cœli permittit, & emittitur ad prata & piſcinas, cauendumq́ue ne aculei vrticæ pungant, néue in paſcua eſurientes producantur, ſed antè inciſis intybis vel lactucæ foliis, aut tritico atque hordeo confirmatiores ſat famem expleant: Nam ſi in paſcua eſurientes mittantur, ſolidioribꝰ herbis ac fruticibus renitẽtibus collum abrũpunt. Pullos non cõuenit plurium gregum coniungere, vel cum maioribus cõcludere, ne infirmiores à validioribus conculcẽtur aut lædantur. Cauendum ne ſetas glutiant

Vb

Vbi quatuor menſium fuerint, aut etiam antè, farturæ maximè idoneæ. Iuuenes enim facilius ſaginantur, & eſt facilis harum auium ſagina, nam præter polentam & pollinẽ nihil aliud dari neceſſe eſt, dummodò bibendi poteſtas largius fiat: Neque vagandi facultas detur, ſintque calido loco & tenebroſo, quæ res ad curandas adipes multum conferunt. Græci polentæ duas partes & furfurum quatuor aqua calida temperant & ingerunt pro appetentis voluptate, tribus per diem vicibus potum miniſtrant & media etiam nocte. Vt autem iecur tenereſcat, tunſas caricas & aqua maceratas in offas ac turundas volutabis exiguas & per dies 17. vel 20. in eos ingeras. Iudæi miri ſaginandi artifices anſerem lineo cinctum loco obſcuro ſuſpendunt, auesque piſis alijsúe rebus obſtruunt, ne vel viſu vel auditu ad agitationem clangoremque prouocetur, offis è farina hordeacea maceratis ter quotidiè datis potu ac ſabulo appoſitis, eaq; arte farciẽdo ad tantã ſagi am producũt, vt iecur eius auis ad quinq; bras excreſcat. In Comitijs Vormaciéſibus à Iudæo nobis oblatũ iecur anſerinum uatuor librarum põdere. Plinius teſtis eſt tilibus anſeribus in magnam amplitudiem iecur creſcere, exẽptũ quoq; lacte e-

De ſaginã dis anſeribus.

uulso augeri. Nostrum vulgus loco obscuro & angusto appositò hordeo aut tritico fagino, & seorsim aqua atque sabulo in suis loculis, eaque ratione intra quatuordecim sepe dies pingues reddit. In messe, spicis demessarum frugum saginantur. Velluntur, vt diximus initiò, bis singulis annis, vere scilicet & autumno. Præcisæ non facilè crescunt pennarum caules, sed vulsę renascuntur. Melior pluma, quę corpori proxima. Plin. Germaniæ anseres commendat easque lingua eorum Ganzas appellari tradit. Sed de ansere satis. Anatum & querquedularũ eadem propè disciplina & cura, quæ anserum, nisi quòd hæ paulò magis delectantur aquis & paludibus, atque in ijs crebrius viuant. Quare his auibus destinandus locus palustris aut lacus siue naturalis seu manu facta piscina, quo gradatim descendere, & vbi versari & inurinare tutò possint. Columella septem constitui vult ijs auibus semotum ab omni pecore, à villa tamen non procul. Plures id haras habere, & singulas pedibus ternis quoquo versum aditus singulis firmis ostiolis munitos, quæ per sœturam diligenter claudendæ. In proximo stagnum sit seu piscina manu facta vel flumen, quibus, vt dixi, innatare liceat. Nam aquæ adminiculo non magis, quàm terre

Velluntur anserum pluma.

Ganzæ.

De anatibus.

terreno rectè viuere possunt. Palustris quoque & herbidus ager conducit, & si fieri potest, circumfluus herbis familiaribus cõsitus, veluti trifolio, fœno græco, intybo, lactuca, & id genus alijs, quæ auidissimè ab his appetuntur, eaque etiã pullis vtilis esca. Datur etiam auena & hordeum atque aliæ fruges ex aqua sorbentibus. Glandes maximè appetunt, ijsque cumprimis saginãtur. Delectantur mirum in modum viuarum stirpiumque syluulis immorari, & quibus à rapacibus animalibus tutæ delitescere possint. Interim tamen adsit aqua à frutetis libera, vbi sine impedimento cum apricitate diei gestiunt aues nandi velocitate concertare. Nam vt loca ea amant, vbi aquaticis animalibus insidiari possint quibus victitent, ita offenduntur, si desint euagandi spatia, quare ripas etiam requirunt herbidas. Hyeme, cùm aqua glacie concrescit, cibus prębendus. Nidos ipsæ sibi exædificare furtim gaudent, verùm id non permittendum, sed cubilia illis præparanda vel in hara, vel foris fruticibus integenda: Atque hic canaliculus humi depressus sit, per quem quotidie cibi cum aqua misti decurrant, quibus pascantur. Esca, vt dictum, præbenda auena, hordeum atque legumina, etiam panicum, milium ac sporia, si eorum copia est.

Oua ponit plurima, quibus ſicut & anſerinis familia non inutiliter alitur. Seruantur anatum anſerumque oua, vt de gallinaceis dictum: item furfuribus, frumento, aut cineribus immerſa. Pariunt ijſdem temporibus, quib. anſeres & cęteræ aues, circa Martium & Aprilẽ. Proinde ijs locis vbi verſantur feſtucæ furculiq; ſpargendi, quos colligere poſſunt nidis cõſtruendis. In hoc νεοτροφίῳ oua vel ipſis matribus excludenda permittuntur, vel gallinis ſubijciuntur: Nã ab his excluſa miteſcere magis & ſylueſtrẽ naturam exuere putantur pulli, clauſiq́ue viuarijs haud dubitanter progenerant. Cauere oportet ne oua, dũ matres pabuli cauſa nidum deſerunt, à cornicibus, picis, aliorúmue animalium inſidijs diripiantur. Si paludes idoneæ ſint, non incommodè educãtur à matribus. Nam mox, vt excluſæ, aquis victitant cum matribus citro vllas impenſas: ſolùm vt à miluis, cornicibus, ceteriſque rapacibus animalibus defendantur. Atque ſic erudiri poſſunt, vt veſperi ſponte anataria & cubilia ſua repetant: Neq; enim conuenit noctem foris agere propter inſidias prædantiũ, & vt cicures magis reddantur: tametſi foris interdum reperiãtur: peperiſſe, & poſtea numeroſum fœtum in villam reduxiſſe. Cùm in Anglia legatione fun-

fungeremur, à fide dignis hominibus acce pimus, esse in Hybernia maritimas arbores, quæ fructum ferant, qui vbi maturus in ma re decidens mox in anates vertatur. Quod etsi nouum videretur, Aristotelem reperi suffragatorem, qui tradit Hypanem fluuium apud Cymmerium Bosphorũ sub solstitio folliculos deferre acinis maiores, qui bus quadrupedes volucres erumpant. Iam ad pauones transeo, quæ aues cùm ad delicias magis, quàm ad quæstum educentur, vrbano magis patrisamiliâs, quàm rustico harum alitum educatio conuenit: etsi Varro scriptum reliquit M. Ausidium Lurconem, qui has aues primùm saginare instituit, HS. sexaginta millia in anno capere consueuisse è pauonib. Quod sicuti multi precia extulerũt pauonum, ita vt oua denarijs quinis, ipsi pauones quinquagenis, grex cẽ tenarius quadraginta sestertia redderet. Cibo p̃stat, & heroũ mẽsis conueniens, diuq́; incorrupta seruatur ei⁹ auis caro. Oua quo que grati saporis in delicijs habentur. Primus Hortẽsius traditur cibi gratia Romæ pauonẽ occidisse adijciali cœna sacerdotij. Hinc aliti & intellectus & gloria tribuitur. Gemmantes laudatus expandit colores, vt elegãter à Plinio scribitur, aduerso maximè sole, quia sic fulgẽtius radiãt. Idẽ cauda

Anates è fructibus arborum.

De pauonibus.

annuis

annuis vicibus amissa cum folijs arborum, donec renascatur iterum, mœstus quærit latebras. Vagantur sicut & pulli gallinacei sine custode ac sponte pascitur: Insulis commodius alitur, quia neque sublimius neque longa spatia volitat. Tradunt maleuolum esse animal sicut anserinum, verecundum, suum fimum resorbere, inuidentes scilicet hominum vtilitatibus. Viuit annis viginti quinque, vt Aristoteles tradidit. Parit à trimatu, & colores pennarum varios recipit mas. Excludit diebus tricenis aut circiter, sicut & anser: ter anno edit oua, si gallinis subijciãtur, neq; patiamur priora excludere. Gallinis supponenda, vt superius quoq; traditum, quàm recentissima, quæ à primo incremento lunę nouenis ouis incubet, nępe quinque pauonina & quatuor gallinacea habeant supposita, decima die gallinacea subtrahãtur, & alia gallinacea totidem substituantur recentia: versanda sunt autẽ, atque ideò vna parte notãda. Magnæ quoque gallinæ deligendæ, minoribus pauciora supponenda, nempe pauonina tria, & sui generis sena. Cùm fuerint editi pulli, similiter vt gallinacei primo die nõ moueantur, postero die cum educatrice transferantur in caueam, primisque diebus alantur hordeaceo farre respersо liquore, vel è quolibet

bet frumento cocta pulticula & refrigerata: Post paucos dein dies præter hæc concisum porrum & recocta aut recens caseus expressus, nam serum lactis nocere pullis existimatur: præberi etiam poterunt locustæ & bruchi pedibus ademptis. Post mensem in agrum educuntur, sequunturque singultientem matrem, quare ligato pede longa chorda (ne longius adducat) dum pulli satiati reducantur in villam. Post sextum mensem hordeum de manu præbetur & panis. Septimum mensem cùm excesserint, in cubili cum cæteris ad nocturnam quietem includuntur, neq; permittendũ, vt humi desideant, sed attollendi in perticas, ne frigore lędantur. Et quanquam maiores facti in culminibus ędium sedẽ quęrere gaudent, & masculi excubitores sunt perinde atque anseres vigilantissimi, tamẽ in perticis & auiârijs assuescere præstat. Columella tradit nõ debere alias gallinas, quæ pullos sui generis educant, in eodem loco pasci. Nam conspecta pauonina prole maiore, suam diligere desinunt, & immaturos relinquere solent. Mares desiderio incubãtium oua frangunt, quare & in latebris parere præstat matres, ita pullos quoque persequuntur tãquam alienigenas antè, quàm cristæ nascantur. Mares singuli quinis sufficiunt

ficiunt fœminis. Si vnam aut alteram fœtam sæpius compresserit, vixdum concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum finit perduci. Locis apricis ad ineundi cupiditatē exerceri incipiūt à Februario, cùm semetipsum veluti mirantem cauda, gemmantibus pennis protegit procandi signo. Quare hoc tempore concitantibus. libidinem cibis, vtriusq; sexus Venus est alenda, veluti faba leui fauilla tosta, ieiunisq; data tepida quinto quoq; die. Pugnaces mares cohibēdi aut separandi, ne imbecilliores à cibo & coitu arceāt. Post admissurę tēpus matrices custodiendæ, ne alibi, quàm in suis haris oua edant, sæpiusque digitis loca fœminarum tentanda: nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Perticis quibus insistunt stramenta subijcienda, quò tutius integri fœtus excipiantur: nam sæpè perticis insistentes enituntur oua. Morbi harum auium & remedia propemodum eadē cum ijs, quæ suprà de gallinaceis tradita, nempe pituita & cruditas, & si quæ aliæ pestes ijsdē remedijs curātur. Maximū illis periculum, cùm incipit crista prominere, nam tum dolores sentiūt, dentiētiū infantiū more. MEL. Peregrinarum harū auium, quas Indicas vocant, disciplinam audire gestio: miror si harum nusquam veteres meminerint

Morbi.

rint. CHE. Indicarum, vt vocant, auium recens apud nos vſus & educatio: Nam ante annum redemptionis triceſimum ſupra ſeſquimilleſimũ apud nos nõ ſunt viſę, neq; veteribus arbitror notas, tametſi non deſint, qui exiſtiment inter Meleagrides connumerandas eſſe, quòd palearijs & criſtis ſint cæruleis: at Indicas criſtas non habere videmus, ſed palearia tantũ. Sunt etiam qui pauonum generi attribuant, nam & caudam erectam explicant libidine concitati atque admirabundi ſeſe inſtar pauonũ venditant, quanquam neque his in vniuerſum congruant: Harum auium hoc tempore greges paſsim aluntur, cùm propter raritatem, tum corporis molem. Quanquidem propter cibi gratiam & ganeis expetitam cupedijs lautitijsque anſeres pauonesque fœminæ æquant, mares ſuperãt. Plumis vt plurimum vel albis vel nigris vel vtriuſque, veluti diſtinctis maculis: nonnulli cæruleo nigroque intermixto colore, pedidus pauoninis, cauda breui, ſed quã mares pauonum more erectam expandunt, maximè fœminam appetentes. Caput & collum implume pellicula rugoſa velut capitio tectum, quam ſupra roſtrum propendentẽ pro arbitrio vel contrahit vel emittit. Mari palearia ſunt profuſiora, & à pe-

De Indicis auibus.

à pectore crinitæ iubę. Colorem rugosæ il-
lius circa caput pellis (quæ veluti pale aria
vt diximus, & supra rostrum demittitur, &
circa collum veluti bullis turgescit) subin-
de Chamæleontis instar mutat iridis imita-
ta colores, modò pallidam, modò sangui
neam, nonnunquam cæsiam, aliàs lutean
ostentans: atque his om nibus colorib. sub
inde mutatis naturę miraculo visenda auis
Disciplina propè eadem, quæ & pauonun
animaduertitur, nisi quòd frigoris & hu
moris intolerantiores. Animal est mirè sa
lax. Singuli mares pauonum more quater
nis quinisúe matribus sufficiunt. Partu pa
uones anteuertunt, nam & anniculæ, vel
tardè, bimæ pariunt, ordientes à Martio au
citius locis calidiorib. Plurima ponũt oua
si illis auferantur, atque gallinis subdãtur
Quòd si non tollantur, mox incubare inci
piũt: siquidẽ ad incubãdũ mirè propensa
adeò vt sublatis ouis, lapidi aut alij cuiui
rei ac deniq; vacuo nido incubare nõ ces
sent. Inhibendũ igitur incubandi desideri
pinna per nares traiecta, vt superius de vul
garibus gallinis dictum, aut ventre aqu
ma defacto. Supponẽda oua gallinis eo mo
do, quem de pauonibus tradidimus: Toti
dem enim dieb. excluduntur, quot pauon
na, nempe ter nouenis aut circiter diebu

Auia

uiarius oua parte vna notata verſet ali-
uoties, atque aqua conſpergat leniter. Ca-
ere oportet, ne mas accedat, nam is oua
angit conculcando, ſicut & pauo: Eſt e-
im mas animai malitioſum & mordax.
xcluſi pulli à gallina vnà cùm gallinaceis
ut etiam ſoli à gallina pulchrè educantur,
tius augeſcentes, quàm pauones. Paſcen-
i eadem ratio quæ & pauonum aut reli-
uarum gallinarum, quibuslibet enim ve-
itur, & gramine delectatur paſcendo ac
bulo. Cùm autem frigoris ſit impatiẽs &
liginis, hyeme tepidis & ſiccis locis conti-
eri oportet. Perticis non in ſublime, ſed
aululum à ſolo, puta ad octonos aut de-
os pedes ſublatis inſident quieſcentes: Ne
ue enim ſunt altiuolæ aues, quare ſcalis
diuuãdæ. Morbo imprimis pituitę, infeſtã-
ir quare huiꝰ quoq; remedia ſuperius de
ullis gallinaceis tradita repetenda ſunt,
uẽadmodum & de ouis ſeruandis & alijs
uibuſdã. Si non pigeat audire, adijciã de
olumbarum educatione veluti pericopẽ.
VL. Imprimis id arbitror Meliſſeum &
ſcinarium cupere, quorum ſententiæ ip-
quoque ſubſcribo. CHE. Etſi te Pullari-
m de hac diſciplina eruditiꝰ differere poſ-
non ignoro, tamen quia mihi quoq; hoc
udium commune, non detrectabo hanc

De Columbis.

suscipere prouinciam. Quibus agricultura pastioque rustica cordi est, ijs columbarij possessio imprimis vtilis, cùm propter fructum, quem culinæ affert, tum etiam quòd vectigal non vulgare ex foro earum venditio præbet, præsertim vbi agri frumentarij ampli, & latè pateat his auibus euolatus liberque egressus. Varro prodidit seuerioribus suis temporibus paria columbarum singula millibus singulis Sestertiorum soli ta venire: L. Axium Equitem Romanũ ante bellũ ciuile Pompeianum denarijs quadringentis singula paria venditasse: eo delciarum oblectamenta illic creuerunt.

Columbarũ precia.

Quin & hodie nostris temporibus in Belgica par vnum decem libris Flandricis emptũ constat, adeò harum auium amore accenduntur quidam, vt nobilitatem & origines earum precio iactitent. Quamobrẽ & columbaria, hoc est, peristeriones ac peristerotrophia, vt Varro appellat, magnificè magnaq; arte extruuntur editiorib. turribus summisq; culminibus villarũ aut ædiũ, vnde patentibus feneſtellis ad requirendos cibos euolent. Alũtur colũbæ exiguo sumptu, si ea sit, vt diximus, locorũ conditio. Toto ferè anno seipsas pascunt seminibus in agro quęsitis, nisi quòd brumę tẽpore, maximè cùm solum niue consperſum, est, suppedita-

Peristeriõ.

Peristerotrophium.

peditare aliquid oportet, vnde victitent.

Duo earum sunt genera, vnũ agreste quod in peristereone alitur, liberoq́; volatu euagatur, colore vel cæsio, vel albo, vel vario: tametsi albus color quod conspicuus magis propter accipitrem aliasq́; rapaces aues non ita ꝓbetur. In Italia visuntur huius generis aliunde apportatæ columbæ, nostris sesquialtera parte maiores iã etiam in Belgicis nõ raræ. Alterum domesticum ac cicurum magis, corpore paulò maiore, pedibus plumantibus, colore plurimũ niueo, ac etiã vario & rutilo: id genus in vrbib. atq; ijs locis, vbi alterum genus educari nequit, alitur cibo domestico. Et quoniam rapacibus animalibus & aucupum insidijs obnoxium, intra tecta & vestibula continetur, pascũturque intra ianuæ limina. Postremum hoc genus vulgus appellat columbas menstruas atque Græcas, quòd singulis propè mensibus excepta bruma fœtificẽt. Vtriusq; generis magna fœcunditas, nam octies anno pullos plerę q; educant, si est bona matrix, alibi decies & vndecies: Nam in Aegypto etiam hyemali tẽpore parere ex Aristotele tradit Plin. Et quanquam ouorum positione gallinæ fœcũdiores, maiorem tamen quęstum columbæ pręstant sæpius pullos educãdo. Quare parentes ad fœturam cõparandi, qui

Genera columbarũ.

sint corpore magno, formoso, neq; vetulæ, neque nimium nouellæ, integri, coloris boni, boniqúe seminis. Quæ, vt antè dixi mus, in precio magno habeantur. Oportet eum qui columbarium instituit, non à iuuenibus & pullis, sed à matricibus auspicari: comparandiqúe totidem mares, quot fœminæ, vtque pulli quemadmodum excluſi non separentur si fieri possit. Nam si sic maritatæ sint, plures educant fœtus, proferunt enim vt plurimum marem & fœminã, vt Aristot. scriptum reliquit, & experientia docet. In Martio statim pariunt alicubi, & si cœlum tepidius, ante Martium oua edũt. Nihil hac aue fœcundius. Quadragenis diebus concipit & parit & incubat & educat, idqúe per totum propemodum annũ, excepto brumæ, vt antè dictum, interuallo vsque ad æquinoctium vernum. Parit bina oua, & cùm pepererit primum ouum nempe marem vno die interposito edit, secundum quæ est fœmina, tertium ouum semper ferè irritum. Incubant in hoc genere ambo, interdiu mas, noctu fœmina, excludunt vicenis diebus. Pariunt à quinto coitu, æstate interdum binis mensibus terna edunt paria. Namqúe vndeuigesimo die excludunt, statimqúe iterum concipiunt. Quare inter pullos sæpè oua inueniuntur

& alij

& alij prouolant, alij erumpunt. Ipſæ autem inter ſe colũbæ, ſi mas nõ ſit, fœminæ æquè ſaliũt, ſed oua pariunt irrita, quæ hypenemia dicũtur, Ariſtoteles ὑφίνια ὠὰ appellat, Theodorus vrina oua interpretatus, è quib. nihil gignitur. Et quoniã pulli quiquemeſtres fœtificant, priores anni fœtus euolare ſinimus ad pariendum, vt qui Martio excluſi Iulio vel Auguſto fœtificant. Eas autẽ quas culinæ aut foro deſtinamus, commodius è poſtremis fœturis ſumimus, quod ad hyemẽ imbecilliores, & rapacium auiũ inſidijs exponantur. Ad fœturam præſtant in omnibus auibus domeſticis, quæ Martio eduntur. Qui ſaginare volunt pullos columbinos vt pluris vendant, ſecludunt eos cùm iam plumis tecti, deinde manducato candido farciunt pane, hyeme bis, æſtate ter, manè, meridie, veſperi: hyeme demunt cibum medium. Qui iam firmi pennas recipiunt, in nido relinquuntur, & priusquã ſubiolent paucas ſubtrahas pennas, cruraque llidas, vt vno loco quieſcant, & matribus opioſius cibum obijcias, quo & ſe & pulos abundãtius alant. Quidam, vti Colum. radit, leniter obligant crura, quoniam ſi rangantur, exiſtimant è dolore ſaginam mpediri, ſed nihil illa obligatio pingue diis affert: nam dum vincula expedire conã

Hypenemia & vrina oua.

De ſaginã dis pullis colũbinis.

tur, nõ quieſcunt, atque hoc exercitio corporis non pingueſcunt. Fracta crura non plus quàm bidui, aut ad ſummum tridui dolorem afferunt, & ſpem tollunt euagandi. Aliqui ſolùm pinnas alarũ reſcindunt, quò minus euolare poſsint: at ne hoc quidem tutum, nam ſic exire & è feneſtellis decidere poſſunt futuræ prædæ quibuslibet vel beſtijs vel hominibus. Quare ad culinã auferuntur antè, quàm pennis firmis ad volatum inſtructæ. Steriles autem & ſordidi coloris, aut ob aliam cauſam ſaginandæ ſunt, easque omni modo, quo gallinas farcire licebit. Columbarium etſi Varro pro loculamento vſurpare videatur, quo ſingula paria columbarum nidificant ac pariunt, tamen quia alij plerique; pro periſterotrophio vtuntur, nos vulgarem loquendi morem ſequemur. Columbaria autem ſeu periſterotrophia aut periſteriones diuerſi generis diuerſa extruuntur. Nam domeſticis illis & cicuribus qui intra tecta aluntur, non in plano villæ loco, ſed in edito fieri ſolet tabulatum quod aſpiciat hybernum meridiem, eiusq; parietes, vt in ornithone ac gallinario Pullarius deſcripſit, cubilibus continuis excauentur: vel ſi ita nõ competit, paxillis adactis tabulæ ſuper ponantur, quæ vel loculamenta quibus nidificent, vel ficti lia

Colũbaria
Periſterotrophia.
Periſteriones.

lia colũbaria recipiunt, prępositis vestibulis per quæ ad cubilia perueniant. Assulæ autem vel perticæ ad vestibula columbariorum figi debent, quibus inãbulent & apricari possint columbæ. Figuntur & in tectis scalæ vtrique generi ad eundem vsum maximè apricandi. Porrò colũbaria alterius & vagi generis, quia immensum numerum complecti solent, accuratiore constructuntur arte, tametsi in prætorijs ædibus atque templorũ turribus passim temerè nidulentur nonnunquam aliquot millia. Varro peristerionem sic constituit, vt sit turricula in prætorio magna camera tecta, vno ostio angusto, fenestris à quatuor partib. vẽtorũ reticulatis vtrinque, vt locus omnis sit illustris, néue animal maleficũ introire possit. Interius totus locus albo tectorio poliatur, quoniam hoc colore delectantur columbæ, nec minus extrinsecus leuigẽtur parietes, maximè circa fenestras, ne mures aut alia noxia animãtia adrepere queãt. Fenestrę sic sint positæ, vt maiore parte hyberni diei solẽ admittãt, habeantq; appositã satis amplã caueã retib. munitã, q̃ excludat accipitres, & recipiat egrediẽtes ad apricationẽ colũbas, nec minus in agros emittat matrices q̃ ouis vel pullis incubãt, ne graui perpetuęq; custodiæ seruitio contristatę consenescant:

neſcant: Nam cùm paululum circa ædificia volitauerint, exhilaratæ recreantur, & ad ſuos fœtus vegetiores redeũt, ꝓpter quos ne longius quidem euagari aut fugere conantur. Singulis paribus fiunt cellulæ rotũdæ in ordine crebræ. Ordines quamplurimi à terra vſque ad cameram aut tectum ſingulæ os habeant, quò introire & exire poſsit, intus ternorum palmorum, vt Varro iubet, ab omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulæ fixæ vt ſint bipalmes, quo vtantur velut veſtibulo ad prodeundum, ingrediendũúe. Sũt qui colũbaria colúnis rotũdis leuigatisq́; piſcinas mediasq́; aquas collocent, quò ſimul & à noxijs animalib. tutiores ſint, & quia aquis limpidis contẽplari gaudẽt, quoties lubet lauare poſsint, id quod incubantes facere expedit. Fiunt etiam in vulgaribus columbarijs fiſcellę ad nidorum vſum quibus incubent, ſed has alligare aut figere ſic oportet, ne laxatæ inſiliendo moueantur, & oua elidantur & confringantur. Cibus conueniens vicia, eruũ, triticum, milium, vel quibus hæc non ſuppetunt, ſporia prębenda, maximè hyberno tempore, & rapaceum ſemen ac lolium. Siquidem minutis illis colligendis agitantur & incaleſcunt hyeme. Cibus quando dandus, hunc iuxta parietem ſpargere conue-

Columbarum cibus.

nit,

nit, quoniam ea parte ferè columbaria ſtercore carent. Et quanquam Varro euerrenda columbaria præcipit, & fimus is vtilis ſit agro ſtercorando, tamen cùm id genus auium ſuo ſtercore conſperſa loca diligat, nõ eſt in euerrendo magna ſollicitudo conſtituenda. Cauendum ne turbentur ſæpius vel bõbardarum ſonitu, vel hominum alio rumúe animantium interuẽtu frequentiore, præſertim incubandi tempore quòd ſi accedendũ, veluti ſi quid offendat colũbas, vel ſi qua perierit vt efferatur, vel denique ſi eximendi vel depromendi pulli, id fiat circa meridiem cum euolauerint paſtus gratia. Aiunt eas retineri, atq; etiã alias allici, ſi cumini ſemen ſparſeris exituris ad paſcua, vel ſaluiam cum thure in columbario ſuffumigaueris. Sũt qui aliud philtrum pręparent aduerſus fugam, nempe teſtas cribatas & coſtum fruticem ac vinum vetus odoratum ſimul mixta exhibitaque exituris. Alij farinam hordeaceam coctam vnà cum icubus aridis admiſcent addita mellis parte. Conſtantinus ex Didymo alia quædam efert, quæ qui volet, inde petat. Cauẽdum ne ab accipitre intercipiantur, is enim maxime huic auium generi inſidiatur, cuius apiendi rationem oſtendit Varro, nempe luabus virgis viſcatis deflexis in terram in-

De accipitre arcẽdo.

ter se curuatis, in eas columbam obligatam mittendum, ad quam diripiendam cùm raptor properat, viſco illitus capitur. Eſt genus accipitris quod mira potentia alios accipitres terret, & columbas defendit, Tinnunculum vulgus, Græci κεγχρίδα vocãt Columella tradit eius pullos ſingulis fictilibus ollæ condi, ſtipatisque operculis ſupponi, & gypſo lita vaſa in columbarij angulis ſuſpendi, eam rem columbis amorem loci conciliare, vt nunquam deſerant. Habent & alios plures hoſtes, nempe noctuas coruos, cornices, quæ omnes colũbas captant, maximè cùm pullos educant. Ipſe in meo columbario deprehendi noctuam inter medios columbarũ nidos ouis ſuis incubantem: deprehẽdi quoque in propinquo excauata arbore plurimorum pullorũ reliquias à noctuis congeſtorum, quibus pullos nutrierant illæ. Etſi enim noctua maior apparet columba, plumarum videlicet denſitate freta, tamen eodem penetrat, quò columba, quòd corpore exili ſit, licet plumoſiore. Et coruos quoque & cornices vidimus columbarum pullos primùm euolantes opprimere. Aduerſus muſtelas & ſimilia noxia animalia Palladius docet frutices aſperos ſine folijs vel ſparteam veterem projiciendam in veſtibulis columbariorũ, qui-

Tinnũculus.

Hoſtes columbarũ.

Auiaria q. bus p̃ſidijs aduerſus hoſtes defendũtur.

bu

ous calcientur. Didymus & alij quidam tra
lunt rutæ ſurculos pluribus locis præſer-
im ad ingreſſus ſuſpẽdẽdos, aut ſub alis ru-
am ſylueſtrem mittendam, aut ſucco rutæ
erfundendas aues: Siquidem ea herba pe-
uliarem aduerſus noxias beſtias efficaciã
abere proditur. Sunt qui lupi caput ſu-
penſum in columbario arcere noxia ani-
nalia exiſtiment. MELIS. De colũbis iam
atis, perge obſecro de reliquis auibus, quę
uri paſcuntur referre. Phaſianósne hic ha-
etis? CHENO. Hæ aues etſi rarius hîc e-
lucantur à ruſticis, à delicatis tamen non-
ullis deliciarum & raritatis cauſa nutriun
ur: Et quia dominis voluptatem, & villicis
editum aliquem afferre poſſunt, ſi & re-
gio & conditio ferat, video veteres quoq;
arum educationem Rei Ruſticæ adiun-
iſſe. Phaſianos Palladius tradit nouellos
arandos fœtibus curandis, nẽpe qui anno
uperiore ſint editi, veteres enim fœcũdas
on eſſe. Duabus vnus maſculus ſatis eſt.
emel in anno fœtus creat, & vicenis ferè
uis ſummam pariendi concludit, initio
acto in Aprili, alibi Martio. Gallinis felici-
s excluduntur oua, ita vt quindecim vna
natrix incubat, ſeruata & lunæ & dierũ ra-
ione, q̃ in gallinis antè dicta. Trigeſimo die
cludũtur. per quĩdecim dies cocto leniter
& refri-

De Phaſianis.

refrigerato hordei farre pascuntur, cui v
ni imber aspergitur. Pòst triticum præb
tur, & locustæ ac formicarum oua. Ab aqu
arceantur accessu, ne pituita eos corripia
qua si vexentur, alio cum pice liquida trit
rostra perfricabis. Saginantur intra trigin
ta dies triticea farina in offulas redacta, v
hordeacea. Aspergentur leniter offulæ c
leo, & ita faucibus inserantur, ne sub infim
linguæ parte mergantur, nam sic necantu
Non præbenda noua alimenta, nisi digest
prioribus. PVL. Quid de turturibus? nas
& hi quibusdam regionibus educantur &
saginantur. CHEN. Turtures in ornithon
negantur à Columella vel parere vel excl
dere, sicut nec perdices. Ideo à volatura &
circa messem, cùm iam confirmata pullit
es, farturæ destinantur cubilibus veluti cc
lumbarijs obscuris. Veteres non sunt tar
idoneæ, sicut nec columbæ. Per hyemer
difficulter gliscit, æstate sua sponte pingu
escit, dummodo sit cibi facultas, nempe t
tici & frumenti sicci. Aqua præbenda recé
& munda. Turturem aiunt amisso coniu
ge non quærere alium. Et quia túrdorun
maior copia, turturum educatio negligi
tur. Turdi etsi alicubi educentur, in Germ
nia autē maximè hyeme capiũtur, quod &
Plin. testatur, & in pręcipuis habere delicij
ab Horatio proditum:

De Turtu ribus, & p dicibus, ac turdis.

Turdi.

Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla,

Et Martialis:

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Coquuntur integri, nam & intestina simul eduntur. Ingluuiem plenam habent baccis iuniperi. M. Varro tradit turdos singulos tribus denarijs venisse. Vbi educari consueuerunt, recenter capti clauduntur cum alijs antè nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam nouæ captiuitatis mœstitiam consolentur. Nam vetera nos habere oportet in eum vsum nutritos, quorum consuetudine & cibum & potum tandem accipere assuescant. Locũ desiderant apricum sicut & columbę, sed trãuersæ in eo perticæ perforatis parietibus diuersis aptentur quibus insideant. Post vocatum vel satiati cibo requiescere volunt. Perticæ non altius subleuentur, quàm hominis statura, vt à stante contingi possint. Pabulum apponitur ijs locis ornithonis, vbi perticæ non sunt neinquinetur. Columella & Palladius scribunt ficus acerbas insitas & permistas polline præmansas dãlasi ta largè, vt satiatis superfit. Plura genera Aristot. tradit, videturque & ficedulas his annumerare, quæ vuis pascuntur. Turdi autem nostrates baccis vt plurimũ iuniperi, quod *Ficedula.*

Coturnices.

ꝙ exenteratorũ ſtomachi, vt diximus, oſtéd
dunt. Solent & coturnices à quibuſdam
educari non ſolùm cantus, ſed etiam cupe
diarum cauſa auis terreſtris potius, quàm
ſublimis, vt Plinius teſtatur: Verũ quia pro
ditũ eſt eam veretro ac veneno veſci, & pr
terea comitiali laborare morbo, mirantũ
quidam tantopere in cibis expeti, Athe
næo teſte. Aiunt pullos formicis ali & edu
cari, ſicut & perdices. Auolare putatur hye
me, ſicut & grues & ciconiæ, duce ortygo

Ortygometra.

metra, ſic dicta quaſi matre coturnice.

PVLLAR. Vnam prætermiſiſti auem eam
que nobilem, ruſticorum piſcinis, ſtagni
atque fluuijs ali ſolitam, nempe cygnum

Cygnus.

CHENOB. Rectè mones, nam eam auen
inferior Germania crebris educationibu
alit, & Athenæus Ariſtotelem citans fœcun
dos tradit atque pugnaces, adeò vt cum a
quilis pugnare dicantur, & mutuò ſe interf
ciant. Aluntur, vt tu rectè dixiſti, in ſtagnis
riuis ſedatim fluentibus atque piſcinis ci
tra vllam impenſam, & aquam, in qua viui
à ſtirpibus alijsque impedimentis liberat.
Propter plumæ mollitiem atque etiam cib
dignitatem in precio eſt. Eſt nobiliſsimum
genus, quod ab excubando nomen habet
& in foſsis paſsim vrbium atque arciũ præ
toriorumque propter vigilantiam excubã
di ſuſti

li sustinetur. Eadem propemodum educã
li ratio, quæ & anserum, nisi quòd diutius
ncubat, nempe mensem integrum & cir-
iter. Pullos edunt rarò vltra octonos, nam
otidem mihi excluserunt mei, post septe-
os aliâs quinos produxêre. Nidos con-
ruunt in paludibus congesta vlua alijsque
irpibus. Pullos in aqua educant. Hyeme si
lacie constringantur paludes, in stabulis
lẽdi. Ales hæc inter viuaciſsimas refertur,
morte eius flebilis suauisq; cantus narra-
ur, & Platone & Martiale testibus. Sed hęc
e mea facultate relata, vos amici, boni cõ-
lite. Tibi iam Piscinari lampada trado.

DE PISCINIS, ET PISCIVM VIVARIIS.

OPortunè dũ aquatiliũ mentio facta animalium, ad piſci narum piſciumque educandorum curam peruenimus. Etsi enim de piscibus alendis piendisque alio in hoc destinato loco, mpe in halieuticis disserendum erit: tamen cùm villæ plerunque propter aquarũ ceſsitatem animalibusq; adaquandis lauis, piscinas aut stagna postulãt, & situs alioties loci angustiaq; seminariũ agrum n cõcedit, licebit è piscinis, stagnis, viuarijsque

PISCINAR.

rijsque villaticum quæstum homini rust
co non aspernandum facere. Romani pr
ceres piscinas in villis magnis impensis,
nonnunquam voluptatem magno facul
tum dispendio instituerunt, vt de Horte
sij, Hircij ac Luculli piscinis sumptuo
scribit Varro. M. Cato cùm Luculli tut
lam suscepisset grandi ære serstertium m
lium quadringentorum piscinas pupilli s
vendidisse traditur. Commemorat ide
Varro piscinarum duo genera, dulcium
salsarum, alterum apud plebem & sine fr
ctu, vbi lymphę piscinis villaticis aquas m
nistrant: alterum maritimarum, vbi Nept
nus simul & aquam & pisces suppeditat.
Exempla declarant Hortensij piscinas m
gno sũptu instructas ad Baulos oculos m
gis, q̃ marsupiũ aluisse. Optimũ autẽ pisc
narum viuariorumque situm censent, q
vel è mari, vt Luculli, qui maritimã aqua
reciprocè fluentem immitteret in piscina
montem perfodit, eaque opera Neptuno
piscatu non cedere se existimabat: Vel q
è fluuio riuulóue aliquo subinde et aqua
& pisces recipere possit, quique vel inunc
tione vel cataractis emissam veterem vnc
non sinat intra conseptum semper comp
trescere aut incalescere, sed identidem &
quas renouet & piscių noua seminaria ac
duca

Piscinarũ genera.

Optimus piscinnarum situs.

lucat. Proximæ bonitatis sunt, quæ venis atētibus implentur atque effluunt, vel deductis elicibus ac syphonibus lapideis aut igneis alueis aquam exonerant. In hoc enim & tubi aquarij aggeribus inclusi parāur vt aquam quoties licet retinere atque ranſmittere, ac per incilia parata quoq; irigare liceat, quales apud Vsipedes, Tēchros, Bructeros, & alijs pluribus locis magno fructu fieri videmus. Idcirco viuaria, *Viuaria piscium.*
t vocant, ad aquam retinendam dispensan lamque aggeribus, molibus, ac chomatis ncluduntur, vt obiectu crepedinum aqua um exundantium atrocitas inualescens re rimatur. Postremus piscinarum vsus est pa udum vel stagnorum, & earū, quæ ex plua collectitiaque stagnat aqua. Hæ piscinę etsi deteriores propter perpetuam turbidā atque putridam plerunque aquam: tamen bi non datur aliarum vsus, hic minimè negligendus. Nam etsi hæ piscinæ alendis picibus non sunt ità idoneæ, possunt tamen ad hanc rem quoque alicubi vtilitatem aliquam præbere. Imprimis autem necessarię ad villæ commoditates, nimirum iumentis pecoribusque aquandis, anseribus, anatibusq; & aquatilibus alendis, ad lauandum aliosque necessarios vsus. Quod si occasio detur, iuxta mare aut flumen semper influ-

ente sinu, sic fiant, vt claudi vel catarac
vel alijs obicibus aqua, si opus sit, emitti,
pisces inclusi retineri possint, vt de alijs p
scinis diximus, & si quando cataractæ au
tubi emittendis aquis aperiuntur, vt ad
tubi cancelli sint supra aquam eminente
qui fugam piscium impediant. Aditum si l
ci natura patitur, omni lateri piscinæ da
conuenit: facilius enim vetus submouetu
vnda, cùm quacunque parte vrget fluctu
per aduersam pateat exitus. Hos autem
meatus fieri oportet per imam consep
partem, si loci situs patiatur, vt in solo pisc
næ posita libella septem pedibus sublimiu
esse maris æquor aut flumen ostẽdat. Nam
piscibus stagni hæc in altitudinem gurgi
tis mensura abundè satis esse existimat Co
lumella, attamen dubium non est, quin qu
to magis imo mari venit vnda, tanto sit fri
gidior quod est aptissimum piscibus. Si
autem locus, vbi viuarium constituere vo
lumus, pari libra cum maris æquore aut fl
uio sit, in pedes nouem defodienda piscin
& infra duos à summa parte cuniculis riu
deducantur, curandumque vt quàm lar
gissimè veniant. Quoniam modus ille aqu
iacentis infra libram maris non aliter ex
primitur, quàm si maior recentis facti vi
incesserit. Piscina autem in ea parte littori
qua

quæ profluo receſſu nunquam deſtituitur, ſatis eſt ſi in duos pedes deprimatur. Piſcinarum viuariorumque crepedines, ſi ſic ferat locus, conſitas dumetis, ſtirpibusque eſſe conuenit, aut ſpecus latebræq; fabricandę, aut ripis excauari, vt ſint receptacula refugientium ſolis ardorem. Præbent etiam excauatarum arborum trunci, & radices terræ exeſæ gratiſsima piſcib. latibula. Si laxitas permittat è litore ſcopulos, qui herbis & alga veſtiantur, non eſſet alienũ per ſtagni ſpatia diſponere, & quaſi faciem quandam maris repræſentare, vt piſces clauſi quã minimè cuſtodiam ſentiãt. In Morinis ſicut & alijs pluribus locis è ſtagnantib. aquis & diluuia collectis, in ſolitudinibus & myricarum campis viuaria piſcium reperiũtur amplisſima. Plurimis locis in Germania inferiore viuaria piſcium, quæ influentes riuos habent, quorum aquas excludere poſſunt, ſic conſtituunt, vt vel cincta vel interſecta ſint foſsis profundioribus, quib. piſces æſtiuo tempore contineãtur & ſolum reliquũ quod eſt inter foſſas obturato riui aditu & aqua influente cataractis aut tubis excluſa, frumentis æſtiuis cõſeratur, quod ſolum à meſſe rurſum cataractis apertis aqua repletur. Hac ratione ſolum inundationis limo fertilitatũ fertile redditur hordeo æſtiuisq;

frumentis ferẽdis. Porrò vti in terreno prę-
cipit Poeta, sic & in aquatili negotio, Non
omnis fert omnia tellul, sed considerãdum
accuratè, quid quæque ferat regio, quidq;
recuset. Romani in viuarijs murenas, ostrea, lupos, mugiles, auratas, flutas, & saxatiles atque id genus piscium, quæ dulcibus aquis gaudent, alere consueuerunt: nã quæ salsis marinisque assueuerunt non ita piscinarum claustris constringi se patiuntur, possunt tamen ea genera viuarijs stagnisq; arenosi littoris contineri. Ostrearum viuaria Sergium Oratam inuenisse in Baiano ætate L. Crassi Oratoris ante Marsicum bellum nec tam gulæ causa, quàm quęstus magna vectigalia tali ex ingenio suo percipe-
ret, cochleas viuarijs aluisse Fulueus Hirpinus, pditur. Porrò alij alijs locis pisces gaudent. Lupi pisces in Tiberi amne inter duos pontes meliores, rombos Rauennæ, murenas in Sicilia, Elopen Rhodi: ita fluuij, paludes, stagna & maria diuersis locis alios melius alunt pisces. Quare, vt ad viuaria, vnde digressi, reuertamur, & his non omnibus locis omnes pisces conuenire rerum experientia docemur. Siquidem sunt saxatiles, qui saxosis arenosisque locis delectantur, quales sunt apud nos funduli, capitones, var.j, quos in Italia Carpiones appellãt, gobij, per-

Nõ omnes vbique pisces ali.

Pisces qui viuarijs alantur.

Ostrearũ viuaria.

Sergius Orata.

Saxatiles pisces.

bij, percæ, muſtellæ, cancri, barbati, mugiles: Alij melius proueniunt cœnoſis paludinoſisque, limo luteſcere gaudentes, quales ſunt anguillæ, tincæ, meruli, βρόβορoι quos noſtri carpos vocant, praſini, primada & daſquillus, cœno ſe abdunt ſicut anguillæ. Alij vtrisque, vt ſunt lucius, lupus, perca, carpi, preſſus vel praſius, & blechus, item mona vel mullus, thymalus. Putantur ſaxatiles, maximè funduli procreari ſimo ouillo cratibus tecto, inque riuum profluentem miſſo, maximè loco petricoſo aut ſalebroſo. Lupum quem broſchetum vocant, Græci labracem, citò adoleſcere ſicut & carpus intra triennium in iuſtam magnitudinem excreſcit. Quare in viuarijs, quæ neque mari, neque fluuio replentur, triennio aut quadriennio, veteribus captis piſcibus, ſeminaria ſufficere conſuetum. Seminaria maximè hiſce regionibus carporum vſurpamus. Habere conuenit loculatas piſcinas, hoc eſt paruas vel etiam arculatas, quibus piſces quotidiano vſui accommodatos ſeruamus, vnde quoties libet extempore & in prõptu deſumere liceat. Hęc habui quæ de mea profeſsione vobis proferrem. Tu Meliſſee de tuo quoq; aliquid depromas apiario ac meliſſone. MELISS. Ne noſtra de paſtionibus ruſticis commen-

Cœnoſis locis gaudẽtes piſces.

Seminaria viuariorũ.

Loculatæ piſcinæ.

De apibus.

tatio mutila sit membro longè vtilissimo, & cuius vsus omnibus locis etiam incultis & in solitudinibus haberi potest, apum curam velut coronidem huic nostræ disputationi adijcere operæ preciũ fuerit. Siquidé homini rustico ex huius pastionis studio non cõtemnendum vectigal prouenit, citraq; sumptum etiã pauperculi, qui amplis agris destituuntur, ex hoc studio quæstum facere possũt. Merula Varronẽ narrat quotannis quinis millibus pondo mellis aluearia locasse: & in Hispania è parua villa vnâ cum agello non maiore vno iugero, vbi alueario facto non minus dena millia sestertia ex melle recipi solitũ. Huius enim insecti pastio non opere solùm, quo nobis dulcissimum & saluberrimum succum colligit exhibetque, verùm etiam exemplo industriæ humano generi vtilis, ita vt præter cætera animalia omnia in vsum hominũ hoc tam munificum & sapientissimum animalculũ à creatore Opt. Max. cõcessum, è quo simul & fructum operis percipiamus, & ad laborem industriamque excitemur, deniq; liberalissimi creatoris benignitatem in hac creatura contemplemur. Laborem illæ tolerant, opera conficiũt mira dexteritate, politiam Reip. obseruant humanæ optimè institutæ assimilem, Regi parent πολυχοιρα

Apum industria.

vίαν

ſæv tanquam initulem fugiunt, monar- *Apũ Reſp.*
chiam amant, functioni ac labori quæ-
que ſuo incumbunt. Vnde ſapientiſſi-
mi quiq; Rerump. inſtitutores apum exem-
pla & in Regibus creãdis, officijs diſtribuẽ-
dis, ſontibusque puniendis imitati ſunt. *Muſarũ*
Varro Muſarum volucres appellauit apes. *volucres.*
Vergil. admiranda leuium ſpectacula re- *Vergilij*
rum veriſimè elegantiſimèque canit, A- *pictura.*
pum Rempub. regias, ſatellitia, prætoria, vr
bes, leges, mores, pugnas, expeditiones ſic
depingens, vt vel vna hac pictura admiran
das ingenij dotes declarauerit, prorſus eſſe
apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus ę- *Apum diui*
therios exiſtimans, quòd tam prope ad hu- *na mens.*
manam mentem accedant, immò eam etiã
ſuperent. Tanta earũ circa regem obedi-
entia:

Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus
Hydaſpes
Obſeruant. Rege incolumi mens omnibus vna
Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes
Circunſtant fremitu denſo, ſtipantque frequẽ
tes,
Et ſæpè attollunt humeris, & corpora bello,
Obijciunt, amiſſo rupêre fidem, conſtructaque
mella.
Diripuere ipſa & crates ſoluêre ſauorum.

Rege prehenso totum agmen tenetur, amisso dilabitur, migrantque ad alias: Esse vtique sine rege non possunt, ἀναρχίαν fugientes, sicut & πολυκοιρανίαν. Defuncto rege mœret plebs ignauo dolore, non amplius cibos conuehunt, nō procedunt, tantum tristi murmure circa corpus eius glomerantur. Magna profectò in hoc insecto admiratio naturæ, quòd

Sola communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuum,
Et patriam solæ certosque nouere penates,
Venturæque hyemis memores æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Regia. Regias monarchiæ in vna parte aluei extruunt amplas & magnificas, separatas ab alijs, tuberculo eminentes, quod si exprimatur, non gignuntur soboles. Omnes vt in exercitu viuunt, atque alternis dor-
Regimen.
Excubiæ. miunt, & opus faciunt pariter, & colonias mittunt. Hique duces, inquit Varro, conficiunt quædam ad vocem, vt imitatione tubæ, tum id faciunt cùm inter se signa pacis & belli habeant: statio interdiu ad portas
Quies. more castrorum, noctu quies in matutinū, donec vna excitet omnes bombo, ad quem mox prouolant, quod Poeta eleganter expressit:

Omni-

Omnibus vna quies, operum labor omnibus idem,
Mane ruunt portis, nusquam mora, rursus eas-
dem,
Vesperi vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantque oras & limina circum.
Pòst, vbi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.

Nam cùm iam adueſperaſcit, in alueo ſtre-
punt minus ac minus, donec vna circum-
uolet eodem, quo excitauit bombo, ceu
quietem capere imperans, & hoc caſtrenſi
more, tunc repentè omnes conticeſcunt.
Manè verò, vt diximus, bõbo excitatæ, mox
portis, ruũt ſed nõ prouolãt, niſi dies ſit ſere
nus futurus, id ſcilicet natura præſagiente:

Nec verò à pabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euris,
Sed circum tutæ ſub mœnibus vrbis aquantur,
Excurſusque breues tentant, & ſæpè lapillos,
Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram,
Tollunt, his ſeſe per inania nobila librant.

Tempeſtatis prænunciæ apes.

Gerulæ ſecundos flatus captant. Si oriatur
procella, appræhenſis lapillis ſe librãt, iux-
ta terram volitantes in aduerſo flatu. Sunt
foris & intus officia diuiſa, operantur intra
ſexaginta paſſus, & ſubinde florib. in pro-
pinquo conſumptis ſpeculatores ad pabu-
la vlteriora mittunt: Nam ad opera prouo-

Operũ diſtributio.

lantes gregatim aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttasque totius corporis lanugine. Adoleſcentiores ad opera prouolantes conuehunt, ſeniores intus operãtur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus fœmina onerãt, propter id naturâ ſcabra, pedes priores roſtro totæque onuſtæ remeant ſarcina incuruæ. Excipiunt eas ternæ vel quaternæ atque exonerant. Intus aliæ ſtruũt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, alię cibum prẹparant ex eo, quod allatum eſt. Neque enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas operis fiat vel temporis vel cibi. Struunt rurſus ea orſa concameratione aluei textumque vel ad ſumma tecta deducunt limitib. binis circa ſingulos arcus, vt alijs intrent alijs exeant. Fauus eſt quẽ fingunt multicauatum, vt inquit Varro, è cera veluti cellam, cùm ſingula caua ſena latera habeant, quot ſingulis pedes dedit natura, ita ſexangulæ omnes cellæ & ſingulorum pedum opere melle vno alteróue ad ſummum die cellas replent. Faui ſuperiore parte affixi & paululum etiam lateribus hærẽt & pendent vnà. Alueum non contingunt nunc obliqui, nunc rotundi qualiter poſsit alueus, vt Plinius teſtatur, & infrà de fauorum figuratione dicetur. Ruentes ceras fulciunt pilarũ inſtar interius à ſolo fornicatis

Fauus.

Structura

vt ſit

Vt sit aditus ad sarciendum. Primi ferè tres versus inanes struuntur, ne promptum sit quod inuitet furantem. Nouissimi maximè implentur melle, ideoque auerso alueo faui eximuntur. Cessantium inertiam notāt, castigant mox & puniunt morte.

Castigatio cessātium.

Namque aliæ victui inuigilant, & fœdere pacto,
Exercentur agris, pars inter septa domorum
Narciso lachrymam & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras, aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inque vicem speculantur aquas & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent:
Feruet opus, redolentq; thymo, fragrantia mella.

Operis pictura à Virgilio descripta.

Et mox:

-Grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.

Prima fundamenta operis, inquit Plinius, Comosim appellāt, secundā dissoceron, tertiam propolim, inter coria cerasq; magni ad medicamina vsus, σμήνιον à Dioscoride vocatur, cera in alueorum foribus. Nigra cruda est prima saporis amari: Perissoceros super eam venit picantiū modo ceu dilutior: Ceræ initium plerunque è mitiore gummi,

De vocabulis operis.
Comosis.
Pissoceros
Propolis.
σμήνιον

Pro-

Propolis à craſsioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera ad fauorum ſtabilimentum. Præter hæc conuehitur erithace, quam alij Sandaracam vocant, alij Cerinthum: Hic apum dum operantur cibus, qui ſæpè inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis ſed plenus humoris cibus. C H E. De huius inſecti nobilitate, induſtria, operis artificio, atque regimine ſatis præfatum, de generibus & quæ potiſsimum comparandæ, deque ſtatione & cura earũ diſſerere pergas. M E L. Apum genera Ariſtoteles plura commemorat, optimum, quæ breues, variæ, & in rotũditatem cõpactiles ſunt: ſecundũ, quæ longæ & veſpis ſimiles: tertiũ, qui fur nuncupatur, grandis hæc & amplo amplior: quartum fucus κηφὴν, præcipua magnitudine, ſed nullo aculeo, & ignauus, quare alueis quędam intexunt, quo apes ſubire poſsint, fuci autem grandiores non poſsint: διὸ πλεκτάνας περὶ τὰ σμήνη, ὥστε τὰς μὲν μελίττας εἰσδύεσθαι, τοὺς δὲ κηφῆνας μή, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς μείζους. Et idem Ariſtoteles præcedente capite: Ducum duo inquit genera, alterum fuluum, quod prȩſtantius: alterum nigrum magisque varium, magnitudo ijs duplo, quæ cæteris frugi apibus, auctior eſt, pars à procincto inferior proportione ſeſquialtera

Erithace. Sãdaraca. Cerinthus.

Apum genera.

Fur.

Fucus.

ra, adeò longitudinis habetur. Vocantur
nonnullis matres, vt pote originis auctores, argumento quòd fucorum fœtus edi-
ur etiam sine duce, apum nunquam. Virgi
us Aristotelem secutus maximè probat
aruulas, oblongas, leues, nitidas. Atque
ucum duo genera commemorans, Dete-
iorem ne prodigus obsit,

Matres.

Apes optima.

pede, inquit, neci, melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens,
et rutilis clarus squamis.
Hic melior, insignis & ore.
Ille horridus alter,
desidia latum trahens inglorius aluum.

Regum forma.

Et sicut regum duo genera, ita & reliqua-
um apum:

Namque alij turpes horrent,
Alij lucent aliæ & fulgore coruscant,
Ardentes auro & paribus lita corpora guttis.

Moribus etiam placidis, nam quantò gran
ior apis, tantò peior, & si sæuior & rotun-
ior, ea pessima. Quoniam autem non nisi
optimæ comparandæ, vt superius dictum,
ùm & impensam & operam eandem po-
tulent bonæ atque improbæ, & quod ma-
imè refert, nõ sunt degeneres intermiscẽ-
læ. Minor enim fructus mellis respondet,
ùm segniora interueniunt examina. Com
parantur autem apes vel precio, vel syluc-
stres

Quæ & qua cõsideratione apes cõparandæ.

Trifariam cõparãtur apes.

In emẽdis apib. quid considerãdum.

stres capiuntur, vel denique arte reparan tur. Quæ comparandæ precio, eas his præ dictis notis comprobabimus, & earum fre quentiam antè, quàm eas mercemur ape tis aluearijs considerem us, vel, si non fue rit inspiciendi facultas, notabimus salte quantum licet alijs indicijs frequentiã, ve luti si in vestibulo plures consistant, & veh mens intus murmurantium sonitus exau diatur: Aut si omnes in alueario silentes c quiescant, labris foramini aditus admot & inflato spiritu è respondẽte earum sub tò fremitu poterimus æstimare vel multit dinem vel paucitatem. In emendo spectar quoque oportet an valeãt, an sint ægræ. Sa nitatis signa vt infrà de morbis dicetur, sint frequentes in examine, & nitidæ, & o pus quod faciunt sit æquabile ac leue. Mi nus valentiũ signa, si sint pilosæ & horrid: ac puluerulentæ, nisi opificij tempus vrge at, tum etiam marcescunt, & ex labore asp rantur. Ab ætate quoq; æstimãdæ, quæ an num non excesserunt, nitescunt, oleiqu similitudinem & speciem gerunt: vetulæ verò & aspectu & tactu horridulæ, atq; e ætate affecta rugis plenæ, quę tamen fing dorum fauorum experientia, industria, & tempestatum præscientia præcellunt. Præ cipuè autem obseruandum, vt è vicinis po

E vicinia

tiu

us, q̄ è longinquis locis cōparentur: Nā cœli mutatiōe & cōmotione laceſsiri ſolēt. *cōparandæ apes.*

Quòd ſi è lōginquo deferēdę, curandū ne lebris ſollicitētur, optimeq; noctu collo eportantur, interdiu enim quies concedē a, neque mouendæ, infundendiq́ue apib. rati liquores, quibus clauſæ alātur. Tranſ- eruntur verno potius tempore, quàm hy- erno, quòd hyeme difficulter cōſueſcāt: i enim è loco transferantur bono in eum bi pabulatio non eſt, fugitiuæ fiunt. Mox bi ad ſtatutum locum deportatæ, ſi dies peruenerit, nec aperiri nec collocari o- ortebit alueum, niſi veſpere, vt apes pla dè manè poſt totius noctis requiem c- rediantur. Conſiderandumq́ue tri- uo aut circiter, an vniuerſæ ſe profun- ant, quod ſi fecerint, fugæ indicium ræbent, cùm quædam ſoleant, cùm ſub- ò euaſerint, ſine cunctatione ſe pro- pere, vt infrà de fuga dicetur. Verun- men interdum propter conditionem lo- orum etiam ſylueſtres captandæ. Quan- uam enim apes neque feri generis neque anſueti aut cicuris rectè dici Plinius ſcri- t, tamen Varro feras vocat, quæ ſylue- ribus locis, & cicurēes quæ cultis paſcun- r, aliamquúe rationem habendam cicu- m vt aliam ſylueſtriū. Nam vbicunq; ſal-

Quomodo transferendæ è longinquo.

Sylueſtres quomodo captentur.

Apes ferę.

Cicures apes.

tus

tus sũt idonei, mellifici nihil antiquius, qu

Sarmatiæ apiaria in arborib.

quibus apes vtantur. In Sarmatia magn
sylueſtrium prouentus. PVL. Aiunt in Liu
nia & Sarmatiæ regionibus (vnde maxim
ceræ & mellis ad nos tranſmittitur copia
ruſticos in ſyluis ac ſolitudinibus, ex arb
rum cauernis immenſam vim colligere.
MEL. Sola mellificia indicant apes, ſi cir
fontes frequentiores paſcantur: Nam ſi r
riores appareant, in his locis mellificari v
liter non poteſt. Quod ſi frequentes aqu
tur, vbi ſunt examina earũ, hac ratione i
uenire licebit Columella & alijs quibuſ
tradentibus. Rubricam liquidam breui v
ſculo infuſam geramus, & obſeruemus f
tes & aquas vicinas, tum dorſa apum bib
tium tangamus illo liquore tincta feſtuc
atque ibidem moremur, ſi citò reuerſæ f
rint quas tinxerimus, hoſpitia in ꝓpinq
eſſe certum, ſi tardè, ſpatio longiore ſur
mota, quod pro mora temporis æſtima

Modus apes inueſtigandi.

dum. Ad propinqua facilè peruenitur h
ſpitia, ad longinqua hoc modo perduc
ris. Cannæ vnum internodium cum ſuis
cidas articulis, & in latere aperies, ibi n
vel defrutũ exiguum mittes, & iuxta fõte
ponas. Cùm ad eum conuenerint apes, a
ingreſſæ fuerint poſt odorem, foramẽ p
lice claudes appoſito, & vnam tantùm
tie

eris abire, cuius fugam perſequere, ea tibi artem demonſtrabit hoſpitij, cùm ipſam cœperis non videre, alteram continuò dimittes & ſequeris, atque ita ſingulæ ſubinde dimiſſæ te facient vſque ad locum examinis peruenire. Alij mellis breuiſsimum ciſculum circa aquam ponũt, de quo cùm pis deguſtauerit ad commune pabulum ergens alias exhibebit, quarum frequẽtim ſubinde creſcentem notata reuolantiũ arte, vſq; ad examina perſequeris. Quod eſt examen abditum ſpecu, fumo expellir, & cùm erumpit æris ſtrepitu coercetur, in fronde vel ſyluæ parte conſidet: hic à eſtigatore præparato in hoc vaſe recipir. Sin autem arboris cauæ ſedem habue: & extet ramus, is ſerra ſuprà infraque recandus, & munda veſte coopertus inter uearia collocetur. Quòd ſi in arboris trũ- ſit, tunc ſi mediocritas patitur, primùm perior pars reſecabitur, quæ apibus vat, ac deinde inferior quatenꝰ videtur inbitari, ac veſte tectus transferatur, & ſi riis hiet, hæ diligenter obturandæ. Oportet autem veſtigatorem matutina tempora gere, vt ſpatium diei habeat, quo explo- commeatus apum. Sed de generibus, & iæ apes comparãdæ hactenus, iam de ſe- & ſtatione ac reliquis curis huic inſecto

Eſpecu fumo expellantur.

Matutino tẽpore veſtigandæ apes.

De ſtatione apibus

constituenda. adhibendis dicetur. Stationes ac pastion
apum constituendæ, vt in tuto secretoq;
aluearia sint, maximè conuersæ ad hybe
num atq; vernum solis exortum, loco n
que calido neque frigido nimis, vtroq
enim offenduntur, sed temperato, vt & h
Quæ prosint, quæq; offendant. me atque æstate temperatè incalescant,
auræ salubritas apes recreet. Procul à cœ
ac tumultu tam pecudum, quàm homin

Quò neque sit ventis aditus: nam pabula venti
Ferre domum probibent, nec oues hœdiqúe petu
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Animãtia noxia apibus. Gaudet enim quiete. Absint & noxia at
mantia, quales sunt rubetæ, quæ simul
flatu lædunt & apes attrahunt, adde pic
Martios, meropesque & hirundines, cic
nias, araneos, caprimulgos, crabrones, p
piliones, serpentes, blattas.

Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropesque, aliæq; volucr
Et manibus progne pectus signata cruentis:
Omnia nam latè vastant, ipsasq; volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.

Vallis quã editior locus commodior. De ijs, quæ apib. nocent inferius plura, v
de morbis incommodisque dicetur, iã st
tionem persequemur. Sedes etiam in va
potius quàm editiore loco, sed vbi non r
Echo. sultet echo sono reciprocante apibus ini

c

a. Nam hinc expeditius euolant vacuæ ad
ltiora, & onustæ non ægrè deuolant. Si vil
æ situs ita patiatur, commodè ædificio iun-
i apiarium, & maceria cingi, sed ea parte,
ua à tetris latrinæ sterquilinijs & balneis *Apiarium*
bera sit odorib. Maximè expedit vt sub *sub oculis*
culis domini constituatur, cuius interuē- *domini sit.*
tutius custodiatur. Vbicunque fuerint
luearia, quoniam quiete gaudēt & acces-
im oderunt, non editissimo claudantur
pimento. Quòd si prædonum metu subli
ius placuerit, tribus elatis ab humo pedi-
us exiguis in ordinem fenestellis apibus
tperuium, aut raris lapidibus, quo ipsę per
auernas inuolent, & aues ac rorem effugi-
nt. Iungatur tugurium, quo & custodes
abitent, & condatur instrumentum, sitq;
pletum maximè alueis ad vsum nouorū
caminum nec minus herbis salutaribus, &
qua sint alia quibus apes delectentur, &
uæ languentes requirant, iuxta Poetæ cō-
ium:

lmaq; vestibulum & ingens oleaster obūbret,
cum prima noui ducent examina reges
re suo, ludetq; fauis emissa iuuentus,
cina inuitet decidere ripa calori,
uiaq; hospitijs inuitet frondibus arbos.

Aqua perē nis apibus necessaria

dsit si fieri potest aqua perennis, vel ex-
acta canali deducatur è puteo aqua: Nam

sine aqua neque mel, neque faui, nec den
que pulli figurari possunt, vnde sic Poe
subdit:

Et liquidi fontes & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per graminariuus.

Et mox:

In medium seu stabit iners seu profluit amnis,
Transuersas salices & grandia conijce saxa,
Pontibus vt crebris possint consistere, &cæt.

Plantis quib. apes gaudeãt.

In ambitu hospitij arbusculæ parui incr
menti & frutices herbæque conserantu
cùm propter salubritatẽ, tum propter vt
litatẽ, maximè dulcis & suauis odoris, qu
les sunt cithysi, thymi, casiæ, rosmarini, c
nilæ, apij, violæ medicæ, saluiæ thymbr
nardi, myrrhæ, origani, scerpilli, melisso
phylli, asphodeli, amaraci, hyacinthi, croc
fabæ, sinapi, eruilij, papaueris, meliloti, r
sæ, cerinthæ, & si ager idoneus in propi
quo conseratur rapaceum, triticum fag
num: Nam horum fruticum floribus imp
sæ delectantur. Genistas circumseri apib
gratissimum tradit Plinius Ex arborib. gr
tæ sunt, pinus, salix, abies, amygdalus, per
cus, pyrus & pomiferæ, quibus nulla in fl
ribus amaritudo. Syluestres, terebinthu
lentiscus, tilia, cedrus, ilex minor. Optin
mella colliguntur, vt Palladius testatur.
thymo, secũdo loco thymbra, serpillo, te

t

io roſmarino. Remouenda ex arboribus, axus, cornus. Oleã procul eſſe Plin.vult. Abſit tithymallus, nam eo ſicut & corni flo ibus deguſtatis alui profluuio intereunt. dhæc veratrum, thaſiam & abſynthium, ylueſtrem cucumerum vitare oportet, etſi vicino ſint, euellantur. nam & apes per- unt, & mel vitioſum reddunt. Et quia mera vlmi ſemen apibus peculiariter no- et, idcirco in regionibus ijs Italiæ, quæ his rboribus conſitæ, rarò apes frequentes urãt. Aluei vel aluearia ſeu alui, nam pro- iſcuè domicilia apum ſic vocantur à ſcri- toribus rei Ruſticæ, Ariſtoteles περὶ ζώων ἱστορίας ſcribit apud Themiſcyrã circa Ther modõtem amnem apes tam in terra, quàm alueis facere fauos. Conficiuntur autem uei diuerſis modis pro regionum loco- umqúe conſuetudine & oportunitate: A- rotunda, alij quadrata, alij oblonga pe- es circiter ternos, vnum lata, ſedita vt cùm arum compleant, ea coanguſtent, ne in lo vaſto & inani animum deſpondeant. Ali uos ſpeculari lapide facere aluearia, vt o- erantes intrò ſpeculentur, Plinius tradit. ctiles quoque commemorat Varro alue s, eosque oblinendos fimo bubulo intus exterius, ne aſperitate deterreantur. Sed

Quib. plãtis offendantur.

De alueis.

deterrimaè fictilibus aluearia, quãdoquidem æstate caloribus candescunt nimium hyeme frigore rigent. Optima è subere aut ferula aut corticib. quòd vim frigoris calorisúe non transmittant. Proxima è stipula viminib. contexta opere textorio fiunt sesquipede aut pedib. duobus in rotũdum latis, ac totidẽ aut amplius pro frequẽtia examinis alta. Alicubi excauata è ligno arbori dissectæ, aut ex tabulis compactis fabricantur, quinũ senumúe pedũ altitudine. Hæc quoq; neq; æstate feruent nimiũ, neq; hyeme rigent. E ligneis maximè probãtur ficunea, pinea, fraxinea, atq; iuglandis, longitudine qua diximus & cubitali latitudine. Forinsecus aũt calce aut bubuli stercoris tectorio obducẽda cẽsent, minus enim sic cõputrescere Florentinus tradit. Perforantur obliquæ, quo venti leniter insperãtes tum aranearum telas, tum alia marcescentia resiccent & refrigerent. Oportet habere semper ad manum aluearia plurima quæ mobilia sint & cõmodè trãsferri queant. Nã immobiles aluei incommodi sunt vel ad vendendum vel ad transferendũ, etsi Celsus probarit immobiles alueos, quòd neq; igni, neq; prædonib. essent obnoxij, è fimo aut laterib. cõstructi. Sunt autem aluei, vt è Celso Columella docet, collocãdi in sug-

Alueos quo modo con-

gesti

eſtu lapideo trium pedum altitudine toti- *ſtituere o-*
emq́; craſsitudine opere tectorio leuiga- *poreeat.*
, ne lacertæ aut rubetæ ſerpẽtesq́; aſcen-
ant. Sicque conſtituenda aluearia, vt ſin-
ula binis parietibus anguſtis contineãtur,
beræq́; frontes vtrobiq; : nam & quà pro-
olant interdum patefaciendę ſunt, & mul-
ò magis à tergo, quia ſubinde curanda ex-
mina: ſi autem nulli parietes, ſic tamen col-
ocentur, vt paululùm altera ab alienis di-
ent, ne cùm inſpiciuntur ea, quę in tracta-
one curantur, hærentia altera concutiant,
icinasq́; apes conterant, quæ omnem mo-
im imbecillis cereis operibus tãquam rui-
am metuunt. Ordines tres abũdè eſt in al-
tudine ſuperſtructos, quoniam ſummum
orum curator parum commodè inſpiciet.
Ora cauearũ quæ præbent apibus veſtibula
roniora ſint quã terga, ne influant imbres,
ſi fortè quid influxerit, ne cõſiſtat, ſed ef-
luat. Quoniã verò frigus magis quàm ęſtus
ocet huic generi, à tergo muniãtur aduer-
is Aquilonis iniuriam, & vt apes matutinũ
abeant apricum egreſſum, propter quod *Foramina*
tiam foramina quib. exitus & introitus da- *aluei ſint*
ur, ſint anguſtiſsima, vt ſolùm vnius apis ca *anguſta.*
iãt tranſitũ, partim vt quàm minimum fri-
oris admittãt, partim ne ſtelliones, ſcarabei
apiliones, lucifugæ, blattæ, vt Poeta ait,

& reliquæ noxiæ beſtiæ per laxiora foramina fauos populentur. Vtile igitur pro frequentia examinum, duos aut tres aditus in eodem operculo inter ſe diſtantes fieri aduerſus noxiorum animalium inſidias. PVLLAR. Agedum, quando apes primùm incipiunt operari? & quo tempore latitant? MELISS. Quoniam ſuperius de induſtria, deque diſtributione atque vocabulis operum diximus: Iam quo tẽpore ad opus prodire ſoleant, ſubijciendum. Hyberno tempore, nempe à Vergiliarum occaſu, & vltra exortum veriſque initium latẽt frigore cohibitæ. Neque ante fabas florentes exeunt ad opera & labores, atque inde nullus cùm per cœlum licet, perit dies. Primùm itaque fauos conſtituunt, ceram, hoc eſt, domos cellasq; fingũt, & tantũ cerarũ confingunt quantum ſe explere putant, deinde ſobolem, poſtea mella. Ceram è floribus arborũ ſatorumq;, Melligenem èlachrymis arborũ quæ gluten pariunt, ſalicis, vlmi, arũdinis, ſucco, gummi, reſina. Ariſtoteles tradit fauos è floribus, ceram è lachryma fingi, mella ex rore aeris ſiderum ortu potiſsimum: omnino antè Vergiliarum exortũ mel non fieri, fauos autem floribus facere, mel non ipſas facere apes, ſed rorem cadentem deferre. Argumento eſſe, quòd non vno aut altero

Quo tempore lateant.
Operandi initium operisque ordo.
Faui.
Cellæ.
Mel.
Soboles.
Mel vnde.

ltero die cellas melle repletas reperiunt piarij. Item autumno mel posteaquam deactum est, non reparatur, cùm tamen illo tiam tempore flores proueniant. Hæc & lura Aristoteles. Quem secutus Plin. mel, nq̃uit, ex aere, maximeq́; siderũ exortu, & ræcipuè Sirio exsplendescente sublucanis emporibus fieri. Ita que prima aurora folia rborum melle roscida inueniri, ac si qui natutino sub dio fuere vnctas liquore ves, capillumq́ue concretum sentiunt, norum vulgus Manna vocat niuis instar in rborum foliis hærens ante solis exortum, ue ille est cœli sudor, sine quædam siderũ liua, siue purgantis se aeris succus, vtinãúe talis esset, qualis defluit primò ac non otius terræ halitu infectus: Et præterea è ondibus potus & in ventriculis congeus apum (ore enim euomunt) adhæc floum succo corruptus alueisq́ue maceratus otiesq́ue mutatus multum de cæleſti natu amittens magnam tamẽ cœlestis naturæ oluptatem afferens. Mel è thymo optimũ, t antè diximus, etiam è cithyso bonum, è co insuaue. Varro nõ ex eodem cibum & nel capere tradit. Cibi pars quoque potio ea his aqua liquida vnde bibant, & vt dimus propinqua esse debet. eamq́; puram sse conuenit, quod ad mellificiũ bonum

Manna.

Mel è thymo optimũ Cibus apũ.

vehemẽter prodeſt. Cúq; non omnis tẽpeſtas patitur exire longius, p̃parandus cibus ne tũ ſolo melle cogãtur viuere, aut relinquere exinanitos alueos. Alij aquã mulſam in vaſculis proponũt, lanã purpureã addentes, p̃ quã fugant, ne potu nimio impleãtur, aut ne incidãt in aquã: Alij ficũ aridã vel cõtuſam vel aqua madefactã, vel defrutũ vel vuã paſsã, cũ pinſuerint affundũt ſapa, atq; eo factas offas apponunt, idq; tempeſtate & hyeme cùm procedere nõ poſſunt ad pabulum. Porrò cùm aſsiduam curã deſiderant apes, & ſemper aluearia circumeunda, diligentiſsimam verò cùm exundant nouis fœtibus: qui niſi protinus curatoris diligentia excipiantur, effugiũt. Talis enim apum natura, vt quæque plebs generetur cum regibus, qui vbi euolandi vires adepti, conſortia & imperia dedignantur vetuſtiorum. Id quod fieri ſolet, cùm adnatę proſperè multæ ac veteres emittere progeniem volunt in coloniam, itaque nouos duces cum iuuentute proceſſuros duo ſigna præcedere ſolent, primum quòd vno aut altero die maximè veſperi in veſtibulo conſiſtunt glomeratę, & egreſſu ſuo ſedis proprię deſiderium oſtendunt, eaque velut patria contentæ ſunt, ſi à curatore protinus aſsignetur. Sin autem deſit cuſtos, velut iniuria repul-

Apũ hyber napabula.

Apũ fugæ ratio & ſigna.

Fugæ futuræ indicia.

ulsa, peregrinam regionem petit. Quod
ne fiat Columella præcipit vernis tempori-
bus obseruandos alueos in octauam aut me
idianam diei horam, post quam non teme-
è se noua proripiunt agmina, eorumque
gressus regressusque diligenter obseruet.
Alterum signum, quòd euolaturæ autiam
tiam euolantes consonant vehemẽter mur
nure facto, perinde ac milites castra mouẽ-
es, quæ cum primo exierunt in conspectu
olitant reliquas expectantes dum conue-
niant. Nonnunquam etiam vernacula exa-
nina patrię pertęsa eruptionem moliuntur,
quod significatur cùm sic euadunt, vt nul-
a intrò reuolet, sed se confestim leuet sub-
imius, tum crepitaculis æreis, aut testarum
ulgò iacentium sonitu aut plausu terrea-
ur fugiens iuuentus. Ea autem cùm vel pa-
ii da repetierit alueum maternum, & in ei-
is aditu glomerata pependerit, aut ad pro-
imos arborum frondes se contulerit, pro-
inus custos nouum loculamentum in hoc
aratum perlinitumque herbis huic insẽ-
to gratis, aut mellis respersum guttis ad-
noueat atque recondat, eoque loco relin-
quat dum adueſperascet, deinde diluculo
eponat in ordinem reliquorũ alueorum.
Oportet, vt antè diximus, alueos nouos ha-
bere abũdè in hũc vsum præparatos in prõ-
ptu.

Fuga quibus continetur.

Rami figẽdi

ptu. Etsi arbusculæ in propinquo desint, arborum ramus defigendus, in quem se conferant considentes, eumque oblinire apiastro aut erithace ac similibus illecebris, vt, vbi huc aduolârint & consederint, alueo appositò fumo leui circumeundo eas in nouam coloniam deducas. Citius in nouum alueum se recipiunt, quàm in veterem, etiãsi proximum posueris, veterem vnde exierint, tamen nouo magis delectantur. Quędam solent cùm subitò euaserint, sine cunctatione se proripere, poteritq; apiarius fugam prænoscere, vespertinis tẽporibus aurem singulis alueis admouendo: Siquidem antè triduum, quàm eruptionem faciẽt, velut militaria signa, vt diximus, mouentium tumultus & murmur exauditur, quod Poeta notauit:

Alueis nouis delectãtur apes.

Subitaneæ fugæ indicia & remedia.

Corda licet vulgi præsciscere. namq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.

Itaque maximè obseruari debent quæ istuc faciunt, siue ad pugnam eruperint, siue fugæ causa se proripuerint, prẹsto sit custos. Pugna quidem vel vnius inter se dissidentis, vel duorum examinum ad prælium accinctorum facilè compescitur:

Pulueris exigui iactu compressa quiescit.

Aut mulso, passóue, aut alio quouis li-

quo-

quore reſperſo, videlicet familiari dulcedi
ne ſeuientium iras mitigante. Eadem & re- *Reges plu*
ges diſſidentes conciliant. Nam cùm ſint *res in vno*
ſæpè vnius populi plures duces & quaſi ꝑ- *examine.*
cerum ſeditione plebs in partes deducitur,
quod frequentius ne fiat prohibẽdũ, quo-
niam inteſtino bello gentes conſumuntur.
Quare ſi ſæpius dimicantes notaueris, du-
ces ſeditionum necare oportet, & dimicã-
tium prælia prædictis remedijs ſedãtur. Ac *Cõglome-*
deinde cùm agmen glomeratum in proxi- *ratæ pendẽ*
mo frondentis arboris ramo conſederit, a- *tes ſignum*
nimaduertẽdum an totum examen in ſpe- *cõcordiæ.*
ciem vnius vuæ dependeat, idque ſignum
erit aut regem vnum ineſſe, aut certè plures
reconciliatos, quos ſic patieris, dum in ſuũ
reuolent domicilium. Sin autem duobus
aut pluribus velut vberibus diductum exa-
men fuerit, indiciũ eſt, plures duces & diſ-
ſidentes eſſe, atque in ijs partibus vbi maxi-
mè glomerari videris apes, requirendi du- *Reges vbi*
ces erunt. Itaque ſucco meliſſophilli vel a- *requirẽdi.*
piaſtri manu illita, ne ad tactum diffugiant,
leniter inſeres digitos, & diductas apes ſcru
taberis, donec auctorem pugnæ, quem eli-
dere oportet, reperias. Quæ ſit regis forma *Regis for-*
paulò antè dictum, nempe oblonga magis *ma.*
quàm cęterarum, minus amplis pinnis, pul-
chri coloris & nitidi, leuisque ac ſine pilo

atque

atque ſpiculo Quidam etiam hirſuti & infuſci, qui damnãtur & necãdi ſunt. Melior ſine regnet in aula: qui tamẽ & ipſe ſpoliandus eſt alis, vbi ſæpius cũ ſuo examine conatur fugere: Sic enim quaſi cõpede retinebitur detractis alis, qui fugæ deſtitutus præſidio, fines regni non audet excedere, propter quod ne cæteris ditionis ſuæ apibus permittit lõgius euagari. Didymus tradit apes non fugere, ſi vituli recẽs nati ſtercus oculorũ oſculis obleueris. Idem præſtare ſi ſylueſtris & ſatiuæ oleæ folia ſimul trita aluearibus ad veſperam illeueris, aut aqua mulſa parietes & aluearia obleueris. Cùm autẽ vetus alueare numero apum deſtituitur atque frequentia, alio examine ſupplenda, primo vere cùm in eo vaſe nata eſt pullities, nouus rex eliditur, vt multitudo citra diſcordiam cum parentibus conuerſetur, vt mox dicetur vbi de paucitate reſarcienda diſputabitur. Vere tranſacto ſequitur mellis vindemia, propter quam totius anni labor exercetur. Eius maturitatem intelligi Columella tradit, cùm animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari, Nam: Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Id genus ſerotini fœtus & imperfecta apis, ſed ſimilimũ api, niſi ꝙ amplioris incremẽti ſine induſtria fauis aſsidet, neque alimenta congerens & ab a-

Remediũ fugæ in regem.

Regi ſeneſcẽti nouus ſubſtituitur.

Caſtratio vel vindemia apum

Fucus.

b apibus congesta consumens. Verùm ad
rocreationé sobolis cõferre fucos, quòd
eminibus insideant, quibus apes figuran-
ur: in eum vsum admissi, exclusis pullis, ex-
elluntur. Varro eximendorum fauorum
empus primum Vergiliarum exortu, secũ- *Fauorũ ex*
um æstate, tertium Vergiliarũ occasu. Si- *imendorũ*
num sumi vult cùm plenos aluos habeãt, *tempus.*
umque illos geminauerint. Ex apibus au-
em coniecturam faciunt, si intus bombum
aciant & cùm introeunt ac foras trepidãt,
t si opercula alui cùm remota sint fauo-
um foramina, obducta videntur membra-
is mellis. Didymus optimum tempus prio
s vindemiæ Pleiadum exortũ, idem Maij
nitium indicat, secundum ineunte autum-
o, tertium Pleiadibus occidentibus, nem-
e circa Octobrem mensem, non tamen
efinitis semper diebus, sed iuxta fauorum
erfectionem. Quod si ante perfectos fa-
os mel eximatur, ægrè ferunt & cessant
ræ siti. Dies castrandi matutinus occupan- *Castrandi*
us, neque enim conuenit medio æstu ex- *tẽpus diei.*
speratas apes lacessiri. Duobus ferramen- *Ferramẽ-*
is ad hunc vsum opus est, sesquipedali vel *ta castran*
aulo ampliore mensura factis, quorum *darũ apũ.*
lter sit culter oblongus, ex vtraque parte
cie lata, vno capite aduncum habens scal-
rũ: alterum prima fronte planũ & acutissi-
mum,

mum, quo melius hoc faui succidantur, i
lo eradantur, & quicquid sordidum dec
derit, retrahatur. Et vbi à posteriore par
vestibulum nullum patefactum habuerit
ueare, fumum admouebimus factum ga
bano vel arido fimo, quæ fictili vasi ansat
altera parte acutiore, per quam fumus pri
nis accensis exhalet, altera parte latiore
patula, per quam afflari possit, vti hanc o
lam Columella describit: Eamque olla
admotam sinas fumum aluearе irrumper
postea foris teneto, vt fumus foris redũde
atque sic castrato. Nostri minus operos
instrumento, nẽpe vetusti lintei frustro am
busto fumum excitant, eoque nidore ape
in priorem partem domicilij, & interdu
extra vestibulum adigunt, atque sic fit po
testas liberius inspiciendi. Sunt qui malu
syluestris masculæ suffitu ferocientes coer
ceant, atque idem succus aduersus morsu
illinitur vindemiatori: itẽ flos melissophyl
li ac lentisci: Alij ad farinam fœnigræci to
sti syluestris maluæ succum affundunt cur
oleo, factaque mellis spissitudine faciem
nudas corporis partes perungunt, sorben
etiam & in aluearia infundunt. Maximè cu
randum ei qui apes tractaturus, vt à Vene
re sit liber & tumulentia, nec nisi lotus ac
cedat. Purè enim & fideliter tractari volũt

Fumus vnde excitãdus.

Quibus rebus coerceatur sæuitia.

Apes mũditiem amant, furẽ oderũt & immunditiem.

mun

nunditiem amant, fœdos odores auersan-
ur, adeò, vt ipsæ omnem immunditiem a-
noliantur è medio: nullæ reperiũtur inter
pera spurcitię: quin & excrementa operã-
ium intus ne longius recedant, vnum con-
cesta in locum turpidis diebus operis otio
gerunt. Oderunt furem quoque & mulie
um menses, & vnguenta redolentes, aut
alsaméta eorumque liquamina. Adde fœ-
orem allij ac ceparum acrimoniam, cętera *Allio excitantur.*
umque rerum similium: excitantur enim
d iracundiam allio. Quare si apes nostras
liæ efferant & furentur, allium in præsepi
roponatur, & tã in alias apes, quàm in ho- *Iracundiæ quibus cohibeatur.*
nines sæuient. Iracundia maximè cohibe-
ur vel interuentu eorum, qui aluearia cu-
ant, & celerius mansuescunt, agnoscentq;
os à quibus crebrius tractãtur. Si duo sunt
xamina, etiam duo sunt fauorum genera.
Jam etiam in cõcordia suum quæq; plebs *Fauorũ figuratio.*
eruat cerarum figurandarum morem, sed
mnes faui semper cauearum tectis & pau-
ulum lateribus adhærentes dependent ita
e solum contingant, quoniam id præbet
xaminibus iter, vt supra etiam de structu-
a operis attigimus. Cerarum autem figu- *Cerarum figura.*
a talis, qualis & domicilij habit⁹, nã & qua-
rata & rotunda spatia, nec minus longa,
uam speciem veluti formæ quædam fauis

præbent, ideoque non semper eiusdem figuræ reperiuntur faui. Proditum est à Plinio fauos in Germania visos octo pedum longitudine. Sed qualescunque sint, non omnes eximantur: est enim in fauis eximendis necessaria dispensatio. Apud nos priore messe non nisi cellas inanes rescindunt scalpro vsque ad fauos, in quibus mella, caueteq; vere: ne ea ledāt, atq; posteriore messe, npe autūnali vindemia mellitos fauos eo modo, quo diximus, tractāt, veteres apes cadis condunt, nouæ apes semper seruātur ferè. Priore messe, dum adhuc rura pastionibus abundant, quinta pars fauorum, posteriore mellatione, cū iā metuitur hyems tertia relinquenda est. Atque hic tamen modus non omnibus regionibus communis, quoniam pro multitudine florum & vbertate pabuli apibus consulendum est. Dionysius Thaseus decimam partem relinquendam æstiua mellatione existimauit: si pleni fuerint aluei, si minus pro rata portione, si inanes, omninò non attingi. Plinius tradit mel Anthinum, quasi vernum aut ex floribus collectū dixeris, non attingi propterea à quibusdam, vt largo alimento valida exeat soboles, alij ex nullo minus apibus relinquūt, quod magna sequatur vbertas & herbæ tum florere incipiant quæ celli

Meſses duæ apum

Mellationis modus.

Mel ἀνθινον.

præ

præcipuã materiam ſuppeditent: qui ſunt diligentiores, duodecimam partem relinquere apibus ex hac vindemia, idque die riceſima ab educto examine, atque hanc indemiam ferè Maio includi. Eximentur utem veteres & vitioſi, relinquendi maxinè integri & melle pleni faui. Poſteriore neſſe examina numeroſiora propter imenſas ſunt minuenda, & pars cum ipſis faiis condienda, quò minus per hyemem pa uli opus ſit. Omnes deinde faui in vnum ocum conferentur, quo mel conficere ve-s, linendaque diligenter ſunt foramina pa ietum & feneſtrarum, ne quid apibus per-ium, quæ velut amiſſas opes pertinaciter eſtigant, & perſecutę cõſumũt. Caſtrati de ade aluei, ſi q transuerſos fauos in aditu ha eant, cõuertendi erunt, vt alterna vice po-eriores partes veſtibula fiant. Sic enim pro imè cum caſtrabuntur veteres potius faui, uàm noui eximentur, ceræque nouabun-ur, quæ tanto deteriores quo vetuſtiores. Quocunque faui ſunt demeſi, eodem die um tepent, mella conficere cõuenit. Mel lenilunio capitur vberius, ſerena die pin-uius, vt ſcribit Plin. Faui exẽpti tepefiant untùm, ne nimium feruentes, cera cũ mel-: tranſmittatur, mox in ſaccũ craſſioris ſili

Mellationis cura.

Cera noua optima.

Mellis ratio.

Saccus &

machina ad mel exprimendū.

inuerſęque metæ ſimilem mittuntur, præl
que vel inſtrumēto machináue in hoc præ-
parata, aut quale mel exprimitur, ſed cu-
ram habendam vt ſeparentur partes cerarū
quæ vel pullos habent vel rubras ſordes:
nam ſucco ſuo malo mella corrumpunt: V-
bi mel liquatum in ſubrectum alueum de-
fluxit, transfertur in vaſa fictilia, quæ pau-
cis dieb. aperta ſint, dū muſteus fructus de-
ferueſcat, isque ſæpius ligula purgādus eſt.
Nonnunquam mel vnà cum fauis & pulli-
tic in cupas cogitur rudi modo, atque ſic
cum excrementis vēditur. In imo vaſis me

Mel optimū quod.

optimum. CHENOB. Quibus locis, & que
mella cenſes præſtantiora? MELISS. Mella
optima Atticæ regionis memorantur à ve-
terib. Hymettia & Hyblæa. Probari audio
Sarmatica quoque. Eſt initiò mel dilu-
tum vt aqua, primiſque diebus feruet
vt muſtum, ſeq; purgat, viceſimo die craſ-
ſeſcit, mox obducitur tenui membrana

Tria mellis genera.

qua feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Sor-
betur optimum, & minimè fronde infectū
è quercus, tiliæ, harundinum folijs. Melli
tria genera memorantur, anthinum vel ve-

Anthinū mel.

num de quo dictum, prioris generis. Alte-

Horæum mel.

rum æſtiuum & horæum à tempeſtiuitate
præcipua poſt ſolſtitium dies pene trigin-

Ericæum mel.

ta Sirio ſplendeſcente: Tertium ericæum
vocan

ocant, ſylueſtre minimeque probatũ con-
ectum poſt primos autumni imbres erica
orente, ob id arenoſo ſimile. Mel optimũ,
t Diophanes tradidit, ſpecie pellucidum
c ſufflauum, tactu leue, & ſi quis trahat ip-
ım, diu ſibijpſi cohæreat, & ſublatum ſen-
m defluat, non in tenuitatem abiens, ac
ntè remoueri potens. Quod peioris no-
æ, id coquendum eſt. Panis intinctu cor-
umpitur, quare cauendum ne panis vaſis
nmittatur. Fragmina fauorum quæ in ſac
o permanſerunt retractata exprimuntur,
tque id ſecundæ notæ mel defluit, ſed ſe-
rſim reconditur, ne optimo miſtum id
orrumpat. Mel adulteratum cognoſcitur
accendatur: nam quod adulteratum non
ſt, purè ardebit, vt idem Diophanes teſta-
ır. Expreſſæ fauorum reliquiæ poſteaquã
iligenter dulci aqua perlutæ ſunt, in vas
neum conijciũtur adiectaque aqua igne
quantur. Quod vbi factum, cera per
ramenta vel iuncos defuſa colatur, ac ite-
um de integro coquitur, & in orbes vel a-
as quaſlibet formas aqua prius adiecta
iffunditur ceraque concreta ex aqua fa-
ilè eximitur. Plinius fauos ſcribit antè puri
cari aqua, triduoque in tenebris ſiccari, &
uarto die liquatos igni in nouo fictili, a-
ua fauos tegente, ac poſtea ſporta colari:

Panis intinctu corrumpitur mel.

De cera facienda.

rursumq; in eadem olla coqui ceram cum eadē aqua, excipiq́ue aqua frigida vasis mel le circumlitis. Candidissimam fieri post insolationem etiamnum recoctam, nigrescere, addito chartarum cinere, anchusa admixta rubere, variosq́ue in colores pigmenti trahi. Punicam & post Pōticam Creticam maximè probabant Veteres. Nostra ætate immensæ moles cerarum in orbes coactæ è Sarmatia & Liuonia ad nos deferuntur.

Ceræ colorandæ rationes.

Ad paucitatem redacti quomodo paucitas suppleatur.

CHENOBOSC. Si in mellatione apes ad paucitatem redactæ, quo pacto reparantur? MEL. Cùm vetus alueus ad paucitatem redactus & examina resarcienda sunt, tum verno tempore, quando noua pullities in vasenata, nouus rex eliditur, vt multitudo sine discordia cum suis parentibus conuersetur. Quòd si nullam progeniem tulerint faui, duas aut tres alueorum plebes in vnum contribuere licebit, sed prius respersas dulci liquore, ac tum demum includere, appositoq́ue cibo, dum conuersari consuecuerint, exiguis tantùm spiramentis relictis triduo ferè clausas continere.

Rex senecta deficiens.

Sunt qui senioré potius regem tollant, sed id Columellæ non probatur. Atqui rex si senectute deficit (de ætate apum paulò inferius dicetur) & plebs ad seditionem spectet, tum ex ijs alueis, qui plures duces habent

bent

bẽt, rex deligitur. Superius dixim⁹ quo pa-
sto cõcordia farciatur, quoties veteres no-
uis addũtur, ne seditione consumãtur, nem
pe eorum examinum, quæ ex alio transfe-
runtur domicilio reges, submouendos. Po
test autẽ sine magna molestia in ijs domici-
lijs, quæ aliqua peste laborant, paucitas e-
mendari. Nam cognita clade infrequentis
aluei, considerati sque fauis, partem eius ce
ræ, quæ semina pullorum cõtinent, recide-
re oportet, in qua regia proles animatur, fa
cilis est cognitio, quoniã in fine cerarũ ve-
luti papilla vberis apparet eminentior, &
laxioris fistulæ, quàm sint reliqua forami-
na, quibus popularis notæ pulli detinẽtur.
Sunt qui affirment in extremis fauis trans- *Regiorum*
uersas fistulas esse, quæ regios pullos con- *pullorum*
tineãt. CHE. Quid si prorsus vel messe ab- *sedes.*
sumptę sint, vel morbis interierint, gene-
rantúrne, an arte reparantur examina?
ME. Vtroq; reparantur modo, etsi genera- *Generatio*
tio apum magnam apud Aristotelẽ habeat *apum.*
ambiguitatem, neq; ipse post longã disputa-
tionẽ certi aliquid affirmare audet. Alibi
aliorũ recitat opiniões, & aliorũ quidã exi-
stimantium per coitũ agi, maresque esse fu-
cos, fœminas verò apes esse: Aliorũ autem,
eas parere, attamen nõ coire, sed deportare
fœturam existimantium, nec vnde portẽt,

constare: Alios è floribus cerinthi, alios floribus arundinis, alios ex oleæ floribus argumento esse, quòd cùm oliuarum prouentus sit largior, tũ plura examina gignesse etiam, qui fucorum fœturam comportari putent, sed apũ ortũ è ducibus. Et mox paulò pòst idem, Schadones, inquit, hoc est, sobolem optimè fieri cùm mellificaturi aggerunt suis crurib. ceram atq; erythacã, mel ore euomunt in cellas fœtũ posito incubant auium more. Excluſus inde vermiculus dum paruus est, iacet in fauo obliquus, pòst sua ipsa facultate se erigit, cibumq; capit, & fauo ita adhęret, vt retineri videatur. Fœtus apum & fucorum candidus est, ex quo vermiculi fiunt, qui in apes fucosq; transeunt. Hæc & plura Aristoteles. Alibi videtur colligere è regibus generari apes, subdens, nisi hoc esset, ratione carerẽt, quæ finguntur in eorum imperio. Rectè enim reges intus manent immunes ab omni negotio, quasi nati ad sobolis procurationem: Magnitudine etiam præstant, quasi ad prolem procreandam corpus eorum sit institutum, fucos autem castigent. Non est verisimile filios parentes castigare, quare è fucis apes non generentur. Postremò apes sine coitu generari, argumento, quod fœtus exiguus admodum in cellulis faui cernatur;

Schadones.

Apes incubare.

ur, cùm insecta, quæ per coitum oriuntur, oeant diu, pariant breui, magnitudine ad eciem vermis. Plinius, Aristotelē secutus, ertum esse affirmat, apes gallinarum mo- o incubare. Id, quod excluſum est primū ermiculum videri candidū, iacentem trās- ersum, adhærentemq́ue, ita, vt pascere vi- eatur. Regem statim mellei coloris, vt ele- to flore ex omni copia factum, neque ver- niculum, sed statim pennigerum. Cætera urba cùm formam capere cœpit, nymphæ ocantur, vt fuci, sirenes ac cephenes. Si qui lterutris capita demat, pro gratissimo sunt natribus cibo. Tempore procedente in- tillant cibos atque incubant, tum maximè murmurantes, caloris vt putatur faciendi gratia necessarij excludendis pullis, donec uptis membranis, quę singulos cingunt o- orum modo, vniuersum agmen emergat. Addit Plinius hoc spectatum Romæ alueis ornu laternæ transluc ido factis. Fœtus in- ra 45. dies peragitur, fit in fauis quibusdam qui vocatur clerus, amaræ duritia cerę: cùm œtum inde non eduxêre morbo, aut igna- ia, aut infœcūditate naturali, hic est abor- us apum. Protinus educti operantur qua- lam disciplina cum matribus, regemq́; iu- enem ęqualis turba comitatur. Reges plu- es inchoantur, ne desint: posteà ex eis so-

Apū incubatio & excluſio.

Nymphæ. Sirenes. Cephenes.

Fœtus quo to tēpore pagatur.

Clerus.

Abortus apum.

boles, cùm adulta esse cœpit, concordi suf
fragio teterrimos necant & distrahunt a
gmina, nam duo esse genera, & qua forma
superius declaratum. CHE. Age verò qua
Aetas apũ ætas? MEL. Aetatem quidem sic tradũt in
ternosci, quòd, quę annum non excesserin
nitescant, oleiq́; similitudinem & speciem
gerant, vetulæ aspectu & tactu horridulę &
rugis plenæ, eas tamen fingendis fauis præ
stantiores. Aristoteles libro suprà citato tra
dit, apum vitam annorum sex, nonnullas se
ptem posse complere. Quòd si examen no
uem aut decem annos durauerit, prosper
actum existimari. Alueos nũquam vltra de
cem annos durasse Plin. scribit, nec vllum
examẽ hanc ætatem posse excedere, quam
uis in demortuarum locum aliæ substituan
tur quotannis. Nam ferè decimo ab inter
De sobole ꝓpagãda netione anno, genus vniuersa totius alue
consumitur. Itaque ne hoc fiat, semper pro
paganda obseruandaq́;, vere, cùm se nou
profundunt examina, vt excipiantur & do
miciliorum numerus augeatur. Quòd si a
Quopacto ꝓfligatæ reuiuiscãt pes subita tempestate, aut frigore, aut imbr
repentino iaceant prostratæ, colligendas in
vas aliquod, & reponẽdum in tecto ac pro
no ad meridiem, quam maximè cœlo cle
menti, & vas ipsum cinere facto è ficulnei
ligni infricãdum paulò plus calido, quàm

tepi-

epido, ac deinde concutiendum vas leni-
er, vt manu nõ tangas, atq; sic in solẽ pro-
tas incalẽtesq; reuiuiscere Varro docuit,
ui subscribens Columella subdit de api-
us coaceruatim sub fauis repertis mortuis,
as scilicet sicco loco per hyemem seruatas
rca vernum æquinoctium, cùm cœli be-
ignitas inuitat in solem proferendas, ficul-
oq; cinere obrutas, intra paucas horas ca-
oris halitu animari. Volentib. licet experi-
ipse nõ sũ expertus. Sũt qui in totũ amis-
s reparari tradũt, vẽtrib. bubalis recẽtib.
ũ fimo obrutis. M. Varro partim ex apibus
enerari, partim è bubali aut iuuẽci corpo-
e putrefacto, Archelai citans Epigramma:

Quomodo amissæ prorsus reparẽtur apes.

ὁς φθιμένῳ πεφοιήμδνα τέκνα
πων μὲν σφῆκες γένεα, μόσχων δὲ μελίσσας.
πποι μὲν σφηκῶν γένεσις, μόσχοι δὲ μελίσσων:

am vitulo vel iumento exanimato ac pu-
refacto, coniectoq; in aliquem locum, vn-
e putris exhalatio non possit euaporare,
dditis herbis apium naturæ congruenti-
us, veluti thymo, casia, atq; alijs, quib. tẽ-
eretur vapor, ex his apes generari, sicut ex
quorum corpore vespę & crabrones. Vir-
ilius vtrunq; modum recuperandarum a-
um depinxit, & priorem quidem genera-
onis modum his verbis:

lum adeò placuisse apibus mirabere morem,

Quòd

Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segne
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ è foliis natos & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ regem, paruosq; Quirites
Sufficiunt, aulasq; & cereа regna refigunt.

Alterum verò modum, quo apes arte re parantur, idem Poeta eleganter subnectit:

Sed si quem proles subitò defecerit omnis,
Nec genus, vnde nouæ stirpis reuocetur habebit
Tempus, & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere quoque modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insincerus apes tulerit cruor. &c.

E iuuenco quomodo apes creentur.

Modum autem, quo apes è iuuenco creentur, & Virgilius longius repetit è veteribus nempe è Magone & Democrito. Nam domus fabricatur quadrata circiter cubitis decem & alta & lata, fenestris quatuor in quoque latera vna. Huc introductus iuuencus saginatus obturatis omnibus meatibus, linteolis pice tinctis, qui à pluribus fustibus cõtunditur in necem, ita vt carnes simul cum ossibus comminuantur, cauendum tamen, ne cruentet, nam è sanguine apes generari, deinde thymo substrato, boueque supino desuper reclinato ab egredientibus domus concluditur, fenestris diligenter sic oblitis luto, necũde aeris sit ingressus. Tertia hebdomade domus aperienda lumine aereque admisso, præterquàm ea parte, qua ventus pro-

procedit vehemens. Vbi materia refrigera-
a, rursus sicut prius occludenda atque ob-
inenda domus, & vndecima post die aper-
a reperietur plena apibus, ex boue nihil pre
er cornua & pilos & ossa. Aiunt è cerebro
igni reges, è carnibus alias apes. PVL. E-
quidem non existimarem tanto dispendio
pum reparationem redimendam. MEL.
dem Celsus existimauit. Nos commemo-
amus veterum artes, eas qui volet, poterit
mitari. CHE. Quin potius dicas nobis, an
norbis infestẽtur, & quibus indicijs decla-
etur eas rectè aut malè valere, & qua cura
oxia amoliantur, quibusúe remedijs mor-
i earum curentur. MEL. Obsequar & di-
am. Sanitatis signa sunt, si viuidæ frequen-
esque in examine, si opus quod faciunt æ-
quabile & leue: hilaritate enim & nitore sa-
itas æstimatur. Minus valentium signa, si
orridæ, si pilosæ & puluerulentæ, nisi opi-
cij tempus vrgeat, cùm propter laborem
sperantur & marcescunt, item tristitia tor-
ent, & si conspiciantur alij mortuorum ca-
auera efferre, funerantiumque more exe-
quias comitari, aut intra tecta silentio tor-
ere. Id cùm accidit Columella iubet arũ-
lineis canalibus infusos cibos offerri, maxi-
ma decocti mellis, & cum galla vel arida ro
a detriti. Galbanum etiam (vt eius odore me-

Indicia benè ac malè valentiũ.

medicentur) incendi conuenit, passoque defruto vetere torpentes sustinere. Rege i terempto luget plebs ignauo dolore, nc conuehunt cibos, & ni subueniatur, fan moriuntur. PISC. Quibus morbis potiss mum afliguntur? MEL. Pestilentiæ in ap bus rara pernicies, neque aliud remedium quàm vt longius aluei transferantur. Max mus earum annuus labor est initio veri quo tithymalli flores, & quo sameram vlm promunt. Namque sicut nouis pomis, i his primitiuis floribus illectæ auidè vescu tur post hybernam inediam, nihil alioq citra satietatem tali nocente cibo, quo cùi se repleuerint, profluuio alui nisi celerite succurratur intereunt. Soluit autem tithy mallus etiam aliorum animalium ventren Vlmus autem peculiariter apum aluum c tam reddit. Quare in ijs regionibus, vbi eiu generis arbores crebræ sunt, apes rarò du rant. Aegris autem Columella tradit rorer marinum aqua mulsa decoctum cùm gela uerit imbricibus infusum dari solitum. Qui dam vrinam vel hominis, vel bubulam ap ponunt alueis: item grana mali punici tun sa & vino conspersa, vel vuæ passæ cum ro re Siriaco pari mēsura pinsitæ, & austero vi no insuccatæ dantur in fictili vase inferuefa cta, ac deinde ligneis canalibus appositæ

Apũ morbi & præseruatiu. Tithymalli Sameravl mi semen.

Remedia ægritudinis apum.

Opti

ptimè facere amelli radicem, quam Virlius describit frutice luteo, flore purpuo, eius cum vetere vino decoctæ expresque succus datur vtiliter. Columella exginio tradit hoc modo laborãtibus succrrendum, primum, vt omnes faui vitiosi llantur & cibus ex integro recens, deine vt fumigentur: Prodesse etiam apibus tustate corruptis examen nouum adijce, vt suprà diximus. Sæpè vitio intereunt nod φαγεδαίναν, hoc est, voracitatem vont, vt cùm tantum ceræ confingant, quãm se explere putent, & posteà tempestate pressæ intereant, & reliqua paucitas non ficiat implendis fauis, vt vacuæ cerearũ rtes computrescant, atque vitijs serpenus ipsæ quoque apes reliquæ cum melle rrumpantur. Id ne fiat, duo examina cõngentur, qui possint integras adhuc ce- explere, vel si non est facultas examinis, os fauos pręscindere oportet antè, quàm trescant, idque acuto ferro, ne hebetune ferri reliqui faui moueantur loco. Est causa sæpè interitus apibus nimia felicisua, veluti cùm continuis annis plurimi res proueniunt, & apes magis mellificis quàm fœtibus studeant, nimioque opere igatæ interdum pereunt, nullis relictis entutis reliquijs, ἐλαφιγονία vocatur, cùm

Phagedænæ vitium.

Si fetib. nõ studeant.

Blapsigonia.

cùm vel morbo, vel ignauia, aut infœcũ
tate fœtum non peragunt. His proderit te
tio quoque die alueorum exitus præclu
exiguis tantùm foraminibus relictis, quib
tamen exire nequeant, at queita domi re
tæ cogantur fœtib. vacare. Plinius etiam
peris commemorat morbos, cùm fauos
explent, Cleron vocât, item blapsigonia
de qua diximus. Aliquando & ipsæ conti
hunt mortis sibi causas, cùm sensêre exi
mella, auidius deuorantes. Nocent & su
psis mella, illitęq; ab aduersa parte moriu
tur. Oleo quoque non apes tantùm, sed
mnia insecta exanimantur. Odere fœdos
dores, propterea vnguenta redolentes in
stant. Impugnant eas vespæ & crabron
& è culicum genere, qui vocantur mu
ones, populãtur hirundines, picus Marti
lingua prælonga in alueum inserta mel e
bit, & quędam aliæ aues noxię sunt, vt sup
rius diximus. Rubetæ quoque adrepent
foribus opertas sufflant ab hoc spatio pr
uolantes confestim abripiuntur. Nec se
tire ictus apum ranæ traduntur. Obsunt
oues apibus, difficilè se à lanis earum exp
cantibus. In vastis Sarmatiæ syluis, vbi in c
uernis abietum sedes habent, huc vrsi m
lis cupiditate in subrectum felium more
scendunt domicilia inuadentes. Aduer

Operis mor bi.

Cleros.

Quænoce- ant apibus.

Muliones.

Vrsi quo- modo arce antur à melle.

h

oc apiarij malleos ingentes grauiq́; pon-
ere ſuſpendunt ante apum veſtibula, vrſus
alleũ amoturus, quò maiore impetu mal-
um repellit, hoc vehementius in reijcien-
m recidit, eoq́; remedio tuentur apes. Cã- *Cancrorũ*
orum odore, ſi quis iuxta coquat, exani- *odor.*
antur. Inimica eſt echo reſultanti ſono, *Echo.*
ii pauidas pulſat alterno ictu: inimica &
bula. Aranei quoq; hoſtiles, cùm præua-
ere enecant alueos, & filis quacunq; in-
ſſerint alarum lanugines obtexunt. Pa-
lio etiam ignauus luminibus accenſis ad-
plans peſtifer non vno modo, vt antè
ioque dictum. Nam & ceras erodunt,
relinquit excrementa, quibus teredines
gnuntur. Naſcuntur & in ligno teredi-
s, quæ ceras præcipuè appetunt. His igi-
r vel præuertendis, vel amoliendis inui-
labit diligens apium cuſtos, vt herbæ ac
itices propinquę, quibus offenduntur, e-
llantur & extirpentur, animalia inimica
ocul arceantur. Eæ verò res, quibus dele- *Cura apib.*
antur & conſeruantur, adhibendæ. Si- *neceſſaria*
uidem per totum annum apiario ſuis qui- *per totum*
ſque temporibus labor. Nam ab ęquino- *annum.*
io verno apertis alueis curandæ, vt omnia
rgaméta, quæ ſunt hyberno tẽpore con-
ſta, eximãtur: & vt araneis, qui fauos cor-
punt, detractis, fumus immittatur factus

Verno tẽpore purgãda aluearia

è fimo bubulo aut linteo aliáue re ad id id
nea, vt suprà quoq; de castratione dictu
Fumus enim quasi cognatione quadam g
neris cùm primis apibus est vtilis. Et lic

Fumi vtilitas.

molestum sit examinibus, saluberrimum t
men esse constat. Vermiculi quoque, qui
neæ vocantur & papiliones necandi, q
pestes fauis plerunque adhærentes decidi
si fimo medullam bubulam misceas, & l

Apiaria curanda.

incensis nidorem admoueas, atq; hac cu
examina firmabuntur, & fortius operib
inseruient: eaque purgatio à Cal. Aprilib.
autumni tempus frequẽtetur. Curator a
tem cauebit, vt antè quoq; dictum, à tem
lentia rebusq; Venereis, atque ab immu
dis ac redolentibus rebus: purè enim &

Maio examina augeri.

deliter tractari volunt, sæpius dictum. Du
dequinquagesimo die ab æquinoctio ve
no incipiunt examina augeri, & ijsdem di
bus aliquando pereunt pleræq;, quæ pa
cas & ægras habent apes. Circa idem tẽp
& progenerantur in extremis partibus f
uorũ amplioris magnitudinis fœtus, quà

Oestri.

sit cæterarum, eosque nonnulli putant e
reges, alij oestros appellãt, ex eo, q̃ examin

Examinãdi tempus.

exagitent, atq; ideo necãdos cẽsent. Ab e
ortu Vergiliarũ, hoc est, à 5. Id Maias ad s

Solstitij tẽpore messis

stitium aluei examinant, quo tẽpore acc
ratius custodiendę, ne nouę soboles diffu

ar

nt. Deinde à solstitio ad Caniculæ exortũ, *fauorũ & frumenti.*
ui ferè dies 30. sunt, vt Columel. testatur,
ui pariter & frumẽta demetũtur. Quo au
m modo faui castrẽtur, superius comme-
oratũ. Verũ hoc tempore, & vsque in au-
mni æquinoctium decimo quoq; die al-
aria aperienda sunt & fumiganda. Suffi-
s deinde atque æstuantes apes refrigera-
oportet cõsperſis vacuis partibus alueo-
m, & quàm recentissimi rigoris aqua in-
sa. Deinde si quid ablui nõ poterit, pin-
s alicuius robustioris alitis, q̃ rigorem ha-
t emundetur. Prætereà vt tineę si appa-
erint, euerrãtur, papilionesq́; enecentur,
ii plerunq; inter alueos morãtes apib. exi
sunt. Nã & ceras erodũt, & stercore suo *Alueorũ*
rmes progenerãt, quas alueorũ tineas ap *tineæ.*
llant. Has, vt Columella prodidit, floren
. maluis cùm earum est maxima multi- *Papilionũ*
do, hac ratione intercipiemus: vas æneũ *perimẽdo-*
æparandũ miliario simile, quod Palladi- *rũ modus.*
interpretatur altũ & angustum, idq́; ve-
ri inter alueos collocandum, & in fun-
m eius lumen accensum mittendũ, huc
nnes papiliones aduolabunt, & dum cir-
flammulam volitant, aduruntur, quòd
c ob angustiã sursum euolare, nec ab ig-
, cũ ab æneis lateribus clausi, flammã effu
re non possunt, à propinquo ardore cõ-

Caniculæ exortus. sumuntur. Inter Caniculæ & arcturi exor
tum, qui sunt dies ferè quinquaginta, cauẽ
Crabrones alueis insidiantur. dum ne apes intercipiantur violentia cr
bronum, qui ante aluearia plerunque ap
bus insidiantur prodeuntibus. Post Arctu
Arcturi ortus. exortum, circa æquinoctium Libræ fauc
Fauorũ secunda exẽptio. rum secunda emptio. Ab æquinoctio a
Vergiliarum occasum diebus quadragi
ta ex floribus tamaracis, myricæ, syluestr
busque frutetis apes collecta mella cibari
hyemis reponunt, quibus nihil omninò e
detrahendum, ne sæpius iniuria contristat
Vergiliarũ occasus. ac spoliatæ profugiant. Ab occasu Vergili
rum (qui est circa initium Nouembris, hy
mis initium, si Plinio credimus) per brun
recõdito melle vtuntur examina, & eo p
hyemem sustinentur. Hoc igitur tempo
aluearia aperienda, & repurgare quidqui
intus est, diligentiusq; curare oportet. Na
Apiaria hyeme non sunt mouenda. hybernis temporibus non conuenit mou
re aut aperire aluearia: proinde dum adh
autumni reliquijs cœlum temperatius, apr
cissimo die purgatis domicilijs opercula
tus vsque ad fauos admouenda sunt, om
vacua parte sedis excluſa, quò facilius a
gustiæ cauearũ per hyemem concalescan
idq; semper faciẽdum est etiam in ijs aluei
quæ paucitate plebis infrequentes sun
Quicquid etiã rimarũ est aut foraminũ, l

to f

o fimoq́; bubulo miſtis illinendum extrin-
cus, ſolo aditu quo comeent relicto. Mu-
iendæ quoque aduerſus frigora & tem-
eſtates congeſtu culmorum & frondium.
ınt qui occiſas auiculas exenteratas alue-
ıncludãt, quæ per brumã plumis ſuis deli
ſcentibus apibus præbeant teporem. Qui-
ıs etiãſi alimẽta deficiãt, paſcantur com-
odè eſurientes: deprehenſumq́; aliquan-
o eas ſic abſumpſiſſe, vt præter oſſa nihil
liqui eſſet: Attamen quandiu faui ſuffi-
unt, illibatas auium carnes relinquunt.
æſtat autem, quod ſuperius de cibis apũ
ixímus, ipſis in canabiculis apponere, qui-
ıs fame laborantes ſuſtineãtur. Poſt con-
ctam brumam diebus ferè quadraginta,
uidquid eſt repoſiti mellis conſumunt, ni-
liberalius à curatore relictum ſit. Sæpè et-
m vacuatis ceris ieiunæ vſque ad idus Fe-
uarias fauis accubantes torpore & quie-
ſua ſpiritum conſeruaſſe compertum:
uem tamen ne amittant, ſi longior fames
ceſſerit, conuenit per aditum veſtibuli
phonibus aut fiſtulis dulcia liquamina
ımittere, & ita penuriam temporum ſu-
inere tantiſper, dum hirundinis aduen-
ıs commodiores polliceatur tempeſtates.
oſt quod tempus, cùm diei permittit hi-
ritas, procedere incipiunt in paſcua.

Apum per hyemẽ cura & pabulum.

Auiculæ exẽteratæ alueis incluſæ.

De transferēdis apibus pabuligratia.

Nam ab æquinoctio citra cunctationem vagantur, & ad fœtum idoneos decerpunt atque comportant flores. Porrò quia paucis locis ea felicitas, vt & æstiua & hybernæ præbeant pabula, proinde quibus locis post veris tempus (quo fabæ, rapacei, salicis, aliarúmne & fruticum & herbarum flores suppeditantur passim) flores deficiuntum à quibusdam deferuntur (idq; noctu vt suprà de transferendo dictum) in ea loca, vbi serotinis floribus veluti thymi, origani, thymbræque benignius & vberius allantur. Et sicut olim ex Achaiæ regionibus in atticas pastiones transferri consueuisse apes scribit Columella, & aliunde alia: it nostris locis vbi verni flores absumpti, ad æstiuos trifolij & similium, atque post hos circa autumnum deferimus apes in ea loca vbi tamaricis & ericæ floribus pascãtur serotinis. Nimis fortè diu vos detineo in re tam minuta: In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo, vt inquit Poeta,

Sed iam vela nimium fortè
laxata contraham.

Finis libri IIII.

LE-

LEGES REI RVSTICAE PASSIM TAM E SACRIS, QVAM PROPHANIS scriptoribus, ac iure ciuili decerptæ, Reiq; Rusticæ coronidis vice adiectæ.

AGricultura ab altissimo creata, ἡ γεωργικὴ ὑπὸ ὑψίστου κτισμένη. Syradices. 7. Dominus dixit ad Adam, Quia audisti ocem mulieris, & comedisti de arbore, de ua præcepi tibi dicens, Non comedes ex a, Maledicta terra propter te, In dolore omedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ, pinas & tribulos germinabit tibi & come es herbas terræ, IN SVDORE VVLTVS TVI VESCERIS PANE TVO, do ec reuertaris in terrã, de qua sũptus: Quia uluis es, & in puluerẽ reuerteris. Gen. 3. Agricultura aliarum artium parens atq; trix, qua neglecta, terra mariq; iacent om ia, ἡ γεωργικὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι. Xenoph. Oecon. Aristot. addit nõ lùm altricem, sed præcipuam etiam Reip. rtem esse. Polit. 6. cap. 4. Res Rustica consanguinea sapientię. Colum. 1, cap. 1.

Agricolarum vita proximè ad sapiẽtia accedit, vt quæ commercium habeat cu terra, quæ nunquam recusat imperium, nc vnquam sine vsura reddit quod accepi Cic. in Cat.

Acquirendarum facultatum, hoc est χρηματιστικῆς potissima ratio Agriculturæ. A ristot. Polit. 1. cap. 5.

Omnium rerum, ex quibus aliquid ac quiritur, nihil est Agricultura melius, nih vberius, nihil dulcius, nihil libero homin dignius. Cic. Off. 1.

Pius quæstus, minimeq; inuidiosus au mala cogitãs Agriculturæ. Cat. Re Rus. li.

Virum bonũ cùm laudabant, bonũ agri colam, bonumq; colonum prædicabant, & amplissimè laudari existimatum. Idem.

Agrum benè colẽtes nõ minoris factos quàm bello excellentes. Xenophon. Oe conom.

Deos Agriculturæ non minus quàm mi litiæ præsidere. Xenoph.

Agricolas oẽs actiones à dijs auspicari o portet, σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι πάντος ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων. Xenophon. Oecon.

Primũ quærite regnũ Dei & iustitiã eius, & omnia adijcientur vobis. Matt. 6.

Agricola eatenus ad rẽ agendã attẽtus sit, quatenus id dij permittũt. Xenoph. Oecõ.

Omnia

Omnia quæcunque volueritis vt faciant vobis homines, sic & vos facite illis. Matth. 7. Hæc Christi regula adeò placuit Alexandro Imperatori homini ethnico, vt in palatio & in publicis operibus inscribi iuberet. Lamprid. in Alex.

Agricola suos studiosè colat agros, aliena nõ concupiscat. Cic. pro Rosc. Amer. & Cato de Re Rust.

Agricolam iustum esse oportet. Iustinia. Leg. Rust. l. 1.

Iustitia enim præualet iniuriæ, iustisque terra fert copiosum victũ. δίκη δὲ ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει Et mox, δικαίοις μὲν φέρει γαῖα πολὺν βίον &cet. Hesiod. Ergis Astipulatur & Xenoph. Oecon.

Et sibi, & vicinis nasci precantur religiosiores agricolæ. Columella. lib. 11. c. vltimo.

Aruspices, sagasque, quæ vtraque genera vana superstitione rudes animos ad impenas ac deinceps ad flagitia impellunt, vitabit Agricola. Columel. lib. 1. cap. 8.

Qui malum carmen incantauerit, fruges ue excantarit, coercetor. LL. 12. Tab.

Incantatores vobis non sint. Deut. 18.

Maleficiac diuinatores, incãtatoresque concremantor. l. 2. 3. &. 4. C. de malef. & Matth.

Ne frugem aratro quæsitam nocte furtim,

tim depaſcũto. L. 12.tab. Vide ſuperius lib. 1.exemplum de Furio Creſsino. Eſt autem aduerſus hoc delictum actio de paſtu pecoris.l.qui ſeruandarũ.§.vlt.ff.de præſcrip. verb.Et vtilis actio ex lege Aquilia. l.ſi boues.ff.ad leg. Aquilia.

Ruſtici non tam cœlum intueãtur, quàm terram, ſiderumque ipſorũ terreſtria dantur ſigna indubitata.Plin.18.c.4.

Agrũ malè colere, Cenſorium probrũ. Plin.lib.18.cap.3.

Rei Ruſticæ partes in agro colendo & paſtione verſantur.

Agriculturæ quatuor deinceps partes:1. in ſoli fundi cognitiõe:2.quæ in eo ſolo opus ſunt3. quæ in eo prædio colendi cauſa facienda:4.quo quoq; tempore fieri conueniat.Varro de Re Ruſt.lib.2.cap.5.

Laudato ingentia rura, exiguum colito. Virg.Georg.1.μέτριον ἄριστον. Et cùm in alijs, tũ in agris colẽdis modus optimus, ne videlicet maior, quã ratio calculi patiatur, ager vel ematur vel colatur.Col.lib.1.cap.3.

Ne villa fundum, neque fundus villam quærat.Cat.Re Ruſt.cap.3.

Imbecilliorem agrum quàm agricolam eſſe decet, quoniam ſi ſit colluctandum cũ eo, ſi fundus preualeat, dominũ allidi.Non enim dubium, quin minus reddat laxus

ager

ager nõ ritè cultus, quàm anguſtus eximiè. Col. 1. cap. 3.

Vtiliſsimè agri coluntur ex oraculo, ſcilicet, malis bonis. Nam cùm dicerent malos, intelligere voluerunt viliſsimos ſummum prouidentiæ exiſtimantes, vt quàm minimum eſſet impendij. Plin. 18. cap. 6.

Perſuaſum plurimis agrum bonis ac malis rationibus colendũ. At ego, inquit Col. omne genus ruris, niſi diligenti cura ac ſciè colatur, fructuoſum eſſe non poſſe iudicem. Col. 4. 3.

Ager quamuis quæſtuoſus, ſi ſumptuoſus ſit, non multum ſupereſſe. Cato 1.

Modum tene, æſtimatis facultatibus tuis in aſſumptione culturę, ne ſuperatis viribus excedẽte mẽſura turpiter deſerere cogaris quod arroganter aſſumoſiſti. Palla. 1. c. 6.

Certiſs. quæſtus, ſi ager benè paſcat, proximus ſi mediocriter paſcat Catonis oraculo: Summa omnium in hoc ſpectando fuit, vt fructus is maximè probaretur, qui quàm minimo impendio conſtaturus eſſet. Plin. 18. cap. 5.

Agricola ideò agrum vendere ſuum nolebat, quia ex eo nullum malum nuncium audiſſet. Cic. pro Leg. Agra. contra Rull.

Non emendum agrum ſplendidè cultum, ſed potius iniuria domini neglectum, qui

quitamen melius coli possit. Ischo. apud Xenoph. Oec.

Alij non contemnendam aliorum disciplinam ac de bono domino melius emi Cato. 1. & Plin. 18. cap. 5.

Qui agrum colit grauem tributis creditorē patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est. Pallad. 1. cap. 6.

Arator nisi incuruus præuaricatur. Vnde curuus arator Vergilio: vt enim sulcos proscindat arator rectus & obliquus subigat, id fieri vix potest, nisi toto corpore incumbat labori. Vide Adag. 951.

Prima adolescentia patremfamilias agrum statim conserere studere, ædificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet sed facere. Cato. 3.

In agro præcipuè spectandam salubritatem cœli, & vbertatem loci. Cato. 1. Col. addit aquæ & vicini rationem.

Vbi salubritas non est, cultura aliud non est quàm alea domini vitæ ac rei familiaris. Et vbi cum orco ratio ponenda, ibi non modò fructuū perceptionem, sed & vitam colonorum dubiam esse, vel potius mortem quæstu certiorem. Varro de Re Rust. li. 5. cap. 4. Col. 1. cap. 3.

Fundum sicuti ne fœcundissimi quidem soli cùm sit insalubris, ita nec effœti si vel salu-

ſaluberrimus Attilius ſuæ ætatis agricolis parandum ſuadebat. Col. 1. cap. 4.

Prædium ruſticum bonum cœlum habeat, ne calamitoſum ſiet, ſolum bonũ ſua virtute valeat. Si poteris ſub radice montis ſiet, meridiem ſpectet loco ſalubri. Operariorum copia ſiet, bonumq́ue ibi aquariũ, oppidum validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, via bona. Cato. 5.

Viæ malitia æquè & voluptati & vtilitati aduerſa. Pallad. 1. ca. 6.

Viæ latitudo in porrectũ octo, in anfractum ſedecim pedũ eſto. Lex 12. Tab. Caius 1. Viæ. ff. de ſeruitu. ruſt. præd. Via vel latior octo pedib. vel anguſtior cõſtitui poteſt, vt tamẽ eã latitudinẽ habeat, qua vehiculum ire poſsit, alioqui iter erit, non via. Papinia. l. 23. ff. eo.

Seruitutes ruſticorum prædiorum ſunt iter, actus, via, aquæductus. Vlp. l. 1. ff. de ſeruitu. ruſti. præd.

Iter eſt ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum.

Actus eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum nõ habet, & qui actum habet, iter quoque habet. Via vtrunque complectitur.

Aquæductus eſt ius aquæ ducendæ per fun-

fundum alienum. Instit. de seruit. rust. prædior.

Qui habet pascendi ius, & haustum atq ad aquam appellendi, is & iter habet. l. 3. & 4. d. tit.

Tria in agro mala æquè nocent, sterilitas, morbus, vicinus. Pallad. 5. cap. 6.

Vicinus malus magnum malum πῆμα κακὸς γείτων. Hesiod. Erg.

Paterfamilias optimè habitare debet, v frequentius rus veniat. Cat. 4. Col. 1. ca. 4.

Aedes ad incolumitatem eorum, qua ponuntur constituendæ, veluti frumenti vestium, & instrumenti. Nam ad Orientem & Septentrionem constitutio salubrior, & ad conseruandum magis idonea. Arist. Polit. 7. c. 11. Vitruuius lib. 8.

Quo sæpius venies, fundus melior erit. Xenoph. Oecon. & Aristot.

Ruri sic morandum, vt mora non sit segnis neque vmbratilis. Nam diligẽtem decet esse patremfamilias, agri sui partes frequenter omni anni tempore circum ire, quo prudentius naturam soli, siue in herbis siue in maturis frugibus cognoscat. Col. 1. 2. οὐ γὰρ ἐτωσιεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι χαλιὸν. Hesiod. Ergis.

Procul ab agro suo dissitus, vicinis iacturæ suæ censetur. Nam si frequenter visat aut

sat aut visurum se denunciet, villicum & familiam in officio continet. Col. 1. cap. 2.

Qui agrum parabit, domum vendat, ne malis vrbanum, quàm rusticum larem colere, cui magis cordi vrbanum fuerit domicilium, rustico prædio non erit opus. Magonis. Col. 1. cap. 1.

Ex agro semper plus sua cura redditur quàm coloni. Columel. 1. cap. 7.

Non agendum cum colonis summo iure: Summum ius, summa crux. Col. 1. cap. 7.

In agris longius disitis tolerabilius libe is colonis quã seruis colere. Colu. 1. cap. 7.

Neque interim remissius agendum: Bona enim nomina non compellando mala fieri. Colum. 1. cap. 7.

Opus auarius quàm pensio à colonis exigenda. Col. cap. 7.

Felicissimum fundum, qui colonos indigenas habeat. Col. 1. cap. 7.

Peiorem colonum vrbanum, qui per familiam mauult agrum, quàm se colere, nã ab huiusmodi homine ferè pro mercede litem reddi. Columel. 1. cap. 7.

Nihil minus expedire quã agrum optimè colere Plin. lib. 18. 6. Ea figura dictum qua, Ne quid nimis.

Benè colere necessarium, optimè damnosum, præterquam sobole sua colonoúe ascendis. ibid.

Agri-

Agricolationis caput est feciſſe quic
quid exegerit ratio. Col.11.ca.1.

Non omnis fert omnia tellus,
Hic ſegetes, illic veniunt felicius vu:
Virg.Georg.

Facilius terræ,quàm hominis aut equ
ingenium cognoſci. Iſcho. apud Xenop
Oeconom.

Arare minus,quàm verrere Cẽſoria ca
ſtigatio.Plin.

Oleam ne ſtringito nec verberato.Plir
15.cap.13.

Locis frigidis vineta ponantur à mer
die,calidis à ſeptentrione, temperatis or
ente, vel ſi neceſſe ab occidente. Pal.1.c.6

Ager campeſtris ſegetibus, collinus vi
neis,ſyluis montanus melius conuenit.
Varro.1.cap.6.

Campi largius vinum, colles nobiliu
ferunt.Pallad.1.cap.6.

Vineam in agro quæſtuoſiſsimam & pr
mas tenere Cato iudicat, ſecundas hort
irriguo,3.ſaliceto,4.oliueto,5. prato,6.cã
po frumentario, ſeptimas partes ſyluæ ce
duæ,8.arbuſto, 9. ſyluæ glandiferæ. Var
ro tamen teſtatur hos gradus non vbiqu
probari,vt neque apud nos, vbi frumenta
rius ager atque piſcibus vtilis præfertur.

Sunt qui exiſtiment, vineas ſumptu fru
ctu

tus deuorare. Varro. lib. 1. 8.

Vitem si maturius putes plura sarmenta, i serius fructus plures. Pallad. 1. cap. 6.

Exprobratio fœda putantium vites per imitationem cantus alitis, qui vocatur cucus. Opprobriũ enim meritũ falcem ab illa olucre in vite depræhendi, vt ob id petuantiæ sales etiam cum primo vere ludantur auspicio tamẽ detestabilis habetur. Plin. ib. 18. c. 26. Petulãtię sales vocat, quòd veris temporibus cõiugati mutuis salibus inter se ludunt dicentes, Tibi canit hæc auis, ignificantes vxorem non benè custoditã. Chiliadibus. 951.

Sapientes rustici reputare num maiore fructu se vitis induerit, quàm vt perferre ossit. Colu. 4. 27.

Triticum quo series metitur copiosius nuenitur, quo celeriꝰ verò, eo speciosius & obustius. Lex aptissima antequam granũ ndurescat, & cum iam colorẽ traxerit, mes. em faciendam: Oraculum verò biduo ceerius potius, quàm triduo serius Pli. 18. 30.

Color terrę non magnoperè considerãdus, quia bonitatis incertus auctor. Pallad. 1. cap. 6.

Ad soli naturam & loci ingenium ac cœi cuiusque mores dirigenda solertia. Plin. 17. cap. 2.

Idem solum vbicunque arduum ope
difficili cultu, bonis suis acrius pascit, quà
vitijs. Plin. 17. cap. 4.

Oraculum magnopere custodiendur
Segetem ne defruges. Plin. 18. ca. 24. Hc
est, ne nimia fœtura exinanias. Virgil. alte
nis cessare iubet.

In arando Cat. seruandum oraculũ: pr
mum, Agrum benè colere, Secundò ber
arare, Tertium stercorare, Sulco vicino n
ares, Tempestiuè ares. Plin. 18. cap. 19.

In nouo genere seminum ante exper
mentum non est spes ponenda, locis hum
dis citius semina, quàm siccis degeneran
quare subinde succurret electio. Pallad. l
1. capite 6.

Semen optimum anniculum, bimum de
terius, trimum pessimum, vltra sterile, idc
optimum quod grauissimum. Plin. 18. ca
pite 24.

Terras aliàs plus seminis recipere, alià
minus, religiosumque inde primum colo
nis augurium, cùm auidius accipiat esurir
creditur & comesse semen. Plin. 18. cap. 24

In serendo manus cõgruere debet cun
gradu. Plin. 18. cap. 24. ὁμαλῶς ῥίπτειν Xeno
phon Oeconom.

Canon antiquiss. agriculturæ: In loci
frigidis nouissimè, tepidis celerius, calidi
ocys

ocyſsimè ſerendum. Columella. 2. capite 7.

Sementem feſtinatam ſæpè, ſerotinam ſemper decipere. Plin. 18. 24.

Omne triticum in ſolo vliginoſo poſt tertiam ſationem in ſiliginem permutatur. Pallad. 1. cap. 6.

Satius minus ſerere & melius arare. Plin. 18. cap. 6.

Prudentes agricolæ ſeruant, vt quindecim diebus prius quàm bruma conficiatur, totidemque poſt eam confectam neque arent, neque vitem aut arborem putent. Colum. 2. cap. 8.

Domino vel colono confinia poſsidenti, qui fundum vel agrum ſuum locat, dãnis litibus ac litibus ſtudet. Pallad. 1. cap. 6.

In agro periclitantur interiora, niſi cohibentur exteriora. Id. ibid.

Poſſeſsionis quæ ſecundam naturã prima cura eſt agriculturæ. Ariſt. Oec. 1.

Pecuaria coniuncta eſt agriculturæ, προβατευτικὴ συνάπτει τῇ γεωργικῇ. Iſch. apud Xenoph.

Vt in ruſticatione antiquiſsima ratio parandi eademque quæſtuoſiſsima, ita nulla regio in qua frumentum gignitur, quæ nõ ſit hominum, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenti nomen accepêre. Col. 6. ca. 1.

Possessio autem constat seruo, agro, &
armentis ad colendum necessarijs. Hesio
dus id expressit:

Οἶκον μὲν πρῶτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἄροτῆρα

Equo si indigeat Agricola, hunc ager ali
Ischo. Xenophonticus.

In pastione vt in agro colendo sempe
vtilius pauciora habere eaque benè pasce
re, quàm plura malè pascere. Columella
capit. 3.

Boum emendorum stipulationis veteri
bus obseruata forma: Illosce boues sanc
esse, noxisq; præstari. Cùm emimus indo
mitos sic: Illosce iuuencos sanos rectè de
que pecore sano esse, noxisque præsta
spondésne? Varro de Re Rustica libro
capite 5.

Pecoris antiqua emendi formula: Illat
ce oues, qua de re agitur, sanas rectè esse
vti pecus ouillum quod rectè sanum est ex
tra luscam, surdam, minam .j. ventre gla
bro, neq; de pecore morboso esse, habe
reque rectè licere, hæc si spondes? nec ta
men grex dominum mutat, nisi æs adnu
meretur. Varro eodem lib. cap. 2.

Porci parari emiq; solent sic: Illasce sue
sanas esse, habereq; rectè licere, noxisqu
prestare, neq; de pecore morboso esse, spō
désne? Idem eodem libro capite 4.

Ca

Caprarum alia ſtipulatio, quòd eas ſa-
nas nemo promittit. Vt Manilius ſcribit, ſic
tipulantur: Illas capras hodie rectè eſſe &
ibere poſſe, habereque rectè licere, hoc
pondésne? Id.2.cap.3.

Equilia, bubulia, ouilia, porcilia bonâ be-
neque ædificata habeto, bonas præſepes, fa-
iſcas habeant claratas: Clatri pede diſtent,
a pabulum non reijcient. Cato. 4.

Canes in ſolitudine & deſerta regione
ecuritatem præbent à fructuum vaſtatio-
ne, à lupis pecora defendunt. Iſcho. Xeno-
hon.

Canes interdiu clauſos eſſe oportet, vt
noctu vigilantiores & acriores ſint. Cato
.cap.124.

De canum quoque ſanitate & noxa ſti-
ulationes fiunt eædem, quæ in pecore, ni-
i quod hic vtiliter exceptum eſt: Alij pre-
ium faciunt in ſingula capita canum, alij
t catuli ſequantur matrem, & cæt. Varro
ib.2.cap.9.

Aediles aiunt: Qui iumenta vendunt pa-
am rectè dicant quid in vnoquoq; eorum
norbi vitijq́; ſit, vtiq; optimè ornata ven-
lendi cauſa fuerint, ita emptoribus tradā-
ur: Si quid ita factum non erit, de ornamē-
is reſtituendis in dieb. 60. morbi autem
itijue cauſa inēptis faciēdis in 6. menſibus,

vel quo minores cùm venirent fuerint, i
anno iudicium dabimus. Quę de iumentc
rum ſanitate dicta, de cætero quoq; pecc
re omni venditores faciant. Vlp. l. 38. ff. d
ædil. edict.

Deinde Aediles aiunt: Ne quis canem
verrem, vel minorem aprum, lupum, vrſum
pantheram, leonem, & generaliter, aliudú
quod noceret animal, ſiue ſoluta ſint, ſiu
alligata, aut contineri vinculis, quò minu
damnum ferant, non poſsint, quà vulgò i
ter fiat, ita habuiſſe velit vt cuiquam nocer
damnumúe dare poſsit: Si aduerſus ea fa
ctum, & homo liber ex eo perierit, ſolidi d
centi præſtabuntur: Si nocitum, quantun
bonum æquum iudici videbitur, condem
nabitur. Cæterarum rerum quanti damn
datum, factumúe ſit, dupli. l. 40. d. tit. ff. d
ædil. edict.

Si quadrupes pauperiẽ fecerit, aduerſu
eſt quadrupedis actio noxialis eſto. L. 12. ta.

Si quadrupes pauperiem fecerit ex L. 12
tab. aut animal quod nocuit, aut æſtimatio-
nem noxiæ afferri. Vlpi. l. 1. ff. Si quad. pau.
fec.

Noxam caput ſequi. l. ead. §. Et cùm.

Domini diligentia bonos facit miniſtros.
Niſi enim paterfamiliàs diligentiæ exempla
præbuerit, fruſtrà vicarios diligentes expe-
cta-

tabit. Aristot. Oeconom.

Sub hero ignauo seruos vel natura bonos nunquam sperandos. Ischom. Xenoph.

Agrũ pessimè mulctari, cuius Dominus, uid in eo faciendum sit, non docet. Col. 1. ap. 2.

Quęcunq; per teipsum præstare poteris, irca ea diligentiam adhibeto. Idem ib. Exmplum est Casitæ apud Gell.

Frons occipitio prior. Cato 3. de Re Rust.

Optima stercoratio vestigia domini Lyicum dixisse, atq; Equum obesum ac nitium reddere oculũ domini, Persam respõisse, Aristot. testatur Oeco. 1. 6.

Opera nõ impensa cultura constat. Plin. b. 18. c. 6.

Temporis magna cura habenda, nam ius iactura irreparabilis. Col. 11. cà. 1.

Ruri, sicut in vrbe, suis quæque temporius actiones occurrunt. Ischo. Xeno.

Res Rustica sic est: Si vnam serò feceris, mnia opera serò facies. Cato 5.

Rem agrestem insidiosissimam esse cuntanti, Hesiodus eleganter expressit:

ἀὲὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι πολάζει. Col. 11. ap. 1.

Ferias consuetas seruato. Florentin.

Necessitas ferijs caret. Pallad. 1. capite 6.

Malum patremfamiliàs, quisquis in-

terdiu fecerit quod noctu posset, nisi intẽ pestate cœli: Peiorem, qui profestis diebu egerit quod feriatis deberet: Pessimũ, qu sereno die sub tecto potius operaretur quàm in agro. Plinius lib.18. cap.6.

Aestimator nemo bonus, nisi peritus Col.11.cap.1.

Malè agitur cum Domino, quem villicus docet. Cato, Col.11. cap.1.

Ischomachus apud Xenophõtem à Socrate rogatus, An villicum institutum mercetur, an ipse instituat: Ego, inquit, instituo Xenoph. Oecon.

Eum, cui agri cura commissa, exemplũ esse oportet omnium in agro degentium vtq; reuereãtur magis, quàm pertimescant. Florentin.

Villici & medici eadem ratio, vt in tempore curet. Ischom. Xenophon.

In villico quatuor requiri, vt sit beneuolus, diligens, imperio aptus, & iustus. Xenophon.

Villicus sit ab infantia rusticis operibus duratus & inspectus experimentis. Col.1. capite 8.

Ephemeridem habeat, quid quoq; tempore faciendum. Florentin.

Parsimonia optimum vectigal. Cice. Paradoxis. Sera in fundo parsimonia.

ἀλλὰ δ' ἐνὶ πύθμεσσι φειδώ. Hesiod. Ergis.

Agricolam non emacem, sed vēdacem esse oportet. Vendat boues vetulos, armenta reijcula, oues reiculas, lanam, pelles, frumenta: non nisi necessaria comparet, eaque in tempore. Detur opera, vt quæ possis ipse parare, ne emas. Cato 2.

Nequam esse agricolam, quisquis emet, quod prestare ei fundus possit. Plin. 18. cap. 6.

Ignauum & sumptuosum esse qui succidiam suspenderit in carnario potius à lanio, quàm è domestico fundo. Var.

Villicus non sit negotiator. Negociatio enim auocat eum ab agri ac rusticæ rei cura, & negociatorem facit magis, nec vnquam sinit eum cum rationibus domini patria facere, sed vbi eius memoratio exgitur, res pro nummis ostenditur. Quare pecuniã domini neque in pecore, neque in alijs reb. promercalibus occupet. Col.

Villicus sæpius nummos, quã librum domino afferat. Colum. 1. cap. 8. è Cor. Celsi sententia.

Nihil impedit villicum esse illiteratum, modò sit tenacis memoriæ, quò minus ipse possit rationes confingere. Col. ibid. Varro tamen literis & humanitate imbutũ mauult. 1. cap. 17.

Ambulator esse nō debet, nec egredi ter. minos, nisi vt addiscat aliquam culturam & hoc, si ita in vicino est, vt citò remeare possit. Cato 5. Colum. 1. cap. 8. Laudatur Aglaus Plophidius, qui è prædio suo, quod colebat, nūquam egressus. Plinius 7. c. 46

Villicus neq; venandi, neque aucupandi studio occupetur. Col. xi. 1.

Primus cubitu surgat, alios excitet, postremus cubitum eat, prius villam videat clausa vt siet, vtque suo quisque loco cubet, iumenta pabulum habeant. Hesiod. in Ergis. Aristot. Oeco. 1. cap. 6. Cato 5.

Vt plurim ūprodest peritè aliquid facere, ita plus obest perperā feciisse. Col.

Nihil fœdius agricolis, quàm gestæ rei pœnitentia. Plin. 17. ca. 12.

Primus omnium vigilet, familiamq; ad opera cunctantem producat, ac strenuè præcedat. Colum. 11. cap. 1.

In opere primus & vltimus: Col. 11. ca. 1.

Somni & ebrietatis abstinēs sit villicus, vtraque enim sunt inimica diligentiæ, tum etiam à Venereis amorib. auersus, quibus si semel se dederit, non aliud quid quam cogitabit quā quod diligit. Col. 11. 1.

Villicus conuictum externum vitet. Colu. 11. cap. 1.

Imprimis hoc obtinendum, ne quid sci-

re se

re se putet, quod nesciat. Col. 1. ca. 8.

Ne villicus plus censeat se, sapere quàm dominum. Cato. 5.

Precioſiſsimum intelligere quenq; nescire se, quod nesciat. Col. 11. ca. 1.

Disciplina bona vtitor. Cato 5.

Alieno abstineat. Idem ib.

Ne crudelius cum subiectis aut submissius agat, semper honoret bonos & seduos, parcat etiam minus probis, & ita temperet, vt magis reuereātur eius seueritatē, quā vt sęuitiā detestētur. Florē. & Columel.

Curandum magis, ne peccetur, quàm cùm peccatur, serò puniatur. Xenophon. pædiæ 1. Col. 11. cap. 1.

Operarij multa patientia & algoris & æstus, vel nudi operi assuefaciendi. Xenophon Oeco.

Grauia loca melius est mercenarijs colere, quàm seruis. Varro 1. cap. 17.

Nulla amplior nequiſsimi hominis custodia, quàm quotidiana exercitatio, iuxta Catonis oraculum: Nihil agendo homines malè agere discunt. Cato. Colum. 11. cap. 1.

ἐργία κακουργίας ἀρχή.

Operariorum copia sit pro ratione fundi. Cato 1.

Agrum coli ergastulis pessimum, vt quidquid agitur à desperantibus. Plinius 18.

18.cap.6. Ergastulis nēpe damnatis in opus

Præferenda vnius agilis atque industri quàm decem hominum negligens & tar da opera. Ischom. Xenoh. Col.11.ca.1.

Seruos neque petulantes neq; abiecto esse sinat. Aristot. Oeco.1.ca.5.

Litibus familia supersedeat. Cato.5.

Si quis quid delinquat, pro noxa bono modo vindicet. Idem.

Familiæ vt benè sit prouideto, ne algeat ne esuriat. Cato 5.

Si seruus furtum faxit, noxámue nocuit sciente etiam domino, serui nomine actio noxialis esto: Dominus suo nomine non te netor. Lex.12.tab. At L. Aquilia Dominu suo nomine tenetur, non seruus. Cels. Vlp l.2.de noxal.act.

Si familia furtum fecerit, potest domi nus vel familiam dedere, vel tantum offer re, quantum si vnus liber furtum feciſſet, & familiam retinere: idq; intelligitur, si do mino non conscio factum sit: nam sic suo nomine conueniri posset, & sin ouiorum de familia. Vlp. l.1.ff.si fam.furt.fecis.dic.

Seruis secūdum merita, cibum, vestem, quietem, & castigationem verbe et opere præstanda. Aristot. Oecon.

Tria sunt seruis tribuenda, opus, cibus, castigatio. Cibus sine castigatione & opere petu-

etulantes reddit. Opus & castigatio si-
ne cibo violenta res est καὶ ἀδύναμίαν ποιεῖ.
Aristot. Oecon. 1. ca. 5.

Idem Syracides præcepit: pabulum, vir-
ga, & onus asino, disciplina & opus seruo.
Syrac. 33.

Otium alit & incendit prauas cupidita-
es, sicut scriptum: Incrassatus est seruus &
ecalcitrauit. Deut. 33.

Cibum & potum salubriter apparari cu
et, atque vtiliter magis, quàm delicatè. Co
um. 1. cap. 8.

Vini vel nihil vel perpaucum dandum,
ùm vini potus etiam liberos ad insolentiã
nflammet, & plurimis locis etiam ingenui
o abstineãt. Arist. Oeco. 1. cap. 3.

Salubritati familię consulat, ęgrotos cu
et, non eijciat. Idem lib. 11. 1.

Præstat opere fatigatum seruum diem
num aut alterũ sub custode requiescere,
quàm pressum nimio labore noxam con-
rahere, atque longo tempore cum iactura
perum decumbere. Col. 11. ca. 1.

Mancipia neque formidolosa neq; ani-
nosa nimis habenda. Varro lib. 3. ca. 17. Et
Aristot. Oecon.

Aediles aiunt: Qui mancipia vendunt,
certiores faciant emptores, quid morbi,
vitijúe cuique sit, quis fugitiuus erroúe
sit

sit, noxáue solutus non sit, eademq; omnia cùm ea mancipia væneunt, palam ac recte pronuncient. Quòd si aduersus ea vænisset, quod eius nomine præstari oportet dicetur, emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id mancipium redhibeatur. Si quid autem post vēditionem traditionemque deterius operis emptoris, familiæ procuratorisúe eius factum erit, siue quod ex eo post vēditionem natum, acquisitum fuerit, & si quid aliud in venditione ei accesserit, siue quid ea ex re fructus prouenerit ad emptorem, vt ea omnia restituat. &c. Vlp. l. 1, ff. de ædil. edict.

Ordine cùm in alijs reb. tum in Agricultura nihil præstantius ac magis necessarium: ὅτι δ' οὐδὲν οὕτως ἔυχρηςον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Xenoph. Oecon.

Cuius rei diligentiam in quadam naui Phœnicia idem se vidisse commemorat, vbi cuncta sic collocata, vt neque impedimento sint, neq; indagatore indigeant: & proretam ita omnis loci gnarum vt absens nosset, vbi quæque res sita sit.

Vetus prouerbium est, Paupertatē certissimam esse, cùm alicuius indigeas vti eo non posse, quia ignoretur vbi proiectum iaceat, & desideratur. Itaq; in re familiari laborio sior est negligētia, quàm diligentia. Col. 12. ca. 2.

Su-

Supellex & instrumenta rustica suo quę-
ue loco & ordine disposita in promptu
nt, quoties vel promenda, vel requisita,
l locanda, exemplo Phęnicis nauigij. Xe-
oph. Aristot. Oecon. Varro. 1. ca. 22.

Instrumenta & supellectilem rusticam
portet dominum habere scriptam in vr-
e, & ruri villicum. Varro 1. cap. 22.

Per ferias instrumentum rusticum, sine
io nullū opus cōfici potest, recognoscat,
sæpè inspiciat ferramenta: nam frequēs
cognitio nec impunitatis spem, nec pec-
ndi locum præbet. Col. 11. ca. 1.

Duplicia semper comparanda ac subin-
refecta custodienda, ne si quod in ope-
vitiatum fuerit, à vicino petendum: quia
us in operis seruorum auocandis, quàm
precio rerum eiusmodi impenditur. Co-
mella. 11. cap. 1. Ex Hesiodo, δοιὰ δὲ θέσαι
α τρα in Ergis.

Agricultores dum agros colunt, non li-
t vel personas ipsas, vel iumēta, vel instru-
enta, aut quidquid ad agriculturam per-
net, inuadere aut capere. Si quis contrà fe
rit, quadruplum restituat, & infamiæ no-
m incurrat. Authen. Agriculatores. C. quæ
s pig. oblig. pos.

Vxor Villico contubernalis assignan-
, quæ contineat eum, & in quibusdam

adiu-

adiuuet, rei familiaris dispensatrix sedula
prudens οἰκωφελὸς. Xenoph. Oecon.

Mulier in hoc concessa, vt quæ sub
cto sunt, hoc est, τὰ ὑπόστεγα, curet insta
pis in alueario, atque ideo corpus tener
concessum. Idem ib.

Viri autem partes, vt quæ foris sunt, τὰ
ὑπαίθρια, curet, atque ideo concessum c
pus durius. Idem.

Viri officium, vt in domum comport
Vxoris, vt seruet. Idem.

Vxoris munia, vt familiam alat atque
stiat, idque vtiliter & maturè magis, qu
delicatè. Idem.

Ancillis opera diuidat, lanam, linun
curet. Idem.

Mulierem fortem quis inueniet, de v
mis terris precium eius: Confidit in ea
viri, lanam & linum quæsiuit, & operata
consilio manuum suarum, facta quasi na
institoris de longè apportans panem suu
de nocte surrexit, deditque dimensum
mesticis suis, &c. digiti eius apprehende
fusum. Manum suam aperuit inopi, & p
mas suas extendit ad pauperem. Non tin
bit domui suæ à frigore, domestici eius
stiti sunt duplicibus. &c. Prouerb. 31.

Si vir mulieris, & mulier viri partes pe
gerit, Deum, quem hoc non latet, vltor
ser

ntiet, quòd functionem destinatam dese-
ierit. Idem Xenoph.

Hortus iuxta villam sit. Plin. 19. 4. Col. 11. Pallad. 1. 34.

Hortus quasi altera succidia. Cato 1. Ci-
:r. Senect.

Nequam esse in domo matrem familiâs, bi indiligens esset hortus. Plin. 19. c. 4.

Hortus, qui cœlo clementi subiacet, & umore percurritur, propè est vt liber sit, nullã serendi disciplinam requirat. Pal-
d. 1. cap. 6.

Olerum furta Draconis lege apud Athe-
ienses grauiter punita. Fures aratri, aut vo-
eris, aut iugerum, à tempore furti facti
:r singulos dies pendunto pholas. Iustin.
egib. Rust.

Cùm veneris in agrũ proximi, vuas com-
dere licebit, at non exportabis, & in se-
etem proximi, manu quidem decerpere
cet, at falcem mittere non licet. Deute. 23.
dẽ ferè Plato de legibus 8. peregrinis cõ-
edit vt de fructibus edant. Iustinian. quo-
ue his astipulatur in Legib. Rustic.

Cùm messueris, quod remanet in agro õ colliges, sed relinques pauperi. Leui. 23.

Qui sepem in confinio ponet, terminum e excedito, qui murum, pedem relinqui-
õ, qui domum pedes duos, qui sepul-

chrum foueamúe, quãtum id profundu
erit, qui puteum, paſſum: qui oliuam ficũ
úe, pedes nouem, qui denique alias arbore
plantabit, quinq; pedes ab alieno loco po
nito: in controuerſia de finibus, quinq; pe
dum vſucapio nulla eſto. L. 12. Tab. Plut. i
Solone. Caius. l. vlt. ff. Fin. regund. Cicer. d
Leg. 1.

Quicquid ſolo alieno implantatur, inſe
ritur, aut inædificatur, ſolo cedit, iuxta re
gulam, Superficiem ſubiecto ſolo cedere
Caius. l. vlt. ff. de ſuperfic.

Eius arboris, quæ in alienum agrum im
penderet, circuncidere ramos quindecim
pedes altius à terra, ius eſto vicino. L. 12. tab

Si vicini arbor in terram meam preſſerit
vt in meum fundum radices egerit, mean
effici arborem: rationem enim non permit
tere, vt alterius arbor intelligatur quàm cu
ius in fundum radices egerit. Et ideo pro
pe confinium poſita arbor ſi etiam in vici
num fundum radices egerit, communis eſt
Caius l. Adeò quidem §. vlti. ff. de acq. re
rum do. & l. 1. ff. de arb. cæd.

Recidere radices nõ licere, agere autem
licebit non eſſe ei ius ſicuti lignum immiſ
ſum habere. Paul. l. Si plures ff. Arbor. furt.
cæſ.

Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius
im-

mpendet, ſi per te ſtat quo minus eam adi-
nas, tunc quo minus illi eã arborẽ adimere,
ibiq́ue habere liceat, vim fierí vetat prætor.
Arboris appellatione etiam vites continen-
ur. Vlp. l. 1. ff. de arb. cædend.

Frumentum, vinum, oleum, ex alienis ſpi-
is, vuis, oliuis excuſſum, atque expreſſum,
on dubium quin eius ſit, cuius ſpicæ, vuæ
tq; oliuæ fuerũt. Caius. d. l. Adeò quidem.

Glandem, quæ ex illius agro in tuum ca-
it, quò minus illi tertio quoquo die lege-
e liceat, vim fieri vetat prætor. Glandis no-
ine omnes fructus, poma, pyra, nuces
κρόδρυα, &c. continentur. L. 12. tab. Vlp. l. 1.
de glande leg. & Caius. l. Qui venenum. §.
tim. ff. de verb. ſignificat.

Qui arbores, maximè vites, cæciderint
os tanquam latrones puniri. Caius l. Sciẽ-
um. ff. Arb. fur. cæſ.

Furtim qui arbores cæciderit, & lucrifa-
endi cauſa contrectauerit, ſi lignorũ cau-
, & condictione & ad exhibendum tene-
tur. Si per vim ſciẽte domino cæcidit, nõ
cidit in hãc actionem. Pau. l. Faciẽd a. ff. eo.

Si colonus ſit, qui ceciderit arbores, et-
im ex locato cum eo agi poſſe. Caius. l. Si
olonus. ff. eo.

Terminos, arboréſue terminales non
oueto. Deut. 19.

Maledictus qui transfert terminos. Pro
uer.22.Plato de.LL.8. μὴ κλωπείτω γῆς ὕρια, μη
δεὶς λίθον ὁριζοντα φιλιαν ἢ ἔχθραν ἐν ὅρκον πα
ρὰ θεῶν.

Vicinorum fines nõ transgreditor, neq
interuertito.Iustinian. Imperat. l. 1. de Leg
Geor.

Finium regundorum iudici permit
titur,vt vbi non possit dirimere fines, adiu
dicatione controuersiam finiat. Vlp. l. 2. f
Finium regund.

Ad officium iudicis de finibus cogno
scentis pertinet mensores mittere & pe
eos dirimere ipsam finium regundorum
quæstionem vt æquum est, si ita res exigit
oculis quoque suis subiectis locis.

Vlp.l.Sieruptione.§.vltimo.
ff.Finium re-
gund.

THE

THEREVTICES, HOC EST, DE VENATIONE, AVCVPIO, ATQVE PISCATIONE COMPENDIUM in vsum heroum & patrumfamiliâs ruri agentium concinnatum.

ETsi venandi studium Agricolę nõ conuenire scio, neque ex vsu villici esse, vt neglectis agris pastionibusque villaticis ad feras indagãdas animum adijciat, aut negleto quæstu, cui ille totus vacare debet, voluptatem sectetur, Actęonisque more, qui neglecta re familiari vsqueadeò deditus venationi fuit, vt ab vniuersis facultatibus excíderit, atq; ideò à canibus dilaceratus fingitur, vt Palephatus scribit: Attamen heroicis viris qui ruri prætoria & prædia in hoc idonea atque his syluas nemoraque & viuaria coniuncta habent, huic exercitio locum dare non tam quæstus, quàm animi & lautitiarum causa nõ admodum improbandum minimeque absurdum habetur. Vti nihil quoque vetat villicum noxias bestias persequi, quales sunt lupi, vrsi, vulpes,

Actæonis apologus

teles syluestres, furones, viuerras, accipitres
& pecori & auiario domestico insidiantes.
Quare his animalibus laqueos tendere ve
ea quibuscunque artibus intercipere non
modò ex re rustica existimandum, verùm
etiam necessarium comperitur. Fortè in ve
natu cum Principe conuenerant Elaphor
rhous, Philotherus, Ornitheuta, Lagus, Ha
licus: cumque ob æstum in scenam vmbro
sam se recepissent, ELAPHORRHOVS
Heus tu, inquit Philothere, ecquid te pe
dumeta frutetaque immoderato cursu fa
tigas? quin potius ades atque in hoc topia
rio frondoso acquiescis. Hic ad retia sede
bimus, sunt hic Philotherus, Lagus, Orni
theuta, & Halicus suauissimi congerrones
PHILO. Exercitium hoc reperio vehemẽ
ter valetudini conseruandæ conuenire. E
LAPHORRHOVS. Rectè quidem: ac si
cut moderatum conducit, ita immodera
tum vires exhaurit eneruatque. Notum es
illud veterum: σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, πόνοι πάντε
μέτρια. Animus quidem cogitatione mo
tuque corporis moderato excitatur atque
huc syluæ & solitudo ipsumque silentium
quod venationi datur magna cogitatio
num incitamenta præbent, & non modò
Dianam, verùm etiam Mineruam hic iner
rare credamus. Sic Plinius secundus ille

No

Nouiocomenſis ad retia ſedens ſtylum & pugillares habere conſueuit, interque venandum meditari notareque ſolebat aliquid. Idem nos faciemus: in hoc ſilentio de noſa venatione diſſeramus quieti, aliosque namus feris perſequendis ſe fatigare. PHILOTHERVS. Placet quidem, ſi u de hoc ſtudio è philoſophico tuo penu obis aliquid depromere non grauaris. pſe auſpicabor vos alios velut in campum rouocaturus. ORNITHEVTA. Rectè. Tu igitur exordire, nos tibi ſuccenturiabinus. PHILOTH. Venatus ſtudium non ecens neque ocioſarum voluptatum, ſed ctuſtiſsimum eſt, fortiſsimorumque homium exercitamentum. Et quanquam Eebius primùm apud Phœnices venandi picandique vſum repertum tradit, è ſacra tamen Bibliorum hiſtoria conſtat Nimroth & Eſau venationis exercitio deditos fuiſſe. t cùm Deus feras & beſtias omnes dominio hominis ſubiecerit & tamen à lapſu primi parentis, vt Chryſoſtomus teſtatur, homines fugiant, humana ſolertia, quæ nihil ntentatum reliquit, omne genus animanium quod terra, aqua atque aere viuit, arte & induſtria perſequi & aptare non deſtiit. Beſtijs autem feris domandis & noxijs nterimendis tollendisque Theſea & Her-

Venatiõis ſtudium vetus & laudatũ.

Theſeus.

Hercules. culem magnam gloriam reportasse in con
fesso est. Xenophon in eo libro, quem
χωνηγετικῶν inscripsit tradit veteres heroa
apud Chironem ab ineunte ætate venatio
nibus operam dare consueuisse, multaqu
honesta didicisse. Apud eum venation
bonarumque artium discipulos fuisse Ae
sculapium, Nestorem, Theseam, Palamedem
Vlyssem, Diomedem, Castorem & Pollu
cem, Achillem, Aeneam. Horum exempl
censens venationis disciplinam nobilibu
& heroici generis iuuenibus haudquaqu
negligendam, quibus id per corporis ro
bur & ætatem liceret. Siquidem hoc exer
citio rebus gerendis strenuos euadere do
ceriq́ue simul καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράτ
vt Xenophontis sententia & verbis vta
Atque hoc auocamento primum à crapu
la, desidia, ignauoq́; otio, quod vitijs tur
pitudinibusq́ue sæpè occasionem præbe
abduci. Deinde corpus exercitio salubrit
& sartum tectum præstare. Postremo he
roici adolescentes ad militiam & res belli
cas velut tyrocinio exercentur. Quando
quidem non desunt, qui bellicæ artis par
tem esse venationem contendant. Nam si
cut militem oportet sæpe humi quiescer
frigus, æstum, sitim atque inediam perpet
idé huic exercitio vacanti vsu venit, eumd

opor

oportet per deuia & montes aſperos, per ſyluas & dumeta feras fugientes perſequi, neq; imbribus neq; viribus aut ſomno vinci ſub dio ſæpe noctem agere, teneræ conugis immemorem, vt Poeta canit. Neque minus ſtrenuum exiſtimandum exacerbatum aprum, ceruũ, vrſum, leonem ac Pardalim inuadere quàm armatum hoſtẽ operiri & excipere. Adde quòd conſuetudo venandi locorum reddit peritos & ad trãſmittendum itinerum difficultates audentiores tollerantioresque. Quare venãdi laboribus exercitatos Imperatores ac duces rerum bellicarum optimos euadere. Vnde & Perſarum legibus & inſtituto Lycurgi, pueri venãdi exercitijs erudiebantur, eamque exercitationem gymnaſticis antepone bant. Cyrum ſeniorem venationis prætextu bellum maximum confeciſſe, eumque hoc velut rei militatis rudimento maximè in adoleſcentia fuiſſe exercitatum: iuniorem quoque Cyrum iam indeà pubertate ad venationẽ animum adieciſſe in qua pericula nõ pauca ſolus fortiſsimè obierit, adeo vt vrſum in ſe impetũ facientẽ non extimuerit, ſed congreſſus cum eo etiam ſi ab alijs abſtractus vulneratusq;, beluã tamen peremit. ELAPHORRO. Interim venationi ſic vacandum, ne vocationes functionesq;

necessariæ intermittantur, quod præpo-
sterè faciunt principes aliqui & nobiles
quos insanabile venandi tenet cacoethes, v
Satyrici verbo vtar. Quare haud scio an no-
stro tempore principes ad venãdi studiũ in-
citandi, qui alioqui sua spõte huc satis sun
ppẽsi, ne velut ἵππον εἰς πεδίον principes atq
eorum liberi ad venandi immoderata exer-
citia prouocari videãtur. Noui aliquos prin
cipes non prophanos solùm, verùm etiam
ecclesiasticos, qui ante demandatam admi-
nistrandi prouinciam prorsus à venatione
fuerunt alieni, at mox vbi principatui ad-
moti fuerint, remis velisque ac citra vllum
modum aut intermissionem huc ferebãtur
nihil aliud, quàm feras & canes in ore habẽ-
tes. Ferunt Mythridatem venandi studio ad
eò intentum fuisse vt septem annis neque
ruris neq; vrbis tecto vsus fuerit. Sed de his
satis: ad ipsius venationis artem & functio-
nem perge. PHILOTHERVS. Recte quidẽ
ista dicuntur: & reuera venationi sic vacan-
dum ne munera publica intermittantur, ne-
úe quod principib. aut proceribus voluptá-
ti, id pximo fraudi sit & dãnosum. Proinde
venatoriæ leges sunt, ne vel blasphemiæ ve
obscæna committantur, nec denique fru-
ctus lædantur. Nempe eo tempore quo fru-
ges arua tegunt inducias feræ habere debẽt

Mythridates.

Venatoriæ leges:

præ-

ręsertim lepores in his latitãtes immunita-
:m sibi vendicant. Vt autem ad rem veni- *Venatiõis*
m: Venatio trifariam distinguitur ab Op- *genera.*
iano, quòd triplex ferarum genus in homi
is vsum creauerit Deus. Nempe Terrestre,
quaticum, & Aerium. Ac primum quidem
irca bestiarum ferarumq́; terrestrium versa
ur, circa saltus nemorosaq́ue tesqua, et syl-
as, vastasq́ue feras indagine claudit. Ea au-
em, quæ canibus retibusq́ue atq; alijs insi-
ijs venatio fit, à Græcis κυνηγετικὴ dicitur.
ecũdum genus Aquaticũ & ἁλιευτικὴ vo-
atur capiendorum piscium eorumq́ue ani-
nantium, quæ mari fluminibusq́ue ac stag-
is viuunt disciplina. Postremũ venandi ge-
us aeriũ, quo aues & volatilia captãtur ἰξευ-
τικὴ vel ὀρνιθικὴ Quod autem, à nostris aucu-
ium accipitrarium vocatur, veterib. igno-
um. Antequã ad singulas partes descenda- *Cõmunia*
nus, commemoranda sunt quædam om- *tribus ve-*
nibus generibus venationum communia. *nationũ ge*
Sunt enim tria, quibus tam terrestria, quàm *neribus.*
quatica & volucria capiantur. Dolus,
Vis, Veneficia. Ad dolum pertinent re-
ia, laquei, nassæ. Vis infertur arcubus,
clopis, bombardis, venabulis, fuscinis.
Veneficijs rarò feræ, aues & pisces frequen-
ius capi consuetum. Sunt autem venefi-
cia, aconitum, tithymalli, ranunculi. Ea
omnia

omnia cibo admiſta necant & aues & feras atque piſces. Quædam etiam non tam necant, quã ad tempus ſentibus deſtituant vt capi poſsint, de quibus ſuo loco plura. Re-

De retibus.

tia pro venandi animantium ratione variã ſunt. Nam alia animalia robore magis valẽt alia minus, alia velocitate. Quare alia leonũ alia luporum ceruorumq́; & aprorum, quę craſsioribus, robuſtioribusq́; & laxioribus filis contexta eſſe oportet. Ceruorum etiam ſublimiora ne feræ tranſiliant. Capreolorũ & leporum ferè eadem, niſi quòd capreolorum requirantur paulò robuſtiora lina. Retia autem & caſſes quibus feræ capiuntur, δίκτυα Græci appellant. Quanquã Iul. Pollux δίκτυα appellat omnia retia, quę plicantur, quæ Pherecrates ἕρκη quaſi ſepta vocat. Alij δίκτυα appellant, quæ in planis locis & patentibus ἐδνόϊα vt quæ in vijs vſui pantur. Plagæ ſiue ἀρκυὲς minora retia. Tametſi ſunt, qui contendant plagas partes eſſe ἀρκυὸς & dici funes, quibus retia tenduntur & quadratum illud ſpatium quatuor nodis in retibus diſtinctum vitreis feneſtris ſimile, per quod feræ tranſituræ caput inſerant atq; implicentur. Alij plagã βρόχον eſſe arbitrantur. Eſt et retis pars circuitus περιδρόμος retis funiculus vtriuſq; inferioris & ſuperioris extremates cingens, & quo retia

contra

ontrahuũtur ac diſſoluntur, quos enodes
ſſe Xenophon tradit, vt liberè tranſire per
ertebras queãt. Sardones faſtigiũ retis &
eridromum perticis erectis ſuſtinent. Nã
etia & caſſes atq; plagæ varris & palis in-
ummitate furcatis terraq́; fixis eriguntur
ulciunturque, quæ σάλικες & χαλιδώματα
Græcis vocantur. Siſtũtur autẽ hi pali ad ſe
nutuo inclinati & leniter, vt ad contactũ fe
æ mox concidant eamq́; implicent, atq; ea
etis ſtatio vocatur à Græcis ἀρχυσάσιον. V-
untur hoc tempore in ceruorum venatio-
ę carbaſeis velis, quæ & ipſa palis furcatis
extenta fulciũtur. Porrò retia & plagæ, qui
ous aues capiuntur exilibus linis ſunt con-
exta. Sicut & verricula piſcibus fluuiatilib.
apiendis deſtinata. Nã ad marinas beluas
obuſtiorib. opus, vt pòſt dicetur. Retia vt
diutius conſeruentur durabiles coquãtur
aut macerẽtur cortice querneo molito cõ-
uſóue. Atque hæc quaſi proœmia & com-
munia quædam de venatione dicta ſint. Iã
ad primum genus nempe terreſtriũ anima-
lium procedemus, atq; hic præter retia iam
dicta, & hominibus venatoribus & canib.
opus, ad hæc venabulis, ferro breui, & cor-
nu, cultuque expeditio. Principiò venato-
rem Xenophon poſtulat ætate iuuenili
nempe annorũ 20. ſtatura agilem, & mem
bris

Ad terreſtrẽ venationem neceſſaria.

Venatoris conditio.

membris robuſtum, laboris patientem, hi
larem, minimeque tædioſum. Neque enim
prouectioribus conuenit huic ſtudio ſe mã
cipare, licet ſenes qui ab adoleſcentia vena
tioni aſſueuerunt, vix abſtinere poterunt
conſuetudine naturam atq; ætatem vincẽ
te. Habitus ſit expeditus ſiue pedes, ſiue e
ques feras inſequaris. Strictæ magis quàn
Cultus venatoris. fluxæ veſtes congruunt, quò ſis expeditior
Maiores exiſtimauerũt ad venationem cer
ui veſte viridi, ad aprum fuſca & villoſa v
tendum. Eſt & cinericeus color non reijci
endus & niger. Rubrum tanquam conſpi
cuum citius percipiunt feræ atq; ideò hoc
in ſtudio vitãdum ſcribit Iul. Pol. Pileus vil
loſus caput tegat, eiuſdem coloris qua ve
ſtis aut certè non cõſpicui. Calcei velut co
thurni quibus perhumida loca vliginoſaq;
Cornu venatoriũ. trãſire queas. Cornu vel buccina à collo ſu
ſpẽdatur quo pro ſignificationum indicio
rumq; ac euẽtuum varietate ſignũ dare li
ceat, vt ſiue fera caſtra mouerit vel elapſa
vel deniq; inuenta vel capta, id ſigno dato
procul diſsitis ſignificari poſsit. Aliud enim
exhortatorium ſignum, aliud requiſitoriũ,
quod celeumate venatorio fieri ſolet, aliud
receptus ſignificatiuum. Cornicinia & buc
cinationũ modos alij alios habẽt pro regio
nũ more & ſignificationũ diuerſitate. Cul
tro

o quoq; venator instructus sit huic studio loneo cùm ad alios vsus obuios, tum ad li- na cedenda scenis & caueis, vt vocant, cõ ruẽdis. Ad hæc venabulo vel hasta vel vir- a armetur, quàm altera manu gestet, altera ines du cat. Ad sint vel armo circumuolu- e vel ad zonam suspensæ chordæ, funiculi, opulas vocant, quibus vel colligentur re- neanturq; canes, vel soluantur ac religan- r quoties vsus postulat. Canum tria esse enera aliàs dictum. Villatici ἀγκῶροι & pe- iarij & tertium venaticum. De prioribus iàs, de hoc autem postremo genere hic di- ndũ. Sunt autem venatici & ipsi diuersi & ũ & forma. Alij enim vestigatores, qui ex- rsores indagationi solũ cõparati, alij per- citati, alij robori seruãtur, alij aquaticis ve tionibus accõmodantur. Ac primũ ad fe- s diligẽter indagãdas, pbantur statura me ocri, colore siue sint murino, seu nigro, u maculoso, nõ admodum refert, licet al- l in hoc genere non ita probantur. Fuligi- osi & subnigri, tergo videlicet nigro & ntre pedibusque spadicis gratiores plu- nis, Xenophon vulpinos videtur ap- llare. Hos commendare solent pen- ulæ aures, caudæ longiusculæ, capita agna, pectus latum, ceruix longa, o- li fulgidi, rostrum nigrum, crura ro- busta,

Culter venatorius.

Hasta venatoria.

De canibus venaticis.

Forma canũ venaticorum.

Color canum.

Canes vulpini.

busta, priora posterioribus breuiora, spin carnosa, clunib. latiusculis, ventre inani, pe dibus ac testibus rotundis, natura agiles a lacresq́; , rostro validò ac breui. Hoc enim sagacitati conuenire putatur. Nam hi no tam ad pernicitatem, quàm ad sagacitatem comparantur. Huc pertinent qui Hispani ci dicuntur, custodiæ hominum studiosi & sagacitate commendabiles maximè perdi cibus leporibusque indagandis. Cæterùm in maiore ferarum indagatione nõ ita pro bantur. Vagantur enim latius plerique, ne que sic in propinquo manent, vt venatic genuini. Generosissimi qui sanguinarij di cuntur & numellarij. Vulneratam ferã pra cipua sagacitate prodentes, scrutantur ve stigia vestigatoremq́; loro cohibitus ad fe ræ latebras deducit: Quod si fera amnẽ au riuum transmiserit, idipsum primùm cau dæ postritri ꝑsignificatione demonstrat. Hi senecta iam exhausti atque etiam debi les ac cæci si deferãtur ventos, ac odoren captantes rostro cubilia produnt ferarum. Aliud genus venaticorũ quos leporario & emissarios vocant ac vertagos, hos quæ rimus qui sint corpore procero, agili & ex pedito, cruribus prioribus excelsioribus capite longiusculo, neq; carnoso sed leui cruribus breuibus atque erectis, oculis mi canti

Canes Hispanici.

Numellarij.

Leporarij Emissarij. Vertagieorumq́; forma.

ntibus, pectore toroso, cæteris expeditis
iembris, nisi quòd clunes latiusculos ha-
entes magis probantur & cauda longa &
ui non hirsuta. Vidimus tamen è Noruue- *Noruuegi*
ia & Insula Thulæ adductos pertinacita- *ci.*
non vulgari qui & cauda & corpore to-
villosi erant. Verùm hi non ad sagacita-
m sed ad velocitatem vsurpãtur. Eius ge-
eris sunt Britannici simul & pertinacitate *Britãnici.*
robore valẽtes, nisi quòd corpore vasto,
eruis persequendis magis idonei. Apris lu-
sque & vrsis opprimendis canes Anglici *Anglici.*
commodatiores, nimirum corporis mo-
& mordacitate præstantes. Apud maio- *Laonici.*
es Laconici cùm primis laudati, & Albani *Albani.*
agnitudine ac viribus præstantissimi, vt
ui paruas feras contemnentes leonibus &
lephantis sternendis appositi. Proditum
t de Alexandro, quòd cùm ei Rex Alba-
is canem donasset inusitatę magnitudi-
s, eiusque specie delectatus iusserit vrsos
apros obijci, at vbi canis eas feras con-
mneret occidi iussit tãquam inertem. Po-
eà edoctus ab Albano missoque alio, qui
m leone & elephãto commissus, vtrum-
ue prostrauit. Tradunt & Corsicam fero-
ssimos gignere canes. Cęterùm de canum
lucatione deque morbis & cura aliàs di-
um. Nomina volũt dari monosyllaba aut

breuia, leo, falco, lupus: & Germanis Lap
Falck/Wolff/Betz. Quanquam alia ve
naticis, alia pecorarijs, & œcuris cõgruant
Est autem venaticorum cura accuratior ha
De canum educatiõe. benda. Nam etsi satiari & cubilibus mollic
ribus requiescere postulant, attamen vena
tus tempore ad feras persequendas ducen
di non conuenit eos satiari, sed impastos
ducere. E nobilibus procreantur generos
neque catuli alienis matribus subijciend
sed matribus suis relinquendi. Cùm adol
scant & lac & ea, quibus per omnem æta
tem pascentur præbenda sunt. Panis cibu
optimus, neque tamen nimium distender
di cibo, neque vicissim inedia macerand
licet ad venationem educendos, vti dix
mus, omnino cibo non replendos. Eos q
crebrò canes ad venationem ducunt, hos
mant & sequuntur assiduè. Vtile fuerit c
nes etiamsi nihil reportant ferarum: subi
de excursibus exercere & per dumeta
aspera loca agitari. Hoc enim exercitio al
cres fiunt & pedes indurescunt nec oci
torpent. Præstatque per iuga magis, quà
per plana ducere atq; exagitare. Generos
ores declarãtur, si altus æstu incũbente no
deserũt. Sagaces cognoscũtur, si locis ar
dis, apricis, Austro spirãte, feras præsentiũ
Duripedes si nõ protinus dũ mõtes superã
pe

pedibus fatiſcũt. Canes numellã atq; collare habeãt affixo annulo per quem quoties ducẽdi, lora & funiculi trãſmitti, & vbi ſoluẽdi, expeditius emitti queãt. Sint autẽ collaria nõ dura neq; aſpera, ſed molliuſcula & lata ne collũ lædãt aut exulcerẽt, loris anſæ addũtur quibus indagatores bini copulentur tãtiſper dum ad locũ venationi deſtinatum ventũ fuerit. Excurſores & emiſſarij funiculis per collaris annulũ traiectis à venatore ducuntur aut bini aut terni aut etiam ſinguli. Hi certis locis diſponuntur quà putatur fera eiecta è cubili tranſitura. Vt autem in maiorum ferarum venationibus ij, qui canes emiſſarios tenent latebras habeant, ſcenæ conſtruuntur quæ è ſurculis ramisque arborum frondoſis concinnantur topiario opere, in quibus & ij qui canes emiſſarios loris retinent ferarum aduentum obſeruantes latitant eas in retia impulſuri. Fiunt hæ ſcenæ tam in ſyluis, quàm in campis latis ante retia ijsq; locis quibus feræ ſunt tranſiturę. Nimirum vt ſint etiam ijs, quorum gratia ſępè venatus inſtituitur, vmbracula, veluti gynecio heroinarum & quibus moleſtum per dumeta vagari vtque in viridantibus ſcenis liberum curſus proſpectum habere poſsint. In his conſtruẽdis cautio habenda ne frondes ramorum conuer-

Scenæ.

sæ colloc entur. Ex his enim fera facilè latebras insidiarum sentit atq; resilit. Magno hic silentio opus: nam feræ arrectis auribus acerrimi sunt auditus & sæpenumerò fallentes adstant scenis. Canes emissarios demittere non oportet, neq; clamorem ciere antequàm fera scenam transierit ad retia tẽdens. Nonnunquàm fera ad retia perueniens retrocedit in occursum persequẽtium, quare armatos esse oportet. HALI. Quænam tempora venationi & indagandis feris accõmodatiora existimantur? PHIL. Quãdo iubetis, non recusabo quæ experientia docet, referre. Nam anni, diei, ac denique temporis imprimis ratio habenda. Primùm non conuenit venatio, si tempestas fuerit aut pluuia. Hæc enim impediunt, quò minus vestigia canes sentire possint, & pluuio tempore aures canum per dumeta & stirpes cursantium aqua implentur. Deinde anni tempus considerandum. Aestate quidem matutina maximè conuenit venatio neque vltra meridiem producenda quòd sol vestigia discutit. Australis tempestas deterior, quæ humiditate diffundit odores, sicut & imbres & rores. Contrà septentrionalis si serena, contrahit & conseruat. Luna quoq; halitũ extenuat præsertim plena. Et lepores ad lunã lusitantes, vestigia confundũt & incerta

Tẽpora venationis.

certa reddunt, maximè si vulpes transierint. Vespera alioqui verni temporis & leporibus retibus intercipiendis & ceruis libidinantibus figendis cum primis conueniens. Circa meridiem hyeme instituì potest, & quoniam sole surgente resoluitur frigus quòd & vestigia reddit minus odorata, Xenophon negat hyemem absq; niuibus, vestigabilem, & Borea flante si ningat, vestigia diutius remanere, contrà Notho spirante citius resolui in niue. Nix quoque si continua decidens terram operiat, ventusq; vehementior niuem conuoluens vestigia operit. Quare matutina vestigia certiora præbet, si à media nocte niuis pluuia intermittatur. Hybernæ noctes quia prolixiores vestigia præbent longiora. Aestate contrà fit. Ros quoque superincumbens & pruina odoratum impediunt. Ver propter anni temperiem certiorem præbet vestigatum, nisi quòd terra vbi flores emittit odores confundit. Aestatis feruor halitus terræ abolet vt canes tum minus odorent quòd tempora resolutiora sint. Autumno vestigia sunt pura, tum enim fruges terræ sublatæ & syluestria situ flauescunt. Hyeme igitur & æstate vestigia plerunq; recta sunt. Vere autem confusa præsertim luporum, quod animal cùm alioqui sit sociale, tum hoc tem-

Vestigiorũ odorati.

pore maximè lasciuit, societate exultãs huc illucque fertur, & vestigia turbat. Vestigia ferarum varia sunt. Nam alia sunt soleata, alia oderata, alia cubiliaria, alia curricularia. In locis glabris odor fugax & exilis est, & canum sagacitati sæpè imponit, sicut & in puluere squaloreque obsitis. Cùm alioqui solis ardor in vniuersum omnem statim humorem, in quo vestigij odor hæret, absumere solet. Contrà in locis herbidis & vepretibus odoratiora sunt vestigia, quòd non tantùm pedum, sed crurum & corporis affricta vestigiaria semita odorata remanet. In locis verò opacis odor minus fugere solet. Subolendis cubilibus diutius immoratur canis quàm vestigijs. Et syluosa loca, vt diximus, magis redolent quàm plana. Verùm quia varia est & non eadem ferarum venandarum ratio, partiendæ erunt operæ & singuli veluti symbolum venatorium adferans. Tu autem Lage, quoniam lepus es, pulpamentum quærere opus non est, de tui nominis feris gentilitioque nomine disseras, alij de alijs. LAG. Recipio quidem ea conditione, vt vos de cæteris nobis symbolum adferatis. Lepus adeò gratiosum est animal, vt siue vestigetur, siue inueniatur, seu currat, aut capiatur, semper delectet, idque sui periculo. In alijs feris persequendis capien-

Vestigiorũ varietas.

Leporis venatus.

endisq; sæpè periculum, solus lepus minimè nocere potest. Pernicitate super omnes feras adeò præstat, vt ad velocitatem natura factus sit & compositus, siquidem nullo persequente salit atque exultat, gradientem nullum videre contigit, sed progrediendo quasi volitare putatur propter excellentem illius agilitatem. Quapropter natura etiam priores pedes posterioribus breuiores, caudamque breuem atque impeditam concesit. Nam sicuti leoni cauda ad excitandas vires adminiculo esse creditur, ita lepori aures quasi vexilla virium & ad cursum incitamenta præbere. Fugiens eas deorsum retorquet alterutram interdum flectens, eaque velut claua vtitur, cursum non vnum nec rectum tenet, sed huc illucque se versat & canes fallit, neque verò vires suas prorsus semel effundit, sed impetũ sequentis obseruat, canesque anteuertens viribus moderatur. Quòd si canes velocitate pollere sentit, reuocatis virib. quàm maximè potest cursum intẽdit, dum è conspectu feratur. Cùm autem longius præcesserit, sæpè in aliquẽ tumulũ ascendit inq; posteriores pedes erigens insectantiũ certamẽ prospicit. Loca amat vbi natus & educatus. Palustres postremę sunt velocitatis. Montani nõ tã veloces q̃ cãpestres, & qui in planicie de-

cie degunt lepores, & ſicut facilè ſurſum feruntur, quòd poſteriores longiores habeant pedes, ita deorſum difficilius decurrunt. Antè, quàm ſubeant, veſtigia turbare ſolent, vel ſi nix veſtigia prodere poſsit, ſaltu confundunt. Animal hoc ita fœcundum vt ſuperfœtare putetur, & alium quidem fœtum parere, alium parturire, alium in vtero pilis veſtitum, alium implumem, alium inchoato ferre partu. Fœtus ſuos pluribus locis diſpergit, vt à rapinis tutiores ſint tam venatorum quàm vulpium. Traditur & ſexum commutare. Procumbere ſolet ſi frigus fuerit in apricis, ſi æſtus in vmbroſis, ſi ver & autumnus in temperatis locis. Circa Martium & Aprilem iam tepeſcente terra tum maximè generandi cauſa ſociantur. lepores in terra proſciſſa & ſulcorum latebris plerunque decumbere ſolent, & vno reperto certum eſt non procul alium abeſſe. Procumbit fœmen ilibus ſubijciens, cruribus prioribus vt plurimum iunctis atque porrectis, mento anterioribus ſubnixo, auribus ſuper vtroq; humero demiſsis. Villos habet impenetrabiles, denſos & molles. Palpebris clauſis vigilat, apertis & inconniuentibus dormit, oculis immotis, nares dormitãs crebrò motitat, vigilãs minus. Pupillas habet exporrectas, palpebras p̃ciſas,

Leporis ſuperfœtatio & ſexus mutatio.

quæ

quæ pupillis tegumenta non præbent. Quapropter hebes visus est præsertim si à fronte occurratur, altrinsecus acutior. Somno plurimum deditus quæ res ad videndum prodesse putatur nihil. Et velocitas aciem obtundit, quolibet enim oculatus intendit facilius, quàm quid sibi prouiderit. Et cum his canum quoque terrores prouidentiam adimunt, cùm fugientem prosequuntur, quò fit, vt irruens improuidus sæpè in retia præcipitetur. Loca vbi nutritus amat. De directo rarò vincitur à canibus celeritate, sed ex obliquo potius. Cùm terra pullulat rura magis, quàm iuga petit, vbiq; subsistit, vbi inuestigatus, præterquam si noctu exteritus, tum enim subtrepidat. Si canes præsenserit, subsistit & residēs seipsum erigit, & canum atque hominū clamorē strepitumúe captat atq; inde deflectit. Interdū etiā nullo strepitu solo vano metu perculsus, vltrò citroq; pauidus fertur, & si apertis locis excussus longissimè procurrit. In opacis non ita longè fugit. Si quid vsquam vel in aqua emineat, huc admirabūdus properat, vel si cespes extet ad hunc recumbere solet, longiusculè vagatur hybernis noctibus, id quod impressa vestigia declarant. In insulis & ijs locis vbi vulpes non sunt, frequentiores reperiuntur.

Nam eorum insidijs & agitatione tam ipsi quàm catuli capiũtur. Venator leporis vestigia captat ex agris supernè subducendo canes, & quia ad culta non fugiunt, prata, saltus, fluẽta, lapidosa, syluosaq; petunt. Vbi inuenti agitantur nunc viam flectunt, nunc aquã tranant, nunc latebras petũt. Aliquoties cauernas subeunt etiam accipitres auesque rapaces metuentes, ab his enim quoties colles aut aperta loca transcurrunt, rapiuntur, præsertim minores. In cursum adacto lepore clamorem non tollit venator, ne canes vestigia amittãt. Qui omnia loca pererrant, hi subter fugiorũ diuerticulis plus negocij facessunt per cõpendiosa viarũ, p aduersa atq; plana, minus per decliuia. Canes significãt leporẽ in ꝓpinquo esse si caudã sæpius motitẽt & accuratius vestigijs inhęreãt huc illucq; se vertẽtes subsistẽtesq; eodẽ sępe reuersi, iterum alio atque alio se flectentes singula rimantur donec tandem quasi syllogismo colligant, aut huc diuertisse aut illuc, si neque hac neq; illac, necesse igitur quod istac diuerterit. Acclamationes vsurpant Io, canes εὖγε canes, bellè canes. Tandem vbi repertus lepus canes vocem edere solent. Rarò antè quã aut tecta vestigia aut à cubili expulsa fera, generosi canes vocẽ edere solent. Inde ex insidijs & per stationes maximè

Canes syllogismo in venatu vtuntur.

Acclamationes.

maximè autem quà fera procurrere consue
uit, canes emissarij obijciuntur. Si capiatur, leporarius defensor alios canes repellit, captumque adseruans tuetur à dilaceratione aliorum canum tantisper, donec venatores excipiant. Nonnulli assuefacti vt ipsi ad venatorem deferant. Defensorem mordacem esse oportet & quē alij canes metuant. Quare cedere hunc aut obiurgare non oportet si quando alijs cibum præripiat eosq; mordicus repellat. Capiūtur lepores & retibus ac laqueis, sed hoc illiberalius habetur. Retium vsus necessarius in syluis & frutetis atq; locis cursibus canum parum idoneis. Retia noctu magis conueniunt ijs locis vbi certa sunt cubilia, aut vbi fruges nouæ è terra primùm pullulant, eas enim maximè appetunt solētq; vesperi sole occidēte prodire ad pastum, huc retia collocare solent, & vento secundo, si fieri potest. Retia palis furcatis leniter eriguntur ita vt irrumpente fera protinus concidant. Quare necesse aliquem assidere, qui dum fera in retia illabitur, mox accurrens retineat, alioqui se explicans elabitur. Retibus positis qui venaticos ac vestigatores canes ducunt, dumeta locaq; cubicularia leporum excutiūt, aut si in segetum herbis pascitur, inde expellitur, & ad ipsa retia adigitur. Laqueis capitur si certas habet semi-

Leporarius defensor.

Retibus capiendi leporis ratio.

ſemitas, vel per ſepes vel per frumenta, hu
laquei conſtituuntur, quos vbi tranſmiſer
compræhenditur. Sed cauere oportet, n
ſuboleãt. Porrò cùm æſtate plurimum in ſe
getibus latitent, conſueuerunt è ſegetibu
ad retia compelli parato funiculo, ad latitu
dinem loci oblongo, cui plumæ ac tintina
bula alligata ſunt, funiculum ab vtraq; par
te ſegetum venatores procedentes trahun
quo tracto tintinabula ſonum edunt & pe
næ vibrantur, his perterritus lepus è ſegeti
bus in retia ad extremitatem ſegetum diſp
ſita impellitur. Lepores & vulpes Indi, no
canibus aſſuefactis venantur. Eas aues ſic a
ſuefaciunt. Vulpi & lepori manſuefactis ca
nis fruſtum appendunt, atque ſic ad curſun
inſtigantes. Inde aues demittunt carnẽ ad
empturas, ſicque inſtituuntur ad prædan
dum vulpes & lepores. Vulpes ſæpè vidi
mus lepores cepiſſe, nam etſi lepus vul
pem ſuperet curſu, tamen inſidijs & ar
te curſu exagitat leporem fatigatque, ipſ
interim paulatim citra fatigationem ſequi
tur tantiſper dum laſſum ac viribus defici
entem leporem capiat. PHI. Perge de vul
pium venatione adijcere. LAG. Vulpibus in
dagatores canes non aſſueſcendi, nam hi
perſequendis magis auidi leporum veſtigi
deſerunt. Plerique etiam canes vulpes no

Indorum venatio leporaria.

Vulpium venatio.

impe

mpetunt maximè fœmellas. Sicut nec fœmi
ia canibus masculis inimica. Quòd si vulpes
mpeti se acrius sentiat, vafra est & diuerti-
cula quærit, si arbor aut sepes arbustumúe
hic se reflectit, viarumúe amfractus quærit,
quibus cursum canum eludat. Etsi tandem
mpetu facto à canib. rapiatur, mox caudam
rina imbutam oculos impetentium asper-
git atque elabitur. Ad retia tamen compel-
itur interdum nisi astutia sua præsentiens
asses euitet. Laqueis capitur interdum aut
rcu acie cultri affixi. Capitur plurimum ca-
iernis quibus latitat & catulos fouet, sed o-
portet prius omnes exitus, quos plures ha-
bet præcludere, & deinde fumo expellere
el fossionibus. Traditũ est vulpem si amyg-
dalas edat emori. Effodiendo capitur etiam
Taxus, qui & ipse cuniculis subterraneis cu- *Taxus.*
bile habet. PHIL. Quid de Cuniculis? LAG. *De cunicu*
Cuniculorum non omninò fera natura & *lis.*
n possessione sunt, certisque locis continẽ-
ur. Horum facilis venatio: nam viuerris in
cauernas quas multifores habent missis ex-
pelluntur, reticulisque ante orificia positis
excipiuntur. Aut si foris pascuntur agitati
cursuque specus petentes obstructis forami
minibus reticulo capiuntur. Gratiores sunt
catuli, quàm adulti. Plinius refert fœtus ven-

tre

tre eiectos vel vberibus ablatos non repurgatis interaneis gratissimos esse in cibatu.
Laurices. laurices vocari. Animal mirè fœcundum adeò vt citra marem gignere & vtrunque sexum ei inesse credatur, intra breue tempus in immensam turbam augeri fœcunditate, adeò vt segetes vicinas vastent & arbuscula. Palearibus insulis famem mesib. intulisse traditum, & incolas aduersus prouentum eorum auxilium militare postulasse ab Augusto. ELAPHORRHO. Ego potius viuerras & canes postulassem. LAGVS. Marcus Varro author est in Hispania ob eorum frequentiam oppidum suffossum. Certum est & cuniculos effodiendo, vnde nomen habet, plerisque locis detrimenta afferre. Lepori non multũ dissimiles, nisi quod colore magis ceruleo & corpore, quàm lepus paulo minore. Procul tamen visus cuniculus lepus esse iudicatur. Verùm propius si contuearis, diuersa animantia facilè apparebunt. Nam & cursu & sedibus differunt. Siquidem hi sub terra habitantes nõ progrediuntur longius à cauernis ad quas mox ad conspectum vel hominum vel canum se recipiunt vt Polybius quoque affirmat, eos in Lybia frequẽtes esse affirmãs. ELAPHOR.
Capreoli. Sed age de reliquis feris nobis aliquid edisserc. LAGVS. Capreolorum ferè cadẽ quæ

leporum

leporum venatio. Retibus enim plurimum capiuntur sed amplioribus, quàm leporarijs crassioribusque filamentis, superiore Germania nempe meliore cannabe contexta afferuntur, neque certum habent venandi tempus. Nam cùm ceruorũ aprorumque venationi certa tempora destinata quibus cibo idoneæ illæ feræ toto ferè anno in delicijs habentur atque semper oportuna persequutio, nisi cp fœtis plerunq; parcere solent venatores. Damarũ nĩ fallor venationẽ in Britanniæ insula vidisti, cùm istic legatione fungereris. ELAPH. Persæpè quidẽ, sed nõ nisi leporarijs emissarijs intra ferarũ viuaria, q̃ illuc crebra sũt Principib. atq; nobilib. earũ renatus cõspexi. LAG. At tu Elaphorhoe de ceruorũ venatu differas. ELAP. Ceruus inter cæteras feras animal generosissimum velocitate & elabẽdi artib. instructissimum. Eius aũt venatio vt est omniũ iucundissima & planè regia magnorumq; principum exercitio ac voluptatibus accommoda, ita operã impẽsasq; requirit non vulgares. Et cũ leporũ capreolorumq; captio nullis anni partib. intẽpestiua, ceruorũ autem & aprorũ venatio certa habet tẽpora huic exercitio accõmoda. Estq; ceruorum venatio à solstitio æstiuo & messis tempore tempestiua &

Damarum venatio.

De ceruorum venatione.

stiua & quanquam antè vsurpetur aliquo-
ties, hoc tamen tempore opportunior vti-
liorque censetur cùm iam pingues se senti-
tes latebras, quærunt, fatentes incommod
corporis saburram. Siquidem cerui tũc se-
getibus saginati, clunibusque imprimis ga-
ncis appetendis. Ab æquinoctio autumnal
salire incipiunt admissarij, & libidine flagr
tissima ad mensem vnum agitati catulien-
tes ceruarum greges sectantur, sicq; libidi
ne efferantur mares, vt & canes, & homine
impetere soleant. Eo tempore sagittis facil
Rancere ceruarum vox. intercipiuntur. Nam tum fœmellarum gre
ges sectantes, rancentes boatu ad mutuan
pugnam properant, seque mutuo prouo
cãt sub solis occasum è stabulis prodeunte
Vbi ex voce rancoris exaudieris, quà trans
eant, in dumetis aut opposita arbore latẽti
facilè datur accessus propior vt iaculato
cominus pugnantes inter se ferire bomba
da vel arcu concedatur. Ceruæ quoque e
tempore sunt accommodæ culinis. Explet
libidine separant se macie flaccescẽtes, qua
reab eo tẽpore totaq; hyeme, cũ ceruina pa
rum appetenda sit, venatio intermititur. Et
interdũ hyeme glandibus saginam restitua
& rapis. Fœminæ cum iam octonis mẽsibu
Partus cer uorum. ferunt partum aliquando geminos pariẽte
circiter Martiũ & Aprilem pariunt, partum

qu

que in aperto edunt hominibus tritas semi-
as minus cauentes, quàm quæ secretæ &
upis ferisque opportunæ. Editum partum
tatim ad cursum exercent & ad prærupta
ducunt, fugam, elabendique artem docent.
Ad mensem Maium cùm iam segetes incre-
mentum accipiant, saginari incipiunt. Sed
hoc tempore ceruus cornua abijciens deli-
escere densis abstrusisque viarum latebris
consueuit tantisper, dum arma restituantur.
Solet enim anniuersarias plerunq; exuuias
quasi vernationem veris tempore depone-
re, & recidiuam materiam paucis mensibus
recuperare. Sinistrum cornu occultari ab *Cornua*
illis putatur veluti medicamento pręditum *abijciẽtes.*
vt Aristoteles, Plinius dextrum, & castratis
cornua non decidere tradit. Anniculis pri-
nùm tuberum in morem erumpunt auge-
scuntque plumata lanugine. Iunioribus ini-
io simpla, trimis bifida, quadrimis trifida &
sic deinceps singulis annis adijcientes ra-
mos ad sextum vsque annum. Quare intra
hoc tẽpus dignosci potest è cornuum fru-
ticatione. Aetas pòst incerta. Nam aut simi-
lia aut plurium succrescunt ramorum. Sunt
qui è dentibus ætatem iudicandam velint.
Homerus cornu sedecim ramorum com-
memorat de Pandaro eiusq; arcu loquens:

τόξα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει.

Ceruorum venatio tri fariam instituitur.

Porrò ceruorum venatio trifariam instituitur solet. Aut enim retibus aut carbaseis velis cinguntur saltus atque stabula. Vtraque & retia & carbasa palis in summitate furcatis (quę σάλικες aut χαλιδώματα, à Græcis vocantur) eriguntur. Tertium venandorum ceruorum genus Regi Galliæ familiare, fit exagitatiõe cerui, pernicib. ad hoc dispositus desultorijs equis, vt ceruus his tamdiu exagitatus lassitudine fatiscat, aque canib. opprimatur. Quartum genus additur à Xenophonte, sed nostris temporibus rusticũ magis, quàm liberale, nempe podostrabis quasi dicas pedum laqueis vel tendiculis, quæ in mõtibus circa prata & fluuios atq; etiã iuxta saltus & quocũq; loco ceruus accedere putatur, collocandæ. Modũ harum tẽdicularũ scribit Xenophon, inde si quis requirat petere licebit, nos hũc morem vt parum his regionibus vsurpatum, prætermus. Nostro tẽpore plurimũ sagittis bombardisque per insidias traijciuntur ab ijs, quibus hoc à principibus cõmittitur, quoties feram ex tempore habere libet, maximè ijs locis, quæ à principibus ferarũ asyla designata sunt. De his tribus venationum generibus dicemus, quę sunt magis liberales & exercitio commendabiliores. Quoties

Podostrabe.

ties igitur de trib. istis aliqua instituitur, indagatoribus suæ quæque prouinciæ demã dantur, quoad certo signo feras delitescere explorauerint. Fit autẽ id varijs indicijs, *Indicia.* aut è pedũ vestigijs recentibus, aut repertis excrementis, aut deniq; ex affrictu, ad ramos aut stipites arborũ colligere solent nõ procul abesse feras, atq; adeò ex eisdẽ indicijs magnitudinem quoq; cerui metiũtur. Vbi renunciatum quo loco delitescũt feræ, postera die manè venatio instituitur ex aliquo trium modorum. In omnibus oportet vẽti regionem obseruare partim quòd cerui plerunq; secundam captent auram, nam ventus aduersus naribus oriq́ue irrũpens fauces feræ aridas reddit animamq́ue inhibet, partim quòd secundo vento cedẽtes canum voces facilius excipiant, partim denique quod olfactum sui sequaci turbæ canum adimant vestigiaq́ue fallant. Ad hãc quoque rationem & retia figere oportet, vt secundo vento in retia feratur ceruus néue odore ea prodantur aduersa aura. *Venti ratio.*

Ceruos & apros proditum à veteribus cantus oblectamentis capiatq; ob id ad retia musicę cõtentiones excitari ad feras deliniendas alliciẽdasq́;. Retia ceruorũ sublimia esse oportet ne fera transiliat, & sustentata vallis furcatis leniter, vt mox contactu ferę *Retia.*

concidant eamque inuoluant. Ab vtraq; retis extrema parte statuuntur custodes impe-

Celeuma venaticũ.

diẽtes, ac celeuma venaticum conclamantes terrentesque feram ne altrinsecus à latebribus fugam capessat. Diuersa paululum à retibus secundo vento topiaria ac scenæ caueas vocant, è frondosis arborum ramis

Caueæ. Topiariæ.

instaurantur, quibus principes heroinæ, & qui canes emissarios loris retinent tantisper dum feram propinquam casibus esse intellexerint, ac tum demum dimittãt, adigant. que in retia. Hic summo silẽtio opus. Quare cauendum ne latibula sentiat, siquidem acerrimi est auditus, præsertim aures erigens. Proindè ramos è quibus caueæ construuntur, sic collocare oportet, maximè si in syluis sint, (in patenti campo non multum refert) vt frondes & folia ramorum non sint aduersa, alioqui latebras facilè sentiet resilietque. Porrò antè retia vbi erectæ fuerint obambulare nihil vetat, sic enim feræ minus fraudem suspicabuntur. Verùm post retia si vel ambulantem vel clamorem cientem senserint, terrebuntur. Emissarijs igitur suis quibusque locis collocatis, venatores ad feras è diuersorijs expellendas se accingunt, rectaque secundo vento feram ad retia impellunt. Cautos hos quoque esse oportet & silentes, qui in topiarijs aut cauea

ueis

ueis latitant, vt canes tempestiuè emancipẽtur & appositè. Quod ni fiat, fera continuò insidias suspicãs retrorsum cursu fertur aut transuersa ex angustijs elabetur, aut claustra curriculi perrumpet. Quod si semel fecerit, pòst nulla vi in nassam adigi poterit. Vbi namque in retia compulsa fuerit, mox accurrendum & confodienda, ne se excutiat. Nam tanto impetu pede ferit vt hastam atque adeò venabulum perfringere visum. Quod si violenta exagitatione ceruum eximium aliquem delectum persequi placet, procursum & topiaria non in sylua sed loco apertissimo statuere oportet, vbi principib. & heroinis aut quorum gratia venatus instituitur, quique per syluas & dumeta vagari grauantur, in viridantibus scenis requiescẽtibus liber sit prospectus. Canes ceruarij atque emissarij stationatim collocentur, maximè pernices in locis abditis, latera ceruini cursus cingentibus, & quà maximè feram transituram verisimile, siue ad amnem siue ad æstiua aliáue loca asyla, quæ principalibus sanctionibus feris libera relinquuntur, nullis venatorum persecutionibus obnoxia, huc frequenter contendere solent, seu denique ad aliud profugium ceruo familiare. In hoc genere persequendi oportet canum habere succenturiatas copias e-

Violẽta ex agitatio cerui.

Asyla ferarum.

quosque perniciſsimos ac mutatorios certisque ſtationibus diſpoſitis, vt vno exanimato in alium reſilire liceat. Conuentu igitur ſoluto & ſua cuiuſq; prouincia occupata, venatores ſtabula petunt, alius numellariũ ac terelẽchum canẽ ſequitur qui ſilẽtiarius eſt, loroq́; oblõgo cohibitus veſtigatorẽ ad locũ diuerſorij ducit, feraq́; è cubili velut impetu expulſa, buccinaq́; velut claſſico ad acuendos canes dato ſigno, primũ leues excurſus canũ ſoluuntur, ſubſidiariq́ copulę ad certas ſtationes dimittũtur, quę feſsis ſuccedant. Ceruus è cubili expulſus canibus excurſorib. equis celerrimis canũ vndiq; allatrantium ac perſequentium clãgore ſic agitatus, vt conſuetas colles petit aut deflectendi eludendiq́ue technas machinatur. Si conſueta loca petit, facilis perſecutio. At ſi impoſturas architectetur, nam ſolent veteratores illi varia perfugia vitæq́; ſeruandæ præſidia quærere, vbi ſe latrantiũ turba peti ſentiunt, hic ſollicitos eſſe oportet perſecutores. Nam ſolent plerunque canes eludere, & ſecum ducere ceruum minorẽ, q̃ grandiori comes eſſe conſueuit. Ne igitur illum pediſſequum canibus obijciat & ipſe veteratorius euadat, experti eſt venatoris errorem corrigere canũ & prę-ſtigium cerui ſolertia ſua facere irritum,

Numellarius canis.

atque

atque agmen canum excurſorium caſtiga bundo vociferatu in veſtigium reponere. Interdum enim cerui vrgente vi canum vltrò ad homines profugiunt. Nonnũquam ſi acrius vrgeatur ceruorum greges petit, ibiq́ue intra turbam gregis velut nebulam erroris ſe conijcere ſolet, atque aliquantulum ſpatij in mixto grege veſtigia facere ad negocium canibus exhibendum, ac paulò pòſt ab illorum comitatu ſeſe ſubducẽs per deuia lõgius ſe proripere ac deinde ſubſiſtere vt canes aliena ceruulorum veſtigia aut hinnulorum excipientes diuerſi ab illo ferantur. Viſus eſt aliquando ceruus in armentum bubulum irrumpere inſiliensq́ue in bouem prioribus cruribus armisq́ue complexum ad ſpatium longiuſculum velut equo vectus ac poſtremis tantùm vngulis terram radere, vt odorem ſui canibus incertum redderet. Fit aliquando vt à canibus prorſus ſe ſubducat relictaq́ue ſyluarum opacitate in campos curſu feratur, atque vbi ſe profligatum ac propè exagitatione enectum ſentit, ad vicos villasq́ue accedere ſolet, id quod non antè facere conſueuit, quàm omni ſpe cõfugiorum depoſita, ſic fit vt ſæpè canes veſtigia amittant, quod in campeſtribus proſciſsisq́ue locis ac noualibus veſtigia

Mira cerui impoſtura.

Vestigia in proscisso lo co nõ ita odorata, vt in syluis,

non sunt æquè odorata, atque in vepribus ac syluis, vbi & corporis crurumque contactus vestigia reddit redolentiora. Hic canum impetum languoremque cessantem, classico sylvestri recreari oportet. Estque sciti venatoris oculis vestigia contemplari atque hinc colligere fugę tramitem. Oportet autem venatorem canũ omnium & voces & mores intelligere. Quòd si repentinũ conticinium fiat, aut canes huc illucq; procurrant transuersè alia atq; alia vestigia legentes, hic celeuma requisitorium canere oportet, canesque in gradum legitimæ excursionis reponere. Exagitatus etiam riuos amnesque petere solet, vltimum salutis asylum. Id quod Homerus testatur de ceruo Vlyssi oblato apud Circes insulam, ὅς μοὶ ὑψικέρων ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὖτιν ἥκεν ὅμεν ποταμόν δεκατήκη. Idq; faciens siue vt traijciat, siue secundis vndis se committat, aut denique vt & siticulosum se æstuantemq; refrigeret. Quo cum venator festinus se propipiens imprimis considerat quo loco in riuum insilierit locumque, vel fronde vel alia re notare solet. Interim in flumine vrgetur lancinaturque siue in vlteriorem vel interiorem natauerit ripam canibus persequendis. Nam exæstuanti in riuo crura rigescũt, vt in cursum fiat debilior. Dum verò ad extre-

Celeuma requisitorium.

Ceruus flumen petit exagitatus

tremũ lassitudine adducta fera operiri cogitur illum atrocem collatrantium canum gregem certatim eam infestis morsibus impetentem, tum plerunq; circumuenta fera in obuium quemque vel canem vel hominem cornib. impetu fertur, nisi venabulo aut ferro aut balista feriatur. Nam aiunt citra ignominiam venatorij honoris ceruo cedere forti viro licere, at aprum inuadentem declinare probrosum esse. Nisi enim vel retibus implicitus, vel canum vi oppressus sit, ferro aut venabulo ceruum excipere nõ est tutum. Vbi autem strata iam & confossa fera, cauendum, vt antea dixi, ne vel cornu vel pede feriat, vtrunq; enim periculosum. Hinc sequitur catastrophe venatorij actus, & canum decurię sparsæ buccinis (communiter ab omnibus velut ἐπινίκιον accinentibus) conuocantur. Ipsaq; viscératio seu exenteratio in corona & venatorum & canũ εὖγε εὖγε allatrãtium continuatur. Varię hic sunt ceremoniæ in hoc venatorio sacrificio. Exenteratorem peritum esse oportet eorum rituum, vt simul & verbis huic sacrificio vsurpatis vtatur, & lanienam ferinam venatoria cum palestra exequatur, ceruũ consuetis ritibus deglubens, scitè membratim incidat, atq; vt ait Homerus, μίσυλλον τ' ἄρα τ' ἄλλα. Canib. debentur libamenta viscerum,

Ceruo cedere licet.

Viscerationis ceremoniæ.

rum, idque velut suo iure voce communiter gestientes postulant. Tergore detracto caput recisum numellario seu therelencho indicij præmium debetur. Nimirum vt capite rodendo fructum nauatæ operæ percipiat ante alios. In capite vermes aliquoties habere ceruos proditum, & nos ipsi vidimus mense Maio in Menapijs ceruum exenterari, cuius caput succisis cornibus apertoque cranio pollicaribus vermibus præter capita rubra albicantibus scatebat. Numellario igitur gratulabunda suisque verbis præbenda data, macte virtute illum esse acclamantibus venatoribus, mox reliquo venaticorum choro suas exenterationis offas suis ritibus præparant. Ad epulas cunctis classibus decurijsque canum vocatis venatores intra tergum ceruinum fragmina panum cruore & visceribus ferę cõcisa commixtaque proponuntur. Si quis strenuam operam nauarit, aut macie confectus huic seorsum portio è ceruice vel ex omaso attribuitur. Quæ cùm sic apparata, tum demum conuiuas ad epulum instructum cum ouantium consueta vociferatione admittunt. Nam antè quàm epularum apparatus expediatur coronæ gestientum epulonum ipsas epulas ante tempus captantes à venatoribus arcentur fustibus aut reti-

Mirum de vermibus in capite cerui.

retinentur loris. Inter caninum hoc epulum cornicines omnes veluti ad arma venaticum concinunt. Alijs in Gallia & Italia, alijs in Germania vtuntur cęremonijs & cornibus etiam buccinisque diuersis. De Aprorum venatione tu Philothere disseras.

PHILOTHERVS. Aprorum venatio hyberno tempore conuenit. Tum enim glandibus & fructibus maturis saginantur sues sylvestres, & ganeę accommodatiores sunt etiam domesticæ. Capiuntur trifariam, aut enim obseruatis volutabris, quibus se recreare solent, configuntur: volutabro arborem vicinam conscendit venator, aut aliam latebram quærit antequam ad volutandum accedat sus, (Nam id præsciri potest, plurimum sub vesperam) & volutantem sagitta traijcit. Atque hic modus impetendæ suis plus habet voluptatis & minus periculi. Alia capiendæ suis sylvestris ratio periculosior, cùm vel repertus ac prouocatus vel canibus agitatus aper venabulo petitur. Siquidem agitando efferatur & in quemuis obuium impetu fertur, maximè si appelles, Horsou, Horsou, mox petit, prouocantur. Quare qui eum operiri aut venabulo ferire velit, hunc vestigijs fortiter nisi & consistere oportet venabulo obiecto.

Aprorũ venatio triplex.

Spon-

Spontè enim & præceps proruit in venabulum obuersum. Certior ictus si sinistra parte pectus petas fortiterque nitenti consisten-
dum, ne cedat plaga facta. Et quia aper re-
ctè lacescentem petit nec percussus cessat sed plagæ ac cuspidi violenter incumben-
renititur, nisi venabulum quasi auriculas h-
beat quę cuspidem remorẽtur, fera ad ma-
num vsque ferientis contrà nitendo impel-
litur ipsumque configentem opprimet. Ve-
Venabulũ qualere q̃ ratur in sue figẽda. nabulorum igitur, quibus sues & alias co-
minus congredientes feras ferire volumus manubria atque hastilia è robusto duroqu-
ac firmo sint parata ligno, veluti fraxino au-
simili. Cui ferrum præfixum sit valde acuti & penetrabile maximè ipsa cuspide & vtra-
que acie, quas alas πτερύγας appellãt, ad ex-
tremitatem ferri vbi cum hastili committi-
tur, vel ipsum ferrum, vt auriculas habeat quas Græci κυνόδοντας appellant, ne fera ir-
cuspidem irruens ad ipsum ferientem per-
uenire possit. Quod si ferrum auriculas nõ habeat ad commissuram ferri hastili cornei
pessuli vel obices firmiter annecti solent,
ne vltra progredi possit fera eo vsque vul-
nerata, néue venabulum altius immergi
possit. Sic igitur consistere oportet eum
Apri feriẽ diratio. qui venabulo aprum excipit, vt telum sini-
stra dirigat, dextra vrgeat. Pedum positio

ma-

manus ſequatur leuus leuã, dexter detram. Venabulum obijciat lateri leua prætergrediẽdo non multò plus, quàm leuorſum regrediendo, feræ frontem capititisque motum obſeruans ſciteque venabulum figat, ne capite vibrato venabulũ excutiat. Quod ſi excuſſerit, mox venator pronus in terram procidat virgultisque humilioribus apprehenſis procumbat. Sic enim aper præ dentium ſurſum tendentium curuitate humi ſparſum figere difficulter poteſt, at ſi rectus conſiſtat, vulnerari neceſſe eſt. Quanquam fœminę ſues procumbentem etiamſi minus dentibus ferire queant, mordicus præhenſum pedibus conculcant. Quapropter neceſſe eſt vt ſocij venatoris adſint, & in hiſce anguſtijs comites liberent. Idq; fit ſi ſolum venabulum protẽderit alius: Nam ſic continuò priore deſerto in hunc irruit aper. Inde prior exiliens cum venabulo rurſum inuadat feram, ferrumque inter ſcapulas dirigat, qua parte iugulum eſt ſiniſtræ, fortiterque ad peſſulum, vt dictum eſt, vſq; imprimat. Qui niſi obſtet ad percutientis manum penetraret: Adeò furibunda ineſt vis beluæ, vt ea iam occiſa dentes præ feruore candentes pilos admotos exurant, viuentis etiam igneſcant, canumq; ferè ictum declinantium pilos incendant. Catuli facilius

ca-

capiuntur, si modò à matribus segregari queant, sed hi dum canes sentiunt in syluosa loca & dumeta se abdunt, matres sequũtur canes, acriusque pro suculis pugnant. Tertia venatio aprorum fit retibus, & temporis ventique ratione obseruata scenisqu factis ad eum, qui in ceruorum venation præscriptus est, modum. Retia in transitu saltuum constituuntur ad nemora, ad valles & cliuos. Insultus fiunt in agros, in paludes in loca vliginosa, & vbi pabulum reperiunt. Retia obseruantes venabulum ad manum habeant. Indagatores canes agunt, idoneo loca scrutantes, inuentasque feras in cassem adigunt. Hi qui ad retia sedent, venabuli accurrunt, vtunturque modo antè præscripto, si non adigatur impetu & canibus premiatur, venator canibus venabulo succurrit. Et quanquam viribus præstet, nimia tamen fatigatione fatiscit. Pereunt in hac venatione plurimi canes, neque venatores à periculo sunt liberi. Atq; hęc de aprorũ venatu: si lubet de Luporũ quoq; addam. LA. Imò & reliquarum noxiarũ ferarum. PHI.

Luporum venatio.

Luporum venatio vtilis, cùm propter dãna quæ inferunt pecoribus, tum propter pellẽs quæ hybernis temporibus idonea est pellicio. Capiuntur plurimùm cassibus & retibus præsertim hyeme, cùm propter niues

escam

eſcam à domeſticis petunt, æſtate in ſyluis denſioribus latitant, ferisq; victitant. Capiuntur & foueis factis, quæ ſarmentis virgultisq; ac ſtipula teguntur, oue vel anate vel anſere deſuper ſuſpenſis. Alij arcum intentum, proq; chorda acutiſsimum cultrũ habentem iuxta eſcam ponunt, ita vt dum eſca attingitur, arcu feriantur: alij laqueis ad eſcam poſitis capiunt. Vrſi & ſagittis & retibus intercipiuntur, alibi etiam foueis, vt de lupis dictum eſt. In Sarmatia ingentibus malleis ſuſpenſis affliguntur in arboribus, vbi apiaria petunt, vt de apibus dictum eſt. Nam malleos aſcenſum impedientes quò vehementius repellunt, hoc impetuoſius in eos recidunt. Sunt qui acutiſsimos cultros affigãt arboribus iuxta orificia apiariorum, quibus aſcenſuri ſeipſos conſcindant: alicubi furcis collo excipiunt: alibi venabulo transfigunt: alicubi venator armatus aggreditur vrſum cultro præacuto accinctus. Vrſus vbi hominem cernit, mox complectitur prioribus pedibus veluti brachijs cõprimendo necaturus. Interim venator tutus armatura cultro cor vrſi petit atque occidit. Sunt qui obſeruant arbores, quas conſcendere ſolent, pomis aut fructibus petendis. Siquidem humiliores arbores non deſcendit ſed conuolutus deſilit. Eo loco palos

Vrſorum venatio.

palos præacutos figunt, in quos præcipites ſe ipſe.

Leonum venatio.

Leones, vt tradit Xenophon, foſſa capiuntur ſuſpenſo agno, vt ſuprà de lupis dictum. Nonnulli quoque retibus implicantur, alij igne inuadunt: Nam cùm ignis intutum ſuſtinere non poſsit, vndique equites & pedites in beſtiam impetum faciunt, dextra ignem tenentes, atque leua ſcutum percutientes, ita turbatus leo in retia adigitur, vt auctor eſt Oppianus.

Pardus mas, Pardalis fœmina, vocatur & Pãthera, capitur vino, eodem Oppiano teſte.

Pardalis quomodo capiatur.

Pardales vt viuas capiant Mauri, putreſcentis carnis fruſtum iuxta ædificium è lapidibus in hoc conſtructum ex longo funiculo ſuſpendunt, deinde è virgultis atque arundinibus oſtium rara ſtructura imponũt, per eas vt fœtidæ carnis nidor emanet. Hũc odorem ſentientes etiam è longinquo eius deſiderio properè accurrunt, & cùm attigerint, laqueo qui ad prædictum funiculũ alligatus eſt callidè, vt dum eſca moueatur, feram comprehendat.

Tygrides quibus artibus capiantur.

Tygris maximè feræ naturæ velocitatisque mirandæ. Triplicem in vtraque maxilla dentium ſeriem habere, & aculeos in caudæ extremitate, quibus ſe cominus tueri,

tueri, & eminus eiaculari, tradit Pausanias. Eius fœtus quem numerosum producit, ab insidiatore dum mater cibo quærendo abest, rapitur equo imprimis pernici, alijsq; interim desultorijs mansionatim dispositis, in quos subinde transilire liceat. Vbi reuersa fœtu vacuum cubile reperit, fertur præceps odore vestigans raptorẽ. Appropinquanti abijcit vnum è catulis: tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor remeat, iterumque consequitur, & subinde, donec in nauem regresso prædatore irrita feritas sęquiat in littore.

Alces animal vulgus Eilendt vocat. Cæsar tradit capræ figuram crura sine nodis articulisque habere, neque quietis causa discumbere, neque si quo afflictæ casu ceciderint, erigere sese posse. Et quia arbores illis pro cubilibus ad quas se reclinantes quietem capiant, has è vestigijs vbi est animaduersum à venatoribus quo se recipere consueuerunt, omnes è loco à radicibus subruunt aut abscindunt, vt summa tantũ species earum stantium relinquatur. Huc cum se è consuetudine reclinarunt, infirmas arbores pondere affligunt, atque ipsæ vnà concidunt & capiuntur. Hæc Cæsar. Quem capiendi modum Diodorus Siculus de Elephantis prodit. Verùm in descri-

Alces & lephanti quib. modis capiantur.

ptione Alcis Plinius & Pausanias à Cæsar discrepant, siquidem Plinius scribit Alcen iumento simílem præter aurium & cerui cis proceritatem. Pausanias mediam formam illi tribuit inter ceruum & camelum quæ sanè discriptio propius ad Ellendas quas Germani vocant accedit, quàm Cęsaris pictura. Visum enim id animal nobi prorsus manſuetum principi nostro è Polonia missum, equi aut cerui maioris magnitudine, colore asinino, cruribus flexibilbus, equi asiníque pabulo ali solitum in stabulis. Pausanias addit solum Alcen ex animalibus inuestigando non reperiri, sed alias feras venando casu interdum capi, nam abdere se in conualles & speluncas solitudinis rarò in conspectum venire hominis hominemque è longinquo odorari.

Elephantos præter dictum modũ Diodorus Siculus commemorat ab Aethiopibus alijs insidijs capi.

Aelianus foueis tradit elephantos capi sed beluas facilè fraudem sentire, & in venatores conuerti. Quare tubarum clangoribus, armorumque concussione & ignem incendentes venatores & facib. in eos actatis terrent, atque in foucas adigunt. Nonnunquã incendunt syluas, vbi latitant, & cùm ignẽ sicut & leones metuant, non audent

audent progredi. Elephanti, dum cicurantur, panibus, hordeo, caricis, vuis, melle, allijs, cepis, item palma & hederarum fasciculis copiosè aluntur. Qua autem arte mãsuefaciãt, Aelianus docet. Nihil ex hac belua viscum, nisi promuscis & labra ac cornuum medulla. Simiæ duobus capiuntur modis, vt Strabo scribit, vnum cùm venatores eas in arborib. considere vident, catinũ aqua plenum in conspectu ponunt, oculos ex ea abluentes, posteà visco pro aqua posita recedunt, cùm autem hoc animal sit imitatiuum & mimicum, ex arbore descendit, & visco se illinens, palpebris illinitis occæcatur atque capitur. Alter capiendi modus calceis fit ad eundem modum, se calceantibus venatorib. relictis q; alijs pusillis & intus visco illitis, quos vbi imitatricis induruerint, facilè capiũtur. Vros memorat Cęsar magnitudine paulò infra elephãtos, specie, figura & colore subnigro & fusco, velocitateq; excelléti. Cornua quoq; tauri nis similia Solinus tradit, in quib. tãtum robur, vt hominem armatum cum equo vẽtilare Albertus prodit, neq; homini neq; feræ, quã p spexerint, parcere, hos studiosè foueis capi atq; interfici, eoq; exercitio iuuẽtutem Germanorum durari testatur Cęsar. Et q plurimos ex his interfecerũt, relatis in

Simiarũ capiẽdarũ modus.

Vri venatio.

publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed mansuescere ad homines ne paruulos quidem exceptos possent. Amplitudo cornuum & figura ac species multum à nostrorũ boum cornibus differt. Horum boum ingens copia hybernis temporibus in Polonia, Sarmaticisque regionibus reperitur, vbi ex arboribus eos sagittis configunt, aut ex equis velocitate præstãtibus, alijs alios subleuãtibus in persequendo. Bisonum venationem describit Pausanias in Phocicis. Inuenta fera venatores loco accliui in conualles demisso, primum sepe firma locum cingunt: Deinde illam, quę ex aduerso est in extremitate, planiciem tergoribus recẽter excoritatis sternunt: Sin corijs destituantur, pelles aridas addunt oleo lubricas factas. Inde qui equitando plurimum valent, bisones in eum locum propellunt, hi in primis statim tergoribus labẽtes per accliue deuoluũtur: Ibi fame aliquot diebus ferocia fracta, pascuntur pini baccis, atque sic tandem vinculis circumuenti capiũtur. Ibices & capræsyluestres vel capreæ ac rupicapræ appellantur, quas Plin. cornua in dorsum aduersa habere scribit, scandendo in scopulos persequuntur venatores, vt misisibilib. configant: Mira enim scandendi saliendique ex

Bisonum venatio.

Ibices quo pacto capiantur.

rupe

rupe vna in aliã arte pollet hæc fera. Et cùm non datur aliud effugium, ad rupẽ aliquam inacceſſam trãſiliens cornibus ſe ſuſpendit tantiſper, dum venator ſe aliò conferat: Habet enim cornua minora caprinis, non diſſimilia hœdorum cornib. ſed retrorſum incuruis, vt à tergo velut vncis ſe liberare poſsit, atque ſuſpenſam tenere. Plerunque autem ad ea præcipitia montium feram ſequuntur venatores ſcandendo, vt deſcenſus non detur, id quod Maximiliano Imperatori contigiſſe proditum, eiusque rei indicia non procul ab Oeniponte viſuntur.

Crocodilus.

Crocodilus, ἀμφίβιον, & terreſtre & aquaticum animal, oua pariens excludensque. Capitur, vt Herodotus ſcribit, hac arte: Venator primò tergum ſuillum hamo circundatum perfert in fluuium medium, ad crocrodilum alliciendum: Deinde in ripa fluminis porcellum quem viuum tenet verberat. Vocem hanc audiens Crocodilus accurrit, tergumque quo hamus tectus deuorat. Attractus ante omnia oculos venator cœno opplet, alioqui difficulter cohibiturus. Feras ſi necare ſtudes, cibo admiſceto tithymallum, ranunculum, aconita: ijs enim pharmacis vel necantur vel attonita capiuntur. Moleſtior fortaſsis vobis ſum prolixiore mea de feris capiendis com-

De viuarijs ferarum, hoc est, theriotrophijs.

memoratione. LA. Nequaquam: vnum restat de viuarijs ferarum. PHI. Viuaria ferarum cùm hoc tempore non sint rara, nobilium prætorijs ac prædijs, neq; nouum inuentum, de his pauca subijciam. Plinius tradit Fuluium Hirpinum, qui mox Lucullũ imitatorem habuerit, viuaria primùm vsurpasse, cùm tamen Cyrum & alios pleroſq; longè antè viuarijs ferarum vsos constet. Hodie quoq; in Italia, Galliaq́; & Germ. crebra visuntur, nusquam autem frequentiora, quàm in Anglia, vbi passim nobiles prętorijs habent adiuncta viuaria, quibus damæ, cerui, aliæque feræ septis clauduntur ad voluptatem. Feræ autem, quæ viuarijs idoneæ, potissimùm sunt lepores, cuniculi, damæ, sues, cerui, capreoli. Leones autem & vrsi, lupi, leopardi & rapacia truculẽtiaque animalia repagulis potius continẽtur. Conuenit autem proximũ ędificio vel prętorio habere clausum viuarium, idque vel muro vel fissilibus stipitib. perforatis (quibus ramices inseruntur per transuersa latera interuenientibus certis spatijs defixis) quasi vacerris clatrare, vel asseribus connexis claudere, quo minus exitus feris concedatur, vnde quoties libeat, feras quasi de cella promere liceat. Aquam in promptu esse conuenit, quæ si desit naturalis, ali-

unde

unde vel inducenda vel fossis procuranda, prout patrifamiliâs conducit. Maximè autem fons scatens desiderandus vel viuus, qui feris imprimis expetitur. Eligendus autem locus imprimis & gramine ac stirpibus arboribusque abundans & glandibus, pomisque syluestribus. Sunt enim eadem pecorum syluestrium pabula, quæ cicurum. Temporibus autem hybernis & pabulum denegantibus & quando partus edunt, succurrere clausis oportet fœno, & quidquid locus aut facultas præbet, paduli vice suppeditare. Minoribus, veluti lepusculis & cuniculis olera administranda. Iam tu Ornitheuta de tuo aucupio differas.

DE AVCVPIO.

ORNIT. Secundum venationis genus est auium & aeriorum animalium persecutio, quam græcè ἰξευτικὴν vel ὀρνιθιακὴν, Latinè aucupium vocamus. Est hoc studium præter alia principum atque heroum exercitia lõgè commendatissimum, omnibusque oblectãdi numeris instructissimũ siue ingenuitatẽ exercitij, seu voluptatis honestatem expendas. Siquidem hoc studio corpus moderatè lõgeq; expeditius labore ac periculo minore vegetatur. Ferarũ autem persecutiõe immodico labore p inuia dumeta, syluasq; impeditas venator lassitudine sæpè fractus fatiscit, aut in furibun-

dum aprum aut ceruum efferatum impulsus in vitæ discrimẽ conijcitur. Adde quòd hoc exercitium minore sumptu atque apparatu expetitur. Nam ferarum venatio, & canum omnis generis gregem requirit, & retia sumptuosa, vt taceam venatorum turbam qui canes ducant, vel insectentur ferã, vel qui ad retia desideat. Auceps verò ὀρνιθοθήρας vnus instructus aut reti aut visco aut deniq; accipitre suum exercitium exequitur. Est autem hoc studium ferè triplex, & & vel accipitrariũ quod auibus rapacibus, aut retibus & instrumẽtis, aut visco, hæc insidijs alijs exercetur. Accipitrarium autem & volatile aucupium veteribus non ita in vsu, vti nunc omnibus Principibus & heroibus est frequentatum, cùm alia venandi genera iam indeà diluuio vsurpata reperiantur, vt tam Hebræorum, quàm Græcorum & Latinorum literæ testantur. Budæus miratur hoc solum nõ fuisse in vsu, præsertim cùm Aristoteles tanta diligentia maximisq; ab Alexãdro suppeditatis sumptibus omnium animalium naturã descripserit, nusquã tamen accipitrarij aucupij meminerit. Plinius super Amphipolim scribit, Thraciæ populos atque accipitres societate quadam aucupari: hos quidẽ ex syluis & arundinetis excitare aues, illos superuolitantes deprimere.

Aucupiũ triplex.

Accipitrarium aucupium.

primere. Iulius quoque Firmicus, qui fuit Constantini temporibus Magni Constantini filij, mẽtionem facit huius aucupij. Indos Aelianus tradit coruos & miluos à pullis mansuetos reddere instituereq; ad venatum, vt suprà de leporum venatione dictũ. Hodie maximè vsurpatur & generosa exercitatio existimatur principibus & monarchis vsitata, vt quæ voluptatis plurimum habeat. Exercetur autem hoc aucupium volatile rapacibus auibus inedia vigilijsque domitis. Domantur in hunc vsum non solùm accipitrum falconum varia genera, verùm etiam vultures, corui, quibus nõ aues solùm, sed lepores etiam & cuniculos venẽtur. Videmus enim natura accipitres, miluos, coruos, innoxijs auibus insidiari. Accipitrarius autem auem rapacem gestat pugno insidentem, comitatusque cane vestigatore, qui vel perdices, coturnices, aliasque aues minore accipitrum genere persequatur, eque latebris excitet, vt auolare tentantes à prædatrice intercipiantur. Plerunque enim Perdices, coturnices, aliæque aues vbi hostẽ adesse senserint in sublime sese attollere non audent, sed in fruteta se abdentes malum canibus hominibusque quam iurato hosti in prædam venire. Maioribus venatricibus auibus lepores atque cuniculos

hoc modo capiunt. Aliæ emissæ circũuolitant tantisper, dum à canibus atque venatoribus excitetur præda, quã pernicitate instructæ diripiant, atque humi depressam conficiant. Aliæ non nisi volantem prædã impetunt, quam si impediti assequi non queant, circumuolitando in propinquo latitantem commonstrant, vt à venatoribus compræhendantur. Sunt & sublimipetæ, quæ ardeas, atque id genus auium trans nubes scandendo persequũtur, eousque, vt hominum conspectum euadant. Atque hi maximè sunt principibus in delicijs.

Sunt & sublimiuagi, qui neglecta interdũ præda cùm differenauit ad meridiẽ plerunque apricatione delectati in nubes licentius subuehi solent, & diu ex hominũ prospectu auferri, quasi quidam emansores. Quod prouidẽtes magistri accipitrarij, pretenso pugno reuocant aut receptui stentorea voce canunt, interim scapum oblongo loro iactantes rotantesq;. Quare cùm sublimiuagi longissimè & vltra famam in alienas regiones auolent, appẽduntur eis tintinabula cum orbiculis argenteis, quib. veluti indicib. insignia domini inscribuntur. Vndè sæpè à multis miliarib. capti agnitis insignibus ad dominos remittuntur. Accepimus à quodã Principis accipitrario, qui affirma-

affirmauit, cũ fortè circa matutinũ tempus in Menapijs aucupio vacaret, accipitrẽ vento abreptum, eodemque circa quartã pomeridianã in Prussia venationi volatili interueniſſe, atq; in præda captum, agnitoq; Principis ſigno, remiſſum, cũq, rogaretur quo tempore captus, cognitum eodem die quo auolarit interceptum fuiſſe. Accipitrũ genera plura memorãt ab Ariſt. quorũ plurib. in venatiõe aucuparia vtimur. Gall. vocãtur oiſeau de la proye. At modo rapiẽdi venãdiq; differũt: nã alij humi cõſidẽtẽ colũbam rapiunt, volantẽ nõ item, alij volantes impetũt. Inter hæc accipitrũ genera buteonem p̃cipuũ narrat Ariſto. Græcè τρί ορχις à numero teſtiũ dictus. Etſi Plin. etiã æſulonẽ vocet. Germanis videt eſſe Smerling, Gallis buyſart. Item falcones, Palumbarij, perces, niſus, Germa. Speruer, Gal. eſpreueer, quo in venãdis palũbis, ac perdicib. vtũtur. Fringillarius vel leuis accipiter Binumfalckle. Stellaris accipiter Blaufuſs, Pernices Gyrfalck. Accipiter ardealaris, Gal. faucon haerennier. E Creta afferuntur magni p̃cij, Scacurios vocãt Galli & Germani. Ex omni genere accipitrũ rapaciũ alij nidularij, qui ex nido rapti domi adoleuerũt. Galli vocant oiſeaux nies prins au nis. Hi vt obſequentiſsimi, ita non ſunt optimi: alij ſunt ramales, qui iã ferè adulti ni-

Accipitrũ genera.

nidum deferentes per ramos passim auolantes capiuntur: Gall. ramages, hi nidularijs præferuntur, nam pernicitate nidularios vincũt. Item peregrini, Gall. pelgrins qui vt sunt pernicitate commendabiles, ita negocio maiore curantur, vt qui ab infantia non obduruerint. Hi sunt duorum generum: Hornotini, vt Budæus annotauit præstantissimi putantur, id est, qui antè qui deplumescant, mãsuescũt: Anniculi, id est deplumes, item bimi, trimi, & deinceps ac obsequium redigi non possunt. Omnibus iam dictis generibus alij aliter vtuntur, alios vocantes campestres & perdicarios, leporarios, picarios, alios locustres & riuularios vocant, anatarios. Hi anates, ardeas, grues spectãda virtute è sublimi deturbãt. Ardea em̃ quoties imminere hostẽ cernit, sublimis fertur in auram, hac eã insequente, certatim sic nubes petunt, vt hominis sępe prospectum effugiant, tãtisper dum venatrix sublimior facta prædam inuolutam vnguibus in terrã mutuo rotatu deturbet, atque leporarijs aut venatoribus excipiatur. Industrias aliquando huiusmodi aues principes magno mercantur: siquidem constat quingentis aureis atque amplius regibus & principibus venditos. Domandi ratio præcipua, vt oculorum palpebris com-

Precium accipitrũ.

Domandi ratio.

commissis vel occlusis circuloque, cui insident agitato inedia longisque vigilijs fatigetur. Pòst alligatur funiculo, & esuriens primùm cominus & paulatim longius allicitur, donec assuescat, & ad vocem magistri liber auolans citra funiculum reuertatur. Accipitrarium oportet auem crebrò manu cheirotheca tecta insistétem deportare, & escam præbere, vt magistrum eiusque vocem cognoscere discat. Anniuersaria cura plumas in auiarijs amittunt, quod mutare vocant vulgò & à numero annorum, quoties deplumauerint, nomen accipiunt ferè. Ineunte autumno accipitrarij saginã auiarij medicamẽtis exinaniũt, rursusque ad prędam instituunt, media perdomitant, inditis in os stupeis turundis, vel bolis auiditatem eorum ludificantes, simul vt sic euocatis excremẽtis auidiores reddantur, ac fame excitatæ obsequentiores fiant. Hyeme etiam ad gelu sub dio algere vtile. Nonnulli si algeant, cõtinuò inhorrescũt & morte periclitantur reiecta ingluuie. In omni genere veterani difficilius extenuantur, & minus volucres, sed ad prædã solertiores, & minus obnoxij. Terram enim volatu stringentes deuolantẽ auem excipere nouerunt, aut angustis finibus latebrã eius circumscribere, ne venatores aberrent. Tyrones

rones vt veloces, hoc magis exſpãtiatur & aberrãt. Ramales atq; nidularij initiò ſun intenebroſis cõſtituendi, & vbi primùm a venatum, pduxeris, nõ ſubitò mittẽdi per dicibus capiendis: Quia ſi robuſtior præd ſe excutiat & vincatur, auis fit meticuloſi or, quin potius tyrocinium exerceat in co turnicibus & minoribus prædis rapiendis Aut ſi velis maiuſculas aues capere, acciſi alis auem grandiorem præbeas diripien dam. Eo exercitio fit audentior ad validio res etiã capiendas. In Martio & Aprili pro ijciẽdis veteribus plumis in caueam, auiari um in hoc factum mittitur diſpoſitũ ad pa rietem, alicubi loco aprico & meridianum ſolem excipiente. Interim paſcendi bona carne, veluti columbina, gallinacea. PHI LOT. De volatili accipitrum falconumq; venatione iam ſatis: perge ad reliquas par tes aucupij referendas. ORNI. Quando ſic videtur pergam, ac primùm de peculiariũ quarundam volucrum aucupio differam.

Aucupij ſe cundus modus.

Fulica quomodo capiatur.

Struthiocameli.

Fulica, inquit Ariſtoteles libr. 9. de nat. animal. capitur ſpuma. Appetunt enim eam auidius, quocirca ſpuma inſperſa eas venari in vſũ eſſe, carnem, earum probi odoris eſſe, excepta poſteriore parte. Struthiocameli, aues ceruorũ magnitudine, collo & capite oblõgis laterib. alatis, crurib. firmiſsimis, pedibus

pedibus fissis, propter molẽ corporis altius volare nõ possunt, at celeriter currũt. Hos arcu, vt Strabo testatur, venantur quidam, alij struthorũ pellibus tecti: nam dextram pelle colli operiunt, atq; eum sic mouent vti animalia collum, sinistra semen spargũt è pera desumptum, eo auem alliciunt in cõ ualles abigentes, vbi plures animal circum sistentes sternũt. Aelianus scribit cursu deficientem lassitudine comprehendi abequitibus. Diodorus Siculus alios quoque modos capiendorum struthiocamelorum tradit. Perdicum venatio varia est: Et hæc auis astutia valet, vt Aristoteles & alij posteriores prodiderunt. Nam cùm perdices & coturnices, quibus longè volandi facultas deest, terrestres, vt ait Plinius, potius, quàm sublimes sunt, nec altiuolæ, non nidis positis sicut aliæ aues, sed in aprico, in segetibus & vepretis oua edunt & incubant, vt accipitrum iniuriam vitare queant. Pullos fouent ducuntque gallinarum more. Cùm aliquis venando nidum accesserit, prouoluit sese perdix ante pedes venantis, veluti capiendi spem præbẽs, sicque venatorẽ abducit quousq; pullis effugiũ detur, pòst ipsa auolans prolẽ reuocat. Perdicum venatio vulgaris: aut fit accipitre, aut retium nassa veluti facco. Si accipitrem

De perdicibus, et coturnicibus capiendis.

trem & canem habeas vestigatorem, excu
ti ad volatum ab accipitre capiuntur: Si
autem conspexerint prædonem, antequ
excitentur, sese attollere non audent, se
procurrētes sese in vepreta aut segetes ab
dunt, ibique à canibus capiuntur. Alia ve
nandi ratio perdicum fit reti non lato se
longiusculo, atq; veluti brachijs extensc
quod in extrema parte nassam veluti sacc
habet. Auceps vel equum habet, iuxta qu
occultatur (nam equum non vitant) vel te
gumento vtitur in equi formam compos
to, aut rubro nigróue panno scuti inst
protegitur ante pectus, ne ipse conspici
tur ab auibus, perq; foramina ipsas specu
latur. Vbi conspexerit, paulatim progre
diens aues sensim & ipsas se agi patiētes
saccum retis cogit ingredi, atque sic cap

Coturnicū aucupiū.

Coturnix quia in segetibus habitat, auis e
ad Venerem vehementer prona, hæc fistu
la vocem fœminæ imitante inuitari sole
quum vbi audierit, cursu celeriorē se pro
pit eò, vnde vox illa exauditur. Ea igitu
via intermedia plaga extenditur, in qua
accurrendo vltro se conijcit. Ex Clearch
Solési Athenæus tradit, coturnices sub te
pus coitus, si quis laqueum ad speculum
regione posuerit, ad id, quod in speculo
paret, accurrētes in laqueum incidere. C

mun

muniter aues capiuntur varijs modis: alij tradunt allium coctum vt non renascatur obiectum auibus si deuorauerint sic stupere, vt manu capiantur. Laqueis retibusque capiuntur aues, & minores pantheris, hoc est, retibus saltabundis, quæ expanduntur super terram capiũtur. Cornices capi proditum, si nucem vomicam edant. Visco capiuntur aues illitis virgulis positisque eo loco, vbi vel ad escam, vel alia causa aduolare solent. Harum virgularum contactu implicatæ capiuntur. Figuntur virgulæ in arborum lateribus, nempe cerasorũ vitium, vel etiam syluestrium arborum alligata, vel in cauea apposita vlula, vel cantatricibus auiculis. Quibus cùm alliciantur vbi viscosas virgulas attigerint, capiuntur. Capiuntur & maiores aues virgis aut iusculis visco illitis, esca ad inuitandum apposita vel suspensa. Visco quoque illita virgula pedique sturni alligata, vbi gregem sturnorum aduolantium videris dimisso viscosis virgulis instructo, qui cum in turmam se ingerit, plures secum trahet captiuas. Hæc habui, quę de meo exercitio in medium conferrem. Iam ad te, Halieũ, redijt periodus.

Pantherõ retis genus

Tertius aucupij modus.

DE TERTIA VENATIONIS PARTE.

HALIEVS. DE piscinis villaticis & priuatis superius Piscinarius copiosè disseruit: Nos tertiam venationis speciem, nempe Piscationem & capiendorum piscium rationem, hoc est, ἁλιευτικὴν exequemur. Nam cùm humana solertia nihil intactum relinquat, siue in terra siue in aere atque aqua, & omnia hominis imperio præter superos subdita sint, vt suprà dictum, quantumuis immanes beluas tam aereas & marinas, quàm terrestres homo sibi subijcere suoque vsui seruire studuit. Siquidem non elephanti modò & leones parére cogũtur homini & auium examina, verùm etiã quæ pontus gignit formidolosa atque aspectu horrenda, cete, testudines, phocæ, hyenæ, canes marini, lamnæ, zygene, ipsis terrestribus horribiliora monstra, & quæ nationib. metuenda, tamen ab imbecilli piscatorum genere capiuntur. De piscatu pauci (quod equidem sciam) & apud Latinos & apud græcos scripserunt præter Oppianum, qui contractius, atque id solùm de capiendis piscibus marinis scripsit Aristot. Athenæus & Plinius de piscium natura quædam tradiderũt: De piscibus autem capiendis vel parum

rum admodum, vel nihil. Columella de piscinis & piscibus alendis scripta reliquit, & Aelianus sparsim nonnulla. Piscium vsus humano generi sicut & alia animalia concessus singulari Dei beneficio, cibum enim præbet vtilissimum & lautissimum. Multas gentes solis piscibus victitare. Nã Oritas & Arbias gẽtes Ichthiophagos esse, qui domicilia quoque è piscium ossibus faciunt, portas è costis, & è vertebris mortaria, teste Strabone. Item panem è piscibus ad solem tostis atque contusis addito pauxillo fermẽti. Principio piscatorem Oppianus sicut res ipsa docet, non minus quàm venatorẽ vigilantẽ, laboriosum, frigoris & æstus patientẽ esse vult, itẽ sagacem, vt piscium fraudes eludere queat. Instrumẽtis huic arti idoneis instructus sit piscator oportet, nẽpe retib. tritẽtib. fuscinis, hamis, nassis, atq; id genꝰ ad piscationem necessarijs, vt mox dicetur. Porrò tunc piscatio instituẽda, cùm pisces desiderio fœturæ loca tepida adeunt, tũ enim maximè capiũtur, vt Aristoles tradit, maximè sub solem oriẽtem, vel paulò pòst, quàm occiderit, tum enim maximè visus piscium fallitur. Hyeme vada petunt, alij in limum aut arenam, alij in scopulos se abdentes. Ad vernum tempus & æstate in sublime redeunt, cùm herbæ viresce re incipi-

Arbies Ichthiophagi.

Piscator qualis posstuletur.

Piscatio quãdo instituenda.

unt littoribus appropinquant. Pisces qui in mari degere solent prope fluuium aliquem aut lacũ, cùm partui sint vicini, è mari in lacus aut fluuios prodeunt, cùm quòd aquam à ventis tempestatibusque liberam amplexentur in partu, tũ ne beluis marinis fœtus exponant. Atque ideo in Pontũ Euxinum secedunt, qui ob id plurimis piscib. abundat, & quòd beluis marinis rapacibus non sit obnoxius. Verno tempore germinante terra, pisces quoque sicut aliæ ad coitum incitantur, & alij oua arenis petrisque atterunt, alij natando expellunt. Et cùm omnes reliqui semel, lupum bis, mullum ter parere tradunt. mares procedentes semen spargere, fœminas sequentes exorbendo excipere, neque aliter coire, etsi ex Herodoto tradat Aelianus, reprehensum tamen id ab alijs, nã coire omnino, sed alios aliter, idq; tanta celeritate, vt obseruari certi vix aliquid possit. Piscis fœmina coitus tempore marem sequitur, ventrem eius rostro pulsans, sub partu mares fœminam similiter, de qua re qui volet, legat Massarium in Plinium. Tempora piscationi accommoda autũno probãtur post solis occasum maximè prima nocte, nam tum pisces dormitant, & facibus lucentibus capiuntur quiescentes, bruma verò meridie, vere toto die,

Tempora piscationis.

to die, quòd tum ad fœtum euagentur, & in Venerem concitentur. Alij æstate capiuntur, alij hyeme. Nam hyppurum & coracinum hyeme non capi, sed tantùm æstiuis diebus, atque tum cancri fluuiatiles & trochæ commendabiliores. Pisces alij alijs locis delectantur: alij inter saxa, alij in arenis, alij in vluis herbidisque locis versantur. Explorandus ventus vt sit tranquillus, alienus à tempestate. Et sicut in terrestri venatione, sic in piscatu Noto spirante retia aduersus Boream, & contrà Borea flante in Notum trahenda. Euro spirante aduersus Zephyrum dirigēda retia, & contrà. Piscandi varij modi. Traditur cyclamini pharmaci subacti odore pisces veluti ebrios & infirmos reddi, adeò vt manu capiantur, atque ideo ichthiotherondici. Idē de hyosciamo proditum. Aelianus quatuor memorat piscandi genera, nempe reti, nassa, hamo, atque conto. Retium existimat vberiorem, sed supellectilem requirere variam. De his superius dictum in venatione. Cōseruantur autem retia piscatoria diutius, vt in venatione ferarum dictum. Nassarum vsum, quia insidiosus sit, ingenuum hominem minimè decere quidam opinantur. Hamo autem piscari libero homini magis decorum existimari. At quæ conto fit, eam esse strenuissi-

Pisces qui bus locis de lectenrtu.

Venti ratio.

Piscādi varij modi.

mam,& hominem requirere robustum,ad eam requiri perticam rectam oleaginam, & funes è sparto contextos,& tedas atque faces pineas ac resinosas: nauem paruam, & remiges validis brachijs. Proditum est tempore hyberno cùm Ister glacie constrictus sit, piscatores glaciem in orbem perfodere instar putei, huc cùm lucis desiderio pisces conueniunt,facilè capi, vt AElianus tradit. Item glacie secta securibus, verriculis pisces capi vulgare est. Alij calamis longis adnectunt setas equinas,alij hamis incuruis annexa esca, alij lina & funiculos contextos è nauibus iaciunt, alij multiplices hamos expediunt. Sũt qui nassis,atque his diuersis: Nam quædã ex saligneis virgis contextæ, non nullæ è linis constant. Alij plumatis funibus piscãtur,quemadmodum lepores in segetibus superius diximus venari. Quidam expedito vtuntur piscandi modo, perticæ alligãt rete,sacci in morem inferius clauso & angusto,superi⁹ patulo,eoq; imposita esca in aquã dimisso, subinde reducũt, captosq; pisces eximunt. Itẽ modus capiendi corbe, fiscellis,in stagnis riuisq; herbidis atq; vlua obnoxijs, vimineo cophino superius inferiusq; patẽte, eoq; subitò dimisso in vadũ, qui hoc modo cingũtur,cophino pisces capiuntur. Alicubi in riuulis ad faces noctu

pisces

piſces fuſcinis conficiunt. Crebrior piſcandi maximè in mari & fluminibus modus verriculis expeditur vel ſagenis. Retia ſunt hæc oblonga, & mediocriter lata, altrinſecus funibus alligata, ex vna parte plumbei globuli, ab altera ſuber annectitur. Atque hoc quidem lignum propter leuitatem in ſublimi aquã ſuſtinet eam partem retis, alteram cogit plumbum ſubſidere. Pars vna verriculi ſcaphæ imponitur, altera parte in ripa relicta nauiculaque in altum per gyrum ducta, ad ripam tãdem reuerſi totum rete ad littus retrahunt incluſis piſcibus. Plinius ait intereſſe capturæ ſi iteretur gurges. Et Ariſtoles teſtatur, ſi gurgitum ima ſæpius terantur, plures capi ſecundo iactu, quàm primo. Eſt & retis genus quod geminis perticis in mare mittitur, ſubitoque piſces comprehendit. Aliud in modum papilionis aut tentorij contextum rete inferius plumbatum, in ſublimi nodoſum. Eius caudam ſiniſtra tenet piſcator, dextra in altum iacit rete, idque ſubſidens, piſces, qui eo loci ſunt, cingit, & cùm retrahitur, claudit. Eadem aquatilia genera aliubi atque aliubi meliora. Littorales pelagicis meliores contendit Arſtoteles quippe qui cibo copioſiore melioreque potiantur. Lupi piſces in Tiberi amne in-

Verriculi vſus.

Qui piſces vbi meliores.

ter duos pontes, rhombus Rauennę, murę-
na in Sicilia, elops Rhodi, oſtreis ſaporem
optimum Lucrinis adiudicant quidā. Stu-
rio ad oſſia Rheni, ſiluri in Danubio & Mœ
no, ſalmones Rhenenſes commendabilio-
res: varij in montanis riuulis haleces, ſicut
& piſcis, qui induratur, ex Oceano Germa
nico commendabiliores. Cæterùm vt ſunt
piſces varij, varijq; piſcandi modi. Non oēs
etiam eſca capiuntur. Nonnulli priuſquam
appetant, odorantur. Ineſſe enim & audi-
tum & olfactum experientia compertū eſt.
Quoſdam & ſpeluncis latentes ſalſamento
illitis faucibus ſcopuli, piſcator expellit, ve
lut ſui cadaueris agnitionem fugientes.
Conueniuntque ex alto ad quoſdam odo-
res, vt ſepiam vſtam & polypum, & ob id
coguntur in naſſas, ſentinas nauium fu-
giunt, maximè piſcium ſanguinem. Nō po-
teſt petris auelli polypus, ſed cunila admo-
ta ab odore protinus reſilit, vt ait Plinius.
Aliqui pane ineſcantur & vocati adſunt, ſic
aſſueti paſci. Purpuræ & aliquot alij aqua-
tici fœtidis delectantur. Minores hamis mi
noribus, diſtētis etiam caprinis pellibus fæ-
pè capiuntur. Cete grandis belua. (Near-
chus vicinûm & ternûm paſſuū refert) ip-
ſis nauibus metuēda, in Heſperio mari plu-
rimum viſitur & Oceano, & tarda inceſ-
ſu. Eſt

Piſcibus et auditū & olfactum ineſſe.

Cete.

ſu. Eſt muſculus piſcis exiguus aſpectu ſed cauda longiuſcula, hic monſtrum ducit, illud verò ſequitur. Quare muſculo viuo cete rarò capitur, verùm duce capto non difficilè capitur belua & viæ & cõſilij expers, vtpote noctu caligans oculis. Cutode igitur capto apparet monſtrum eminentibus extra aquam pinnis. Piſcatores rudentes benè compactis nodis extendunt, qui ne abrodantur, catenis intexũtur per multos orbes. Ad hæc vtres ſpiritu diſtentos alligant, eosque in pelagus demittunt. In hamo inditur eſca, iecur aut armus taurinus, quem vno ictu deglutire queat. Mox præparatis ſecuribus & ingentibus gladijs adoriuntur monſtrum, ſed taciti, ne rumorem ſentiens in profundum deſcendat. Eſcam rapiens & deuorans capitur, funibusq; trahitur. Et nî vtres funibus annexos habeant piſcatores, vnà cum nauib. facilè mergeret immanis belua. Sed dum in vtres cedentes ſæuit, interim piſcatoris ictu confoditur, & in terram trahitur.

Muſculus piſcis.

Baſil. Hexaome.

Eiuſdem ferè magnitudinis Phyſeteres, qui efflationibus fluctum maximum & caliginem nauigantibus excitant, vt Strabo ſcribit.

Phyſeteres

Balena etiam vnco ferreo capitur, ſecuribusque excinditur. Balenæ ſubmerſuræ

Balena

naues, dolijs eiectis vel effuso castoreo ter rentur.

Balena, Orca, Cete, communiter vocãtur VValfisch.

Orca. Orcam tradunt balenæ infestam beluã: Capi inuitatione prædæ, dum saginã prosequitur in littus fluctibus propulsa, eminente dorso multo super aquas carinæ in modum inuersç, multiplicibus plagis confoditur, & mergi sæpè piscatores reflatu beluæ oppletos vnda, & quia os habet in fronte, ideoque summa vnda innatantes in sublime nimbos afflant. A Claudio Principe oppugnatam orcam in portu Ostiensi, quo profectus ipse cum prætorianis populo Romano spectaculum præbuisse proditum, lanceas congerente milite è nauigijs assultantibus, Plinius tradit.

Canes. Canes quia voraces, & piscantes perturbant, hamis occultatis in piscib. capiuntur.

Lamnæ. Lamnæ in remos sæuiunt, dentibus circulo iniecto capiuntur.

Phocæ. Phocę nõ hamis neq; tridẽte aut fuscina cùm duriore sint cute, sed retib. capiuntur.

Testudo marina Testudinem etiam inter cete numeratam, immensæ magnitudinis beluam Indico mari mitti, quarum superficie habitabiles casas integant, atq; rubro mari his nauigant cymbis, & piscatoribus obuiam infaustum

ſtam Oppianus putat. Capitur ſi inuertatur, & ſupina feratur, ſic facilè configitur. In primis eliciuntur antè, meridiano tempore blandiente euectæ, eminentes lato dorſo, per tranquilla fluentes. Quæ voluptas liberè ſpirandi in tantum fallit oblitas ſui, vt ſolis vapore ſiccato cortice non queãt mergi, inuitæque fluitent opportunæ venantiũ prædę. AElianus ſcribit caput eius abſciſſum diu viuere, & ſi manũ oculis admoueas, oculos claudere, & ſi propius admoueas mordere.

Delphinos capere religio eſt, ſiquidem hi piſcatoribus auxilio ſunt. Nam ad nomẽ Simonis vocati adeſſe ſolent, piſces ex imo fundo pellentes. Vnde ei partem prædæ dare conſueuerunt piſcatores, quam ſi negent, in poſterum eiſdem non adſunt in piſcando. Thraces ad Byzantiũ Delphinis non parcunt: & quia ab hominibus nõ metuunt, facilè capiuntur, maximè primũ nati. E quibus vno capto, mater facilè capitur, vt ſequatur, notosq; veluti ad ludũ literarium liberos educente parente, vt inquit Oppianus, ipſa ponè ἱππισχοπόϛ ſequitur. Ariſtoteles tradit retibus appręhẽſum breui tempore ſtrangulari, cũ ſpirandi facultas quã habet, adimatur. De Delphinorũ φιλανθρωπίᾳ multa paſsim legũtur, vt de *Delphinis.*

Ario-

Arione apud Herodotũ, & pueris adamatis, dorsoq; exceptis in mare vexisse atque reuexisse, vt est apud vtrunque Plinium, & Athenæum, & Oppianum. Notum est de Cærano Milesio, qui captum delphinum & necandum à piscatoribus redemit, postea naui, in qua Cęranus erat, mersa, ab eodem conseruatus, ac deinde mortuo in patria, atque in littus elato agmen Delphinorum apparuit non procul, tanquam funeri præsens & opem laturum.

Purpura. Purpuræ capiuntur post Canis ortum, aut ante vernum tempus: quoniam quando fœtificauêre, fluxos habent succos, & fœtidis delectari Plinius testatur. Oppianus tradit capi missis strombis piscibus aut ostreis in dẽsos calathos è vimine aut iunco cõplexos: purpura, linguã inserens ad escam, mox intumescentem detrahere nequit, atque sic capi. Alij purpuras capi paruulis rarisque veluti nassis in alto iactis, esca indita clusilibus & mordacibus cõchis, has semineces sed redditas mari auido hiatu reuiuiscentes appetunt purpuræ, porrectisque linguis infestant. At illæ aculeo extimulatæ, claudunt sese comprimuntque mordentia, ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur. Aqua dulci necantur.

Scarus

Scarus, inquit Aelianus, omnium piscium salacissimus, & cupiditate impotens in fœminam, quod cùm piscatores non ignorent, comprehensæ fœminæ summum os ad tenuem funiculum ex sparto confectũ alligant, eamque viuam per mare ad cubilia, vbi congregari consueuerunt, trahunt, nassæque in piscatoria nauicula os latè diductum paulatim demittitur in mare. Mares ad conspectum fœminæ libidinis furore certatim in eandem ferũtur. Interim qui fœminam deducit, rectà ad nassam tẽdens cumque fœmina in nassam trahitur maresque gregatim cum fœmina capiuntur. *Scarus.*

Cephalus, piscis cœnosus, amniũ quàm turbidorum amans, vt Pausanias in Messenijs testatur. Retibus capitur, nam summis natat vndis. *Cephalus.*

Orcinus, cetaceus piscis mirè sagax, cùm enim hamum, quo capi solet, deglutierit, mox in profundum se dimittit ad petram aut solum allidens, hamum expellere cupiens, quod si minus licet, vulnus dilatat, atque exiliendo expuit. Sæpe tamen id non succedens capitur. *Orcinus.*

Apuæ verriculis tenui filo contextis capiuntur, inutiles alioqui pisces ob exilitatem, ad aliorum piscium capturam solùm vsurpati. *Apuæ.*

Ostrea,

Ostrea. Ostrea, conchæ & carabi, locustas Theodorus vertit, capiuntur vel verriculis vel maris reciprocatione in littora prouecta.

Carabi.

Locusta.

Thunni. Thunni & porci marini, quos Strabone pelamides appellare volunt, easq; in Mæotide gigni, vnde gregatim erumpentes per angustos maris sinus ad Bizantium plurima eorundem venatio, adeò vt manibus intercipiantur. Capiuntur retibus. Est autem eorum captura à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum. Celtas, Ligures & Massilienses in gentib. hamis capere eos prodit Aelianus. Reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus. Thunnos iuxta Hispaniam glande saginari scribit Strabo.

Herring. *Haleces.* Haleces, alij arengas vocant, Iouius existimat veteribus apuas dici: Sunt qui è menarum genere esse tradant, vnde menidium per diminutionem dictum. Capiuntur circa Augustum mensem in mari Septentrionali supra Angliam ac Scotiam. Piscatores è Batauis & Morinis maritimis ciuitatibus soluunt nauib. in hoc paratis, quas buschas vocant, cõmeatũ menstruũ viginti aut triginta hominib. sufficiẽtem vna cũ retib. & instrumentis necessarijs assumunt. Retibus vtuntur denis aut duodenis vlnis longis & quatuor latis, inferiori fune grandi & robusto munito, horũque retium plura simul nectunt,

Arenga.

nectunt, in feriore parte propter funis pondus desidẽte, & superiore ꝓpter annexum suber natãte. Vesperi sub crepusculũ eiectis linis, haleces vltrò in retia se conijciũt, brãchasq; inserũt, piscatores ad stadia aliquot prouehuntur, vbi sentiũt põdus, mox trochleis retia extrahunt propter ingentẽ copiam, tantumq; pondus, ꝙ citra hæc adminicula educere nõ queant: nam aliquoties vltra centenas tinas capiunt. Cauent, vt opus conficiant noctu, nam statim ad auroram elabuntur haleces. Periculosa est piscatio, nam rarò diu supersunt piscatores. Aiũt aliquoties vnã mulierẽ quinq; aut sex maritos vno anno succedentes amittere.

Piscis induratus mari Septentrionali circa insulam Thule capitur in maximis rigoribus. qui exiccatus, fustib. malleisq; rursum mollitur. E genere Asellarũ creditur. Alij merlucã esse volũt. Capitur (vtaiunt) retib. Stockfisch.

Spongiam animal esse docent Plinius & Oppianus, quod cruorem habeat inhærentem. Aliqui narrant etiam auditu vehi eas, contrahiq; ad sonum exprimentes abundantiam humoris, nec auelli petris posse, nisi rescindantur. Captura autem eorũ periculosa: Nam piscator edoctus spiritum continere, à socijs ilia cinctus, atque siniſtra plumbum gerens, dextera falcem *Spongiæ*

ore

cem, ore oleum, atque ita ad maris vadum demissis funibus, oleum ore diffundit, vnde aqua lucet perinde atque flamma noctu. Spongiæ affixæ virentibus petris falce resecantur, mox sanies effluit, oriturq; fœtor hominem sępè enecans, & resectis spõgijs subitò emergit, sæpè laceratus si nõ totus deuoratur à beluis marinis, Oppiano teste. Quare obseruant spongiatores, anthiæ pisces vbi sint, illic nullas esse beluas marinas ostendit Aristoteles.

Anthias. Anthias piscis est apud Chelidonias insulas & Asiæ scopulos frequens, celeriter capitur, vno genere, paruo nauigio & concolori veste, eademque hora per aliquot dies continuos piscator enauigat certo spatio, escamque proijcit. Primum timetur fraus, pòst consuetudine inuitatus vnus anthias escam appetit. Is aliquot dies inescatus velut conciliator innumeros adducit, & prior es illi piscatorem agnoscentes escam è manibus sumunt. Tum piscator paulum vltra digitos in esca mittit hamum, & singulos inuolat verius, quàm capit, interim parcẽs conciliatori, cauensque ne palpatio aut sonus cæteros abigat. Sunt qui tradant anthias captos miserabilem mortem lugere non aliter, quã homines qui in latrones incidũt.

Sargus. Sargus, quia caprarũ amator, ad earum vmbram

vmbram vel earum pellibus facilè capitur. Quare extremis littorum marginib. & scopulis collocant capras vel simulacra earũ ad capturam. Quanquam etiam nassis capiũtur myrto lauroq; annexis, vt Oppianꝰ testatur, Nosse eos artes, quib. os captos eripiant. Captus hamo lina abrodit. Nassa clausso socio in caput natans caudam præbet, qua prehensa ore se extrahit.

Capitones.

Capitones, Cephali, Schelfisch, Italis Capitelli, Gallis Egerfin appellãtur, (alij è mugilum genere esse arbitrantur.) Capiuntur maximè hyeme, & reciprocatiõe maris littore siccato fodiuntur foueæ, in quib. plerunq; remanent recedente mari. Aliud tamen genus arbitror, cuius Aelianus meminit in Achaico sinu frequens, quos ille perinde atq; scaros ob libidinis incõtinentiã fœmina captiua ꝑ mare tracta capi tradit. Scribit Arist. capitonem algore oculis deficere, offa panis quoq; capi & terrę intestinis maritimis hamis affixis.

Mugiles.

Mugiles celeritatis sũt acerrimę, ita vt retia transiliãt, quare cautiõe opꝰ in captãdo.

Sepia.

Sepia tridẽte capitur, sed percussę fœminę auxiliantur, attñ fœmina capta mare fugit. Vbi ambo se sentiũt appẽhendi effuso atramẽto, qꝑ, ꝑ sãguine ipsis est, abscõdũtur.

Torpedo.

Torpedo dextrã piscatoris torpere of-

ficit vt hamum excidere manu cogat, contactu vires adimit, atque ea fraude pisces languentes deuorat. Quod si quis liquorem Cyrenaicum teneat, nihil torporis sentire traditur ab Aeliano.

Anthicon captura. Anthieorum captura iuxta Corycium, vbi gregatim ad pastum accurrũt, iteratoque pastu cicures ac familiariores reddun tur, deiecto autem lapillo defugiũt in profundũ ac vadũ. Interim vnũ capiens piscator, & sic deinceps alium, esca è labrace vel viuo vel mortuo parata Oppiano authore.

Callichus. Orcymus. Cãtharus. Carabus. Polypus. Callichus, Orcymus, Cantharus, Carabus, Polypus, nassis capiuntur, esca igne tosta iniectaq; nassę, cuius nidore capiuntur.

Chalcides Chalcides, Trachuri capiuntur piscibus impositis nassæ.

Triglæ. Triglæ illuuie delectantur, maximè humano corpore suum instar, de quibus plura Oppianus.

Pecten. Passer piscis planus, pecten: Capitur reciprocãte mari in altum nauiculis euectis, retibusque emissis, idque plurimum circa mare Britannicum in Morinis, capti in sole & ventis exiccantur suspensi.

Polypus oliuæ rami amore capitur.

Polypus, Hippurus. Hippurus gaudet laceratarum nauium tabulis, horum loco fasciculis arundineis subligato lapide & pòst hamo misso capiuntur

untur canis viſceribus & inteſtinis immiſſis hamis.

Aphiæ gregatim procedunt lade, vt naò- uis in eas tanquam in rupem impingens ſiſtere cogatur, ſed ſecuri cæduntur *Aphiæ.*

De fluuiatilium piſcatione.

Inter fluuiatiles generoſiſsimus lupus, q & lucius atq; labrax à Græcis dicitur, licet nõ ignorẽ alios aliũ appellare piſcẽ. Rheno ac ꝓpinquis fluuijs & hamo & retib. capitur. Hamo captus, niſi ꝓperè adſis, dolore vulneris cõtẽpto, laxat hamũ ac refugit. *Lupus.*

Salar qui Auſonio ſtellatus tergora guttis, alius varius, Aeliano troctam dici quidam putarunt, licet eius deſcriptio nõ videatur conuenire ſalari vel trutæ harũ regionũ & fluuiatili: cum ipſe inter marinas, referat & hamo captum ſolum è piſcibus ſe abſtrahere ex hamo, q̃ cùm piſcatores intelligant, lõgiores anſas machinantur. Carpo Italis exiſtimatur eſſe qui in Benaco capitur, troctarũ ſaporẽ referẽs, niſi quod hic rubris, ille nigris maculis diſtinguatur, vt Iouius ſcribit, tãetſi Salar vel truta in amnibus circa Rhenum & Moſam, cæteriſque Germaniæ riuulis alij nigris, alij rubris diſtinguantur punctis. Theodorus iuniorem ſalmonẽ exiſtimat ſed falsò: nã etſi hi quoq; punctis maculentur, in Rheno alijsq; fluuijs tamẽ reperiũtur, maximè in ſuperiore *Salar.* *Carpo.* *Truta.*

Germania circa Brisacum & alia loca pleraq;,non aũt in riuulis, truta aũt Rheno & magnis fluminib.non capitur,sed saxatilib. riuis gaudet hic piscis,licet viuarijs etiã cõtineatur aliquoties. Capiuntur vel manib. in cauernas riuorũ cõpulsi,nã latibula quęrit sub erosis ripis arborũ radicib.vestitis.Alicubi nassis,retibusq;,nonnunquã fuscina ad nocturnas faces figitur. Est & truta vel

Trocta. trocta marina, Veneti nomẽ seruãt.Fũduli, pisciculi saxatiles,partim manib. sub petris latitantes capiuntur, partim minutis retib.

Capitones fluuiatiles Capitones quoq; riuulorũ saxatiliũ pisculi quibus boithi & coiti assimiles tradũt quidam ad eundem modum sub lapidibus occultantur, manibusq; lapidę cincto leniterq; sublato comprehenduntur.

Alburni. Alburni,& *ipsi* fluuiatiles hamo capiuntur, maximè verno tẽpore, hamo alligato esca lumbricorũ, qui à rore nomẽ habent.

Gobij. Gobij,nõ solũ in fluuijs, vt Athesi & plerisq; regionis Tridentinæ fluuijs, rerũ etiã mari capiuntur & lacubus: nã & in Lario & Verbano aluntur laudati maximi ppter iecinoris gratiã.Itali vocant Capitoni,Græcè κώβιοι Arist.Non multum fundulis dissimiles,qui Rheno capiuntur & vicinis amnibus,nempe hamo & verriculo.

Carpio. Carpio & fluuialis & marinus, sunt qui cypri-

cyprinum aut cyprianū vocitent, delectatur limosis vadis, capitur reti & hamo atq; nassa. Sed rete fallit caput limo cōdens, vt rete apprehendere non queat. Est & carpio Benaci, qui alias varius nigris maculis, de quo antè dictum. *Cyprinus.*

Perca, spinis armatus, vr Athenæus testatur, capitur reti & nassa. Est & marinus eiusdem generis piscis. *Perca.*

Cancri fluuiatiles, vel sub petris vel in cauernis latitantes capiūtur. Obseruare autē oportet an aqua in cauernis tepida ne sit calida, si calida facilius bufonē, quā cancrum reperies, frigidis aūt aquarū cauernis cancer latitat, apprehenditur dorsone, chelis comprehendat stringatq́; capientem. *Cancri.*

Anguillæ capiuntur nassis impositis intestinis aut alijs escis. Nonnunquam & fuscinis in limo demersæ figuntur. Aelianus tradit anguillas in pado capi intestinis ouillis trium aut quatuor cubitorū longitudine atque alteram extremitatē intestini piscatorem in fluuium deijcere, quæ verticibus volutatur, alterā manu tenere atque huic parti arundinis frustū ad digiti aut amplius longitudinē inserit. Mox cum anguilla escā rapuit deglutitq́;, piscator arundinē inflat, cnde intestinum intumescēs anguillæ fauces opplet, anhelitumq; obstruit, vt neq́; *Anguillæ.*

ſpirare, neq; infixos dentes detrahere anguilla queat, atque ſic ſuffocatam capi.

Murenæ. Murenæ fluuiatiles naſsis capiuntur, & nonnunquam retibus.

Lampetræ. Eodem modo & Lampetræ, muſtellæ veteribus dictæ.

Mona. Mona, mullum aliqui vocant, & ipſe riuis gaudens, Rhenoque frequens, retibus capitur & hamis atque naſsis. In riuulis & fuſcina ad faces nocturnas.

Tinca Tinca Italis, aliqui merulam, alij turdũ, alij colyphum exiſtimant dictam. Capitur retibus & naſsis atque hamo, maximè verno æſtiuoq; tempore magis, quàm hyberno, paludibus & ſtagnis piloq; gaudet. Eſt & marini generis Praſinus, quem preſſum vocant, capitur retibus & hamo toto ferè anni tempore, autumno commendatior.

Praſinus.

Barbatus. Mugil, quem barbatum appellant, capitur fluminibus Germaniæ, & reti & hamo atque naſsis.

Thymallus Thymallus, Eſchium vocant, contemptus piſcis & vilis, ad eundem modum capitur. Alium referunt in Ticino Italiæ degere, mira odoris fragrantia, vt Aelianus ſcribit.

Salmo. Salmo, nobiliſsimus & carnoſus piſcis, Germanię fluminibus peculiaris, naſsis plurimum amplis in flumen miſsis alligatiſque

qúe prælongis vimineis funibus capitur, idqúe frequentius decreſcente flumine, Fauonijs flantibus, à bruma vſq; in æſtatem. Inde Laſſus vocatur. Cùm incipit parere, ſcandit petricoſa & ſcabroſa loca petens.

Sturio, ſunt qui Silurum putant, alij delphinum fluuiatilem: at neutrum horũ eſſe veriſimile: nam ſiluro dentes aſsignat Ariſtoteles, & delphino, Sturio dentib. caret, tantùm foramen habet rotundum, nõ amplum oris loco. Maximus fluuiorum piſcis eſt, mari Oceano aberrãs. Rheno plurimũ ad oſtia eius fluuij aliquando altius aſcendit. Capitur retibus. Proditum eſt ſilurum à Myſis in Iſtro capi admotis ad ripã bobus aut equis, illisqúe iugatis allegari hamũ validum aſſo tauri pulmone inſtructũ, eumqúe cum eſca in flumen deijci. Silurus gratiſsimam eſcam appetens, hamum incautè deuorat, & dum infixum elidere non poteſt, piſcator ſentiens funem exagitari, boues equosúe inſtigat tanquam arator, atq; ſic prædam extrahit. Silurũ Plinius in Mœno & Danubio fluuijs reperiri, eumqúe eſſe, quam vulgus vocat Germanica lingua Ein huſe, quanquam Marionem hunc vocent alij.

Sturio.

Silurus.

INDEX RERVM AC VERBORVM LOCVPLETISSIMVS, QVAE IN HOC libro explicantur.

A.

Abies 334. 344
Ablaqueatio vitium. 268
acer arbor 350
acernæ mensæ. 351
acerui cortorum terra fimo maceratorum. 62
acetaria. 158.
acetosa. 185
acetum è pomis. 289
acetum è pyris. 292
accipitrariũ aucupiũ. 682
accipitrum domandorum ratio. 687
genera varia. 685
precium magnum. 686
Actæonis apologus. 629
adorcum. 94
Africæ fertilitas. 69
Ager noualis quid. 73
qui vna ratione conseri possit, & qui iterãdus 76
restibilis. 73
scamnatus. 75
strigatus. ibid.
Aglaus Apollinis oraculo cur felix iudicatus. 21
agnorum educatio. 442
agricolæ candor. 53
agricolæ fortunati. 21
agricolis Imperatores orti 16
agricultura artium aliarũ nutrix. 18
agricultura consanguinea sapientiæ. ibid.
agriculturæ canõ antiquis. 94
agriculturæ nobilitas. 18
agriculturæ vetustas. 14
agriculturã Deo placere. 19
agriculturam non esse sordidam. 20
agrifolium. 350
agri frumentarij cum vinea collatio. 144
agri mercandi cautio. 150
agrorum gradus. 54
ἀκρόδρυα. 306
ala aratri. 66
alburni pisces. 710. (371
alces quomodo capiantur.
Alica. 63

alliũ

allium. 197
alnus. 334. & 347
amaranthus. 214
amygdalæ nuces. 306
anates è fructibus arborum vbi naſcantur. 523
anethum. 187
aniſum. 186
angelica. 222
anguilla. 711
anſerarij conſtitutio. 517
anſerinorũ ouorum excluſio. 517
anſerum partus. ibid.
anſerum ſaginandorum ratio. 519
anthias piſcis. 706
anthieon captura. 708
apes alueis nouis delectantur. 572
apes amiſſæ quomodo reparentur. 587
apes cicures. 559
apes cõparãdę è vicinia. 558
apes comparandæ quæ, & qua conſideratione. 557
apes conglomeratæ pendẽtes quid denotent. 573
apes è iuuenco quomodo procreentur. 588
apes è longinquo quomodo transferendæ. 559
apes excitentur quibus. 577
apes feræ. 559
apes fumo è ſpecu expellũtur. 561
apes Muſarũ volucres Varroni dictæ. 551
apes optimæ quæ. 557
apes plantis quibus gaudeant. 564
apes plantis quibus offendantur. 565
apes profligatæ quo pacto reuiuiſcant. 586
apes quo tẽpore lateãt. 568
apes ſi fœtibus non ſtudeãt quomodo curandæ. 591
apes ſylueſtres quomodo captentur. 559
apes tempeſtatis ſunt præ-nunciæ. 553
apes incubare. 584
aphiæ piſces. 709
apiaria hyeme nõ mouenda. 596
apiaria in arborib. vbi. 566
apiaria quomodo curanda. 594
apiarium ſub oculis Domini conſtitutum eſſe debere. 563
apibus aqua perrennis neceſſaria. ibid.
apibus cura per totum annũ neceſſaria. 593
apibus crabones inſideantur. 596
apib. echo inimica. 562. 593
apib. papilionũ infeſtorũ perimendorũ modus. 595
apibus quę noceãt. 562. 592

apibus quæ prosint. 562
apibus sámera nociua. 590
apibus tithymallus pernicioſa. ibid.
apibus vallis quàm editior locus commodior. 562
apium siue selinum. 186
apluda. 102
apothecæ. 38
apuæ pisces. 703
apri feriendi ratio. 687
apum abortus. 585
apum ægritudinum curatio. 590
apum ætas. 586
apum aluearia quando purganda. 594
apum aluei. 565
apum aluei angusta foramina habere debent. 567
apum alueis hyberno tempore auiculę exēteratę includendæ. 597
apum alueorum tineæ. 595
apum alueolo ad paucitatē redacto, quomodo paucitas suppleatur. 582
apum benè valentiū indicia. 589
apum blapsogonię curatio. 591
apū castigatio cessantiū. 555
apum castrandarum ferramenta. 575
apum castratio vel vindemia. 574
apum castratione vnde fumus excitandus. 576
apum cibus. 569
apum diuina mens. 551
apum distributio operū. 553
apum examina Maio augeri. 594
apū examinandi tēpus. ibi.
apum excluſio. 585
apum excubiæ. 552
apum fauorum eximendorum tempora. 575 & 594
apum fauorū figuratio. 577
apum fauus. 554
apum fœtus quo tempore peragatur. 585
apum fucus. 556. & 574
apum fuga quibus cohibeatur. 571
apum fugæ futuræ indicia varia. 570
apum fugæ subitaneę signa & remedia. 572
apum fur. 556
apum genera. ibid.
apum generatio. 583
apum incubatio. 585
apum industria. 550
apum inuestigandarū modi. 666
apum hyberna cura & pabula. 570. & 597
apum iracundia quibus cohibeatur. 577
apum matres. 557
apum messes duæ. 578

apum morbi & præſeruatio. 590
apum operandi initiũ. 568
apum operis morbi. 592
apum operis ordo. 568
apum operis vocabula. 555
apum phagedænæ curatio. 591
apum quies. 552
apum rege ſeneſcente quid agendum. 574
apum reges plures in vno alueo. 573
apum reges vbi requirendi. ibidem.
apum regia. 552.
apum regimen. ibi.
apum regiorum pullorum ſedes. 583
apum regis forma. 557. 573
apum reſpublica. 551
apum rex ne fugiat quomodo efficiendum. 574
apum ſoboles propaganda 586.
apum ſtatio quomodo cõſtituenda. 561
apum tranſlatio pabuli gratia quomodo fiat. 588
aquæ in villa habẽdę ratio. 151
aquarum tubis materia cõueniens. 352
aquifolium. 350
Aquilonares arborum partes muſco obduci. 348
arandi tempora. 69
aratra & eorum partes. 66.
Arbies Ichthiophagi. 693
arbor boni & mali cur à Deo condita. 228
arbor frangi ſe denuncians 350.
arbor omnib. horis pomifera. 300
arbor ſapiãtiſſima quæ. 301
arbores materiæ magis idoneæ. 344
arbores ne à vermibus infeſtẽtur varia remedia. 286
arbores p̃properę nõ putantur ferre fructum durabilem. 318
arbores quãdo prẹgnantes. 341
arbores quãdo purgãdę. 321
arbores ſemine tardius proueniunt. 305
arbores ſemp virentes. 229
arbores tõſuræ idoneę. 339
arboris transferendæ pars meridiana notanda. 249
arborũ ablaqueatio. 321
arborum adeps. 355
arborum aduerſus nebulas remedium. 323
arborum ægrotarum remedia. ibid.
arborum caduca ferẽtium remedium. 322
arborum caro. 356
arborum cortex & eius vſus

vſus. 355
arborum cura. 316
arborum cutis. 555
arborum inſigne donũ. 227
arborum fructiferarũ partitio. 229
arborum fructus vt citius maturent. 322
arborum furtim cæſarum lex. 340
arborum interlucatio. 321
arborum interualla. 319
arborum marcor ſiue caries. 355
arborum nouellarũ putandarum ratio. 322
arborum ordo quicũcialis. 227
arborum ordo ſcacatus & alueolatus. ibid.
arborum oſſa. 356
arborum plantandarum & inſitionum genera. 234
arborum pulpa. 356
arborum ſanguis. 355
arborum ſcarificatio. 321
arborum ſeminarium. 237
arborum ſpecies. 229
arborum ſtercoratio. 319
arborum ſtillicidia. 233. 319. & 320.
arborum ſympathia, 232. & 317
arborum tranſplantandarum modus. 321
arborum venę. 356
arborum vermes coſſi. ibid.
arborum vmbrarum ratio. 233. 319. & 320.
arbuſtum. 261
arcturi occaſus. 441
arcturi ortus. 596
arengæ. 704
arietes quales comparandi. 436
ariſtæ. 84
armaracia. 191
armeniaca. 315
armenta. 365
aruncus Plinio quid. 456
aruum ſiue aruus. 73
aſinæ partus. 404
aſini admiſſarij educatio. 407 (505
aſini claudicantis remedia.
aſini precium. 403
aſini vſus. 402
aſparagus. 175
atriplex. 184
aucupium triplex. 682
auenacea meſſis. 133
auiaria quibus præſidijs aduerſus hoſtes muniẽda. 538
aulicorũ ſplẽdida miſeria. 20
auulſione, & ſtolonib. quæ plantentur. 317

B.

BAlena. 699
Bannales tauri & verres. 418
Barbatus. 712

Basilica. 212
beatus quis. 23
berg horrei genus. 40
bericoca. 315
beta. 187
Betonica siue Vettonica. 216
betulla. 333. & 347.
bisonum venatio. 678
bisontes. 434
bobus emendis stipulatio vsurpata. 413
borago. 199
boues quib. saginẽtur. 422
boues quomodo emẽdi. 414
bouis forma. ibid.
bromos. 99
bruscum. 351
bubilia. 423
bubuli armenti pabulũ. 411
bubuli pecoris claudicationis curatio. 431
bubuli pecoris cruditatis curatio. 428.
bubuli pecoris cane rabido morsi curatio 433
bubuli pecoris coriaginis curatio ibid.
bubuli pecoris febris indicia, & eius curatio. 430.
bubuli pecoris neruorum doloris curatio. 438
bubuli pecoris præsepia. 424
bubuli pecoris pedum subtritorum curatio. 433
bubuli pecoris sanguinis, p. fluuij curatio. 434
bubuli pecoris sanitatis cura. 425
bubuli pecoris scabiei cura. 433
bubuli pecoris suppurationis cura. 438
bubuli pecoris tali læsi curatio. ibid
bubuli pecoris vngulæ læsæ curatio. ibid.
bubulo pecore aquãdo. 422
bubulo pecori pascendo loca idonea. 423
buglossum. 199
buxus. 348

C.

Cactus. 208
Calcis in stercorando agro vsus. 64
callichus. 708
cameli Arabici. 409
cameli Bactriani. ibid.
cameli partus. 401
camelopardalis. 411
camelorum coitus auersus. 401
camelũ è sue concipere. ibi.
canes albanici. 641
canes Anglici. ibid.
canes Britannici. 641
canes Emissarij. 640
canes Hispanici. ibid.

canes Laconici. 641
canes Leporarij. ibi.
canes Noruegici. ibid.
canes Numellarij. 640
canes venatici Syllogiſmo vtuntur. 650
cancri. 711
candelę ex arboribus. 357
Caniculæ exortus. 596
canis marinus. 700
canis œcurus & villaticus qualis eſſe debeat. 486
canis pecuarius qualis quęrendus 487
canis rabidi ſigna. 494
cannabea meſſis. 132
cannabis. 127
canterium quid. 245
cantharus piſcis. 708
canum ætas. 489
canum caudæ præcidendæ ratio. 491
canum cibus. ibid.
canum color. 488
canum genera. 435
canum genus conſiderandum. 489
canum immẽſa precia ibid.
canum morbi & cura. 493
canum nomina. 492
canum partus. 490
canũ venaticorũ color. 639
canum venaticorum educatio. 642
canum venaticorum forma. 639
capitones. 707
caprarum ætas vnde colligenda. 458.
caprarum emptionis ſtipulatio. 456
caprarum morbi eorumq; curatio. 459
caprarum mores & ſolertia. 458
capras auribus ſpiritum ducere. 456
capras gregatim potius, q̃ particulatim emẽdas. 456
capras morbo eſſe obnoxias. ibid.
capreoli. 654
caprile quale eſſe debeat. 459
carabi. 704
carabus. 708
carbones flammæ reſiſtentes. 355
carbones iuniperi. ibid.
carduus ſatiuus. 207
cariophili. 215
carota. 193
carpio. 711
carpo. 709
caſei Parmenſes. 193
caſeos nõ fieri ex animantib. quæ plures, q̃ quaternas mammas habeãt. 465
caſtanea. 278
caſtimoniale. 293
Catonis de paſtione reſponſum. 363

Catonis oraculum. 48
catuli generosi indicia. 487
caules cabuti. 182
caulis crispus. ibid
caulis sessilis. ibid.
cedrus. 349
cerasa vt sine ossibus nascã. tur. 311
cerasorum genera. 312
cerasus. 311
ceruorum venatio. 655
ceruorum partus. 656
ceruorum ætas. 657
cerui cornua quando abij. ciant. ibid.
cineris stercoratio. 65
cicercula. 113
cicer. 212
citrea malus. 298
citrea poma. 299
citreæ serendæ ratio. ibid.
citreola siue citrula. ibid.
clerus quid. 585
coagulum. 463
cœli ratio in horti loco de. ligendo. 168
cœli ratio in terræ tempe. ratura. 58
cœli status in seminãdis plã tis considerandus. 173
colecynthis. 207
colonorum mutatio noxia. 153
colonorum ratio. ibid.
coloſtra. 462
columbarij extructio. 534
Colũbarijs accipiter arcẽdꝰ & eiꝰ capiendi modi. 537.
columbarum cibus. 536
columbarum genera. 531
columbarum hoſtes. 538
columbarum precia. 530
columbinorum pullorum ſaginandorũ ratio. 533
commiſſuris & coagmẽta. tionib. idonea materia. 352
comoſis. 555
cõſiligo, & eiꝰ vſus. 222. 401
cordum fœni genus. 148
coriandrum. 186.
cornus arbor. 303
corruda. 175
corylus. 278
cotonea malus. 293
cotonea quomodo legenda 294.
cotonea quomodo ſeruan. da. ibid
coturnices. 542
coturnicũ aucupium. 670
crambe. 182
cratire. 72
cremor Celſo quid. 462.
Creſini Furij agricolę dili. gentię exemplum. 149
crocodilus quomodo capi. atur. 679
crocus. 208
cucumer vel cucumis. 203
cucumeres grandiores. 204
cucurbitæ. ibid.
cucuſſæ. 205

equinorum vitiorum morborumq; curatio. 396
equi oculi. 372
equi os. 371
equi pectus. ibid.
equi pedes. 370
equi pedum cura. 395
equi rheuma qua ratione curetur. 399
equis aqua conueniens. 392
equi scabiei & serpiginis curatio. 901
equis cognationis sensum ineſſe. 381
equi spina. 372
equi stenachoriasis siue syncope (Germanicè Viuel) quomodo curanda. 398
equi venter. 373
equi ventris dolorum remedia. 399
equi virę tempus. 378
equo exercitium vtile. 393
equorum admiſſuræ tempora idonea. 378
equorum aquandorum ratio. 391
equorum caſtratio. 385
equorum fricatio. 387
equorum labore peracto cura. 390
equorum lupini dentes abradendi. ibid.
equorum pabulum. 387
equorum purgatio. 388
equorum remedia generalia. 401
equorum ſtabula. 385
equorum tegumenta. 394
equos minus lædi portando, quàm trahendo. 385
equo volutatio vtilis. 394
equus admiſſarius qualis eſſe debeat. 376
equus incaleſcens non aquandus. 304
equus mas vt generetur. 380
equus quibus vitium prodat. 396
equus quomodo contemplandus. 370
erithace. 556
eruum. 209
eſculetum. 329
eſculus. 345
eunuchion. 181

F.

FAba. 106
fabacearum palearum vſus. 267
fabalia. 107
faginetum. 329
fagus. 347
familiæ cura. 46
familiæ valetudinis cura. 47
far quid. 94
Fauonij ſpirantis tempus. 541
fertilitas quarundam regionum. 59

festis quæ exercenda. 40
ficedulæ. 541
ficus. 348
fœniculum. 186
fœni parandi ratio. 147
fœni secandi modi. ibid.
fœni secandi tempora. ibid
fœnum græcum. 116
fomentorum ratio. 438
fraxinetum. 333
fraxinus. 347
frit. 85. & 88
fruges miscellaneæ. 205
fruges victui magis necessariæ. 83
frugum genera. 76
frugum, quibus vescimur, nomina ignorari. 85
fruilia. 110
frumenta æstiua. 98
frumenta hyberna præstantiora. 85
frumentũ quindecim diebus in vaginis esse, totidem florere, totidemq; maturum exarescere. 131
fulica quomodo capiatur. 962
funeta. 262. & 273

G.

GAllæ. 331. 357
gallinacij mares quales deligendi. 499
gallinaceorũ castratio. 510
gallinaceorum pullorũm excluſio citra excubationem. 502
gallinaceorum pullorum morbi & curatio. 507
gallinę quales comparandæ ad fœturam. 498
gallinæ quot diebus excludant. 503
gallinarij constitutio. 513
gallinarum delectus in seruando. 508
gallinarum incubationis tempus. 500
gallinarum pascendarum cura. 514
gallinarum saginandarum modus. 509
gallinis puluerem suppeditandum. 515
gallinis quæ oua supponenda. 501
gallinis quomodo excubãdi cupiditas inhibeatur. 501
gallus gallinaceus quot fœminis iungendus. 500
gallus pœnitentiæ concionator. 499
ganzæ 520
genicula tritici. 87
geniculum surculi. 238.
Germanorum villæ. 25
glandiferæ siluæ. 318
glandis appellatio quid cõtineat. 331

glandium discrimina. 330
glandium vsus. 357
glastum. 128
gluma. 85
glycyrrhiza. 201
gobij. 710
granaria. 138
granatum pomum quare sic dicatur. 297
granatis omnibus idem aci norum numerus. 298

H.

HAleces Hering. 704
Hararum constitutio. 473
helenium. 223
Heluetiorum pastores. 483
herbæ annuæ. 174
herbæ regetminantes. ibid.
herbæ Voluptuariæ & Coronariæ. 213
herba optima pascuis. 146
Hercules quo gloriam meritus. 632
Hesiodus in Bœotia scripsit 83
hilum quid. 208
hinnuli veteribus qui. 406
hippomanes. 380
hippurus piscis. 709
horda quid. 413
hordei hyberni messis. 131
hordeum. 90
horrea pensilia. 137
horrei positio. 136
horreorum frumentariorũ genera. 42
hortensium satio. 170
horti distinctio. 159
horti situs. 160
hortis quę terra idonea. 167
horti stercorandi pastinandiq; ratio. 169
hortorum cultura. 168
hortorum cultura vetustissima 156
hortus altera succidia. 157
hortus aqua destitutus quo pacto fodiendus. 161
hortus neglectus nequam matrifamiliâs indiciũ. 157.
hortus quando rigandus. 162
Hyperboreorum terræ fertilitas. 69
hypogea. 38
hyssopus. 212

I.

IBices siue capræ syluestres quomodo capiãtur. 676
ilex. 345
ilicetum. 329
Imperatores ex agricolis orti. 116
Imperatores ex armentarijs orti. 364

impe-

imperij domestici moderatio. 48
inserendi modus. 237
inserendi tempus. ibid.
insitionis nouus modus. 243
insitionum genera. 234
insitio surculi inuersi. 240
instrumenta rustica. 34
intergerinus paries. 38
interlunium siue silens Luna. 541
internodia surculorum annorum numerum produnt. 237
intubum vel intubus. 181
Italia cur pomariũ dicta. 69
Italiæ nomen vnde. 412
iterare agrum quid. 72
iuglandis vsus. 350
iuglans casus sui prænuncia. ibid.
iumenta, & vnde dicta. 365 & 362
iumentorum in arando iungendorum ratio. 67
iuniperus. 340

K.

Κερκὶς. 335

L.

LAc nigrum. 461
lac quo pacto probetur an purum. 462
lactis cura. 460
lactis discrimina. ibid.
lactis serum. 464
lactuca. 178
Lactucinorum familia vnde. 158
laminis materia idonea. 352
lamnæ pisces. 700
lampetræ. 712
lanę præstantissimæ. 451
lapathium. 185
larix. 345
lauanda. 213
lauendula. ibid
laurix animal mirè fecũdũ. 654
laurus. 305
leges Rei Rusticæ passim ex autoribus collectæ. 589 & deinceps vsq; ad num. 629
legumenta. 117
legumina. 77
lens siue lenticula. 111
leonum venatio. 672
lepores Indi quomodo venentur. 652
leporis retibus capiendi ratio 651
leporis superfœtatio. 648
leporis venatus. 646
libri nomenclatura. 348
ligna dolabilia. 343
ligna durabilia. ibid.
ligna fissilia. ibid.
ligna flexibilia. 523

ligna glutinũ non ferentia. 343
ligna pondus sustinẽtia. 353
ligna quæque ad quam materiam idonea. 342
ligna secari facilia. 343
lilium. 220
linum. 125
lira quid. 75
lirare. 75. & 81
lobe. 103
locusta piscis. 704
lomentum quid. 208
Lunę ratio in serendo. 174
Lunę ratio in stercore. 63
Luna silens. 541
lupinus. 114
luporum venatio. 689
lupus piscis. 709
Libica citrus. 298

M

MAiales porci. 475
maiorana. 213
mala carpẽdua. 284
mala Distelina. 285
mala Paradisiaca. ibid.
mala Passipoma. ibid.
mala Postellana. ibid.
mala Rabaudica. ibid.
malicorium. 298
mali quomodo cõserendæ. 278.
malleolus. 261
malope. 199
malorum genera. 284
malus Assyria mirè fertilis. ibid.
malua. 198
manna. 569
materia idonea ędificijs. 351
materia idonea aratris. 353
materia idonea aquarum tubis. 352
materia idonea arcub. 354
materia idonea assyrib. 354
materia idonea axibus. 353.
materia idonea capulis. ibi.
materia idonea carbonib. 354
materia idonea foribus. ibi.
materia idonea hastis. ibid.
materia idonea igni excipiendo. 354
materia idonea laminis. 352
materia idonea mensis. 353
materia idonea nauib. 351
materia idonea scãdulis. 352
materia idona scutis. ibid.
materia idonea terebrarũ vaginis. 353
materia idonea trochleis. ibid.
materia idonea vectib. ibid.
Madica malus. 298
μῆλα aurea hesperidum quid. 364
mel ἄνθινον. 578
melca. 466
mel ericæum. 580
mellationis cura. 576
mellationis modus. 578

melli exprimendo instrumē ta necessaria. 580
mellis genera. 580
mellis ratio 579
mellum Varroni quid. 489
melones. 20
melopepones. ibi.
mel optimum. 569. & 580
melquibus corrūpatur. 581
menta. 211
mergus. 261.
merluca Stockfisch. 705
mespilus. 295
metendi varij modi. 133
midæ. 208
milium. 201
mina quid significet. 438
molluscum. 351
mona. 712
mōs quomodo aretur. 69
morus 301
morus arborum sapientiss. sima. ibid.
mularum color. 407
mulas alicubi parere. 406
murenæ. 712
mures quomodo capiendi vel necandi. 226
musci in pratis enecandi va rij modi. 144
musculus piscis. 703
mutica quid. 84
myrtides. 215
myrtus. 214
Mythridatis venandi studi. um. 634
myxa. 314

N.

Napi. 192
nasturtium 188
naues è quibus arbo. ribus fiant. 344
nouare agrum quid. 72
nuces 306
nymphæ. 585

O.

Occatio. 80
Oœnanthe. 216
offringere terrā. 72
olea. 276. & 350
oleæ durabilitas. 352
oleæ inserendæ tempus. 281
oleę maturitatis indicia. ibi.
olearum plantarium 278
oleaster. 350
olei ætas. 282
oliuantium lex. ibid.
olyra. 88
omelysis. 466
onagri. 403
oporothecarū institutio. 38
œstri. 594
orca piscis. 704
ordinis commoditas. 36
ortygometra. 542
oryza. 204
ostrea. 704
ostreruam viuaria. 548
oua exclusioni destinanda quomodo sint exploranda. 504
oua quomodo aduers toni trua sint

sint munienda. 504
oues Musica delectari. 447
oues paucas easq; benè pascendas. 449
oues qua ætate ac forma comparandę. 435
oues quæ procul à stabulis pascuntur. 449
oues quãdo cõparandę. 439
oues sale reficiuntur. 444
oues spicas legere nõ conuenit. 447
oues tectæ. 444. & 450.
ouis deglutita hirudine cura. 455
ouis pulmonarię cura. 454
ouis tussientis cura. 454
ouiũ admissurę tẽpus. 441
ouiũ alẽdarũ numerus. 439
ouiũ caudæ miræ magnitudinis. 436
ouium crura fracta quomodo curanda. 454
ouium delectus quotannis habendus. 452
ouium difficulter spirantiũ remedium. 454
ouium febricitantiũ remedia. 453
ouium fœcunditas. 441
ouium genera. 435
ouiũ incolumitatis cõseruã dę cõmune remediũ. 453
ouiũ intertriginis cura. 454
ouium mentigine correptarum cura. 454
ouium pabulum. 444
ouium partus tempus. 441
ouiũ pascendarũ cura. 446
ouium scabies, eiusq; curandæ modi. 452
ouium stabula. 448
ouiũ tonsuræ tempora. 450
ouorum delectus quis habẽdus, vt vel mas vel fœmina producatur. 405
ouorum discrimina. 511

P.

PAbula iumentorũ. 119
palma. 316
palmes fructuarius. 262
palmes pampinarius. ibid.
palmitum genera. ibid.
panicum. 103
pantherõ rethis genus. 691
papauer. 189
pardalis quomodo capiatur. 672
pastionis pecuariæ cum agricultura societas. 360.
pastinaca. 193
pastinum. 75
pastorum cum principibus similitudo. 365
pastorũ in pascẽdo cura. 447
pastoritiæ antiquitas & dignitas. 363
patrẽfamiliâs vendacẽ magis q̃ emacẽ esse debere. 12
patresfamiliâs veteris rei rusticæ. 51
Patriachæ pastores. 363.

patrisfamilriâs in Re Rusti-
ca tēporisdiſpēſatio. 6
phaſeolus. 110
pecorum ægrorum com-
munia remedia. 427
pecudum appellatione qd
veniat. 366
pecten piſcis. 708
pectines è fagis. 356
pecuniæ & peculei vocabu
la vnde. 362
pepones vnde dicti. 203
perca. 711
perdices. 689
pernica. 208
perſica malus. 298
perſici caro in amygdali nu
cleo vt proueniat 235
peſtilētia pecori vnde. 426
petroſelinum. 186
picea. 310. & 334.
pimpinella, 212
pinus. 310.& 334.
piſcandi varij modi. 695
piſcatio quando inſtituen-
da. 693
piſcator qualis poſtuletur
ibid.
piſces cœnoſis locis gaudē
tes. 549
piſces ſaxatiles. 548
piſcibus & auditum & olfa-
ctum ineſſe. 698
piſcinæ loculatæ. 549
piſcinarum genera. 544
piſcinarū optimus ſitus. ibi.
piſcium viuaria, 545
piſſoceros. 555
piſtacea. 304
pix. 357
plantæ maledictis ſatæ me-
lius prouenientes. 178
plantæ furtis gandent. ibi.
plantandi tempus. 23
plantando Luna obſeruā-
da. 233
plantādorū maceratio. 246
plantando temporis ratio
habenda. 233
plantarum diſtinctio. 170
plantationis & ſerendi va-
rij modi diuerſorum ſe
minum. 246
plantis ſeminandis cœli ſta
tus conſiderandus, 173
platanus. 347
polypus. 708
poma quando matura iudī
centur. 287
pomorum ſeminarium. 285
pomum vnde dictum. 283
populetum. 335
populi vſus. 345
populus alba. 335
populus nigra. ibi.
porca ruſticis quid. 75
porcelli delici antiquis di-
cti. 474
procelli nefrendes. ibid.
procelli 30. vno partu editi.
472
porci ægrotantis ſigna. 476

porci grandinosi cura. 479
porci sani indicium. 476
porcorũ admissuræ, & partus tempora. 471
porcorum anginæ & strumarum cura. 476
porcorum astratio 475
porcorum emendorum stipulatio. 409
porcorum febricitantium cura. 476
porcorum greges. 467
porcorum morbi & remedia. 477
porcorũ nauseãtiũ cura. 477
porcorum pulmonaria laborantium cura. 478
porcorũ splenis vitij remedia. ibid.
porcorum veternosi & ignoti morbi remediũ. 477
porcos bucciniæ sono colligi. 471
porrum. 194
portulaca. 199
præcoqua. 315
prætorium. 31
prata nouella quomodo facienda. 145
prata vnde dicta. 141
pratorum ratio. 142
prasinus piscis. 712
propolis. 555
proscindere terram. 72
prunorum genera. 314
prunus. 313
ptisana. 63
pulli fumarij. 513
pumiliones gallinæ. 498
punica malus. 296
purpuræ. 706
putei fodiendi ratio. 161
pyra qua ratione rubra producantur. 235
pyri serendæ plantandæq; ratio. 289
pyrorum genera. 291
pyrorum seruandorũ ratio. 292
pyrus. 289

Q.

Quercti plãtatio. 328
quercus. ibid.
quercus miræ magnitudinis. 329
quercuum vsus. 344

R.

Radiculæ vsus. 427
rapa. 192
rapacea messis. 131
rapacium. 95
rapi mira magnitudo. 97
rapi radix. ibid.
rapum. 95
raphani insignis magnitudo. 190
raphani radix. ibid.
raphanus. 189
rapunculus. 192
recocta quid. 466
Rei Rusticæ encomium. 4
remedia aduersus culices. 125

reme-

remedia aduerſus curculiones. 139
remedia aduerſ9 erucas. 224
Rempublicam quæ conſeruent. 2
reſex. 261
reſina. 357
ribes 201
rhodocina. 314
roboris vſus. 344
roburetum. 336
robus. 85
Romulus inter paſtores educatus. 364
roſa. 217.
roſæ incarnatæ. 228. & 210.
roſę Prouinciales ibid.
roſarum ſemina. ibid.
roſmarinus. 210
rubus Idęus. 200
rumex. 185
runcare. 72
Ruſticæ diligentiæ memorabile exemplum. 149
Ruſticationis difficultas. 44
ruta. 178

S.

Sabina 223
ſalar piſcis 709
ſalices viminales. 336
ſaliceta. 335
ſalicis vſus. 345
ſalicum genera. 336
ſalmo. 713
ſaluia. 211
ſamara. 332
ſambucus. 348
ſandaraca. 556
ſarculatio. 81
ſarmenta, quæ & vnde ſumenda. 263
ſarmenta quomodo ſeruentur. ibid.
ſarmenti longitudo. 265
ſarmentorum plãtatio. 262
ſarrire quid. 72
ſcamnum agricolis quid. 75
ſcarus piſcis. 707
ſcadones. 484
ſcroſæ ætas. 468
ſecale. 88
ſecaulia. 172
ſelinotis. 182
ſemina æſtiua. 82
ſemina hyberna. 81
ſemina quæ celerius tardiusúe erumpant. 173
ſemina quæ cui ſolo conueniant. 79
ſemina quæ eligenda. 77
ſeminariorũ tranſlatio. 248
ſeminum ratio. 172
ſepes ſtructilis. 163
ſepes viua ſtructili præfertur. 164
ſepia. 707
ſæpis viuæ extruendæ varij modi. 165. 166
ſerendi ratio. 78
ſerendi tempus. 81
ſeſaminum oleum. 205
ſeſamum. 204

ſiliginea meſſis. 132
ſiligo. 88
ſiligo tritici delitiæ 85
ſilurus. 713
ſimiarum capiendarum modi. 765
ſinapi. 189
ſiſer. 193
ſiſimbrium. 189
ſolaria herba- 198
Solitudinis vſus. 2.
ſorbus. 296
ſpelta. 63
ſpinacia. 184
ſpongia. 175
ſpuria. 124
ſtatuæ ſudantes vnde fiant. 349
ſtercorum genera. 65
ſtercus recens pratis conueniens. 63
ſtercus vetus ſegetibus vtiliſs. ibid.
ſtercus vitibus idoneũ. 267
ſterquilinium. 40
ſtruthiocameli. 786
ſtrobilus 207. & 310
ſturio piſcis. 713
ſuber. 351
ſuberetum. 329
ſuccinum. 358
ſulcorum ducendorum ratio. 67
ſurculi quomodo diutius ſeruentur. 240
ſus quatuor mẽſes fœta. 471
ſyluæ cædendæ tẽpora. 340
ſyluæ cęduæ. 338
ſyluæ cæduæ diſtinctio. 339
ſyluæ glandiferę. 328
ſyluarum cura apud Romanos Conſulibus demandata. 325
ſylueſtrium arborum fructus. 357
ſyueſtrium arborum ſeminarium. 372

T.

TAbulatum frumentarium. 38
talparum necandarũ, fugandarum & capiẽdarum modi. 125
taura. 413
tauri bannales, 418
tauri forma. 415
terræ bonæ notæ. 57
terræ denſæ indicium. 257
teræ raræ ſignum. ibid.
terra inferior ieiunior. 68
teſtudo marina. 700
thaſiæ. 306
Theſeus qua re laudem cõſecutus. 631
thunni. 704
thymallus. 712
thymbra. 212
tilia. 347
tinca. 712
tinnunculus. 538
torpedo piſcis. 707
triglæ. 708

triticea messis 132
tritici foliorum & granorũ mira magnitudo. 88
tritici genera 85
tritici satio 86
triticum & vitis eodem tempore florent. 87
triticum faginum 99
trocta 710
truta 709
tuber 351
turdi 540
tygrides quibus artibus capiantur 692

V

VAccæ ætas 415
vaccæ forma ibid.
vaccæ partus 417
valuuli 208
velleris Aurei significatio 164
venatici canes 639
venatiõis studium vetus & laudabile. 631
venatoriæ leges 634
venatoria hasta. 639
venatoris conditio 637
venatorius culter 639
veneris noxa 456
veratrum 222
vergiliarum occasus 81
vernix 358
verticillum 238
veruactum 73
veruactũ crudũ quomodo deprehendatur 69
vicinitatis ratio. 26
villę ædificandæ ratio. 23
villæ Germanorum. 25
villæ positio. 26
villæ situs. 24
villica. 50
villici ætas. 45
villici instituẽdi modus. ibi.
vindemia. 275
vineæ expedita cultura. 253
vineæ lapidum ratio. 257
vineæ pampinatio. 273
vineæ pedandæ ratio. 272
vineæ primis plantator. 17
vineæ prouentus vberrimꝰ. 251
vinea serò Germanis coli cœpta. 254
vinum è pomis. 289
vinum è pyris. 292
viscus quomodo conficiatur. 358
vites cameratæ. 255
vites characatæ 254
vites compluuiatæ. 255
vites iugatæ. ibid.
vites maritatæ. 261
vites mixtas non esse plantandas. 264
vites pedatæ. 254
vites quam cœli regionem spectare debeant. 258
vites qualem à consitione curam desiderent. 266
vites quomodo stercorandę ibidem.

viti arbores, amicæ, & inimicæ. 255
vitib. dies decretorius. 252
vitis conſerendæ tempus. 299
vitis inſerendæ ratio. 260
vitis inuentio. 251
vitis quando floreat. 273
vitis ſeminarium. 262
vitulorum caſtratio. 419
viuaria piſcium. 545
viuarijs qui piſces alantur. 548
viuariorum ſeminaria. 549
viuiradicum plãtatio. 262
viuiradix. 260
vlmi vſus. 345
vrbanum ædificium. 52
vrſi quomodo à melle arceantur. 592
vrſorum venatio. 689
vruncus. 88
vſtionis cura. 438
vuæ maturæ indicia. 275
vuas ſeruandi ratio. 276
vulpium venatio. 652

Y

Ὑδροφοβία. 494
Ὑπνέμιον ὸ ὸν. 512

Z.

ZEa. 62
zephyria oua. 512
zithum. 91
zizyphus. 303
zuccæ. 205

DE VEN-

DE VENTORVM RATIONE EX CAII PLINII Secundi naturalis historiæ, Libro XVIII.

Ventorum paulò scopulosior obseruatio, Solis ortu quocunque libeat die stantibus hora diei sexta, sic vt ortum eum à sinistro humero habeant. Contra mediam faciẽ meridies: à vertice septentrio erit, qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Circumagi deinde melius est: vt vmbram suã quisque cernat: alioquin post hominem erit. Ergo permatutis lateribus, vt ortus illius diei à dextro humero fiat occasus à sinistro: tunc erit hora sexta cùm minima, vmbra cõtra medium fiat hominem. Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam verbi gratia pedum 20. cõueniet: mediãq; mensuram, hoc est in 10. pede circumscribi circulo paruo: qui vocetur vmbilicus. Quæ pars fuerit à vertice vmbræ, hæc erit ventus septentrionalis. Illo tibi putator arborũ plagæ ne spectent, néue arbusta vineæ úe nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto. Illinc flãte, ne arato quæq; alia p̃cipimus. Quæ pars lineæ fuerit à pedib. vmbræ meridiẽ spectãs, hæc ventũ Austrũ dabit: quẽ à Græcis Nothũ diximus vocari. Illinc flatu veniente, materiã vine-

vineamq; agricola ne tractes. Humidus aut æstuosus Italiæ est. Africæ quidem incendia cum serenitate affert. In hunc Italiæ palmites spectent: sed non plagæ arborum vitium úe. Hunc oliueti metator Vergilarum quatriduo. Hunc caueat insitor calamis: gemmisque inoculator. De ipsa regionis eius hora præmonuisse conueniet. Fronde medio die arborator ne cædito.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Viduam Ioannis Birckmanni.
ANNO M. D. LXXIII.

D. SHAW CAMBRIDGE 1897